Titulus coloratus triennalis si reducatur ad non titulum,an habeat locum regula de triennali,in.xviii.q.reg.nu.1
Titulus redactus ad non titulum ad præscriptionem,an sit vtilis.ibidem
Titulum præsumptum sufficere quoad effectum regulæ de trien,de quo titulo intelligi debeat,in.xxiiii.q.regu.nu.7.&.q.xxvi.numero.3
Titulus,licet non sit,an præsumatur per lapsum decem annorum,in.xxvi.q.regu.de triennali.numero.3
Titulus præsumptus ex sola possessione triennali nascitur,ibi.nu.7
Tituli anterioris probatio contra triennalem in contrarium,an admittatur,ibi.nu.1
Titulum verum non habens quoad hoc,vt præsumpto adiunetur ad effectum regulæ de trien,quid requiritur,ibi.nu.15
Titulus præsumptus resultans ex possessione decem annorum in quo differat a titulo colorato a regula de triennali requisito.ibidem.numero.17
Titulus,vt canonizetur quid requiritur ibidem.numero.28
Titulus coloratus quoad regulam de triennali quis habere dicitur,in.xxvii.q.re.nu.1.&q.xxviii.nu.4.&.q.xxxii.numero.1.&.q.xxii.numero.1
Titulum discoloratum in quibus casibus quis habere dicitur,ibi.nu.5
Titulus,vt sit vere coloratus quid habere debat,in.xxiiii.q.reg.de trien.nu.3
Titulus coloratus requisitus in regulade triennali,nunquid probetur per confessionem actoris,in.xxvi.q.reg.nu.1
Titulum dare a parte non dependet,ibi.nu.3
Titulum coloratum,an habere dicatur possidens beneficium per triennium ex collatione capituli de cuius potestate non constat,in.xxvii.q.reg.de trien.nu.1

INDEX.

- titulum coloratum nunquid der noua prouisio impetrata in curia pro absente,qui a capitulo de cuius potestate non constabat pro uisus fuerat,in.xxviii.q.reg.de tri.nu.1
Titulum coloratum,nunquid habere dicatur capiens beneficium litigiosum vacans vigore sua gracie expectativa,in.xl.quaest.reg.de triennali numero.1
Titulum coloratum,an habere dicatur tertius non collitigans cui ordinarius beneficium vacans per obitum alterius ex collitigantibus contulit,& iste tertius postea triennio pacifice possedit,in.xli.q.regu.de triennio.numero.1
Titulum esse coloratum si negatur per agendum contra triennalem,quis probare tenetur,in.xliii.q.reg.de trien.nu.1
Titulorum,& nominum diversitas ,disterista,tem materia arguit,in.iii.q.reg.de publi.refig.nu.1
Titulorum multiplicatio,an sit prohibita,in.xviii.q.regu.de publi.refig.numero.3
Totum qui dicit nihil excludit,in.ii.q.reg.de veri.not.obit.nu.2
Transactio per quam a lite receditur,an rescindatur praetextu enormis lesionis,in.ii.q.reg.de annali.nu.4
Translations pensionum,an comprehendat regula de infir.refig,in.xvi.q.reg.nu.1
Translatio possessionis si lite pendente super titulo beneficii fiat in aliud,an dicatur a tenetrum,in.liti.q.reg.de trien.nu.4
Triennalis si ab inicio malus sit causa triennii bonus reparatur,in.prafa.reg.de triennali numero.4
Triennium q̄ decennium ,vel aliud tempus,quare magis in tuendis possessoribus præfigitur,in.i.q.reg.de trien.nu.1
Triennium regulæ, nunquid currat contra minorem quatuordecim annorum ,& utrum minor exceptione istius regulæ defendatur,in.xv.q.reg.nu.1
Triennium de quo loquitur regula nunquid debeat esse continuatum tempore unius designatarii ad effectum allegationis Lapi,lxxix,in.xvi.q.reg.nu.1
Triennium regulæ , an debeat esse continuum ,an vero sufficiat interpollatum,in.xx.q.reg.nu.1
Triennium longum tempus dicitur,in.xxvi.q.reg.de trien.numero.5
Triennium regulæ, an liger superiorum quod minus possit repellere non habentem canonicum titulum,in.xlii.q.reg.de trien.nu.4
Tunc dictio,extremitatem significat,in.lxvii.q.reg.
- titibus non sit,in.iiii.q.regu.de val.expri.numero.2.&c.3
Valor in quo beneficio exprimi debeat si clericus Francigena impetrat gratiam duorum quorum alter sit in Francia ,alter vero in Alemania,in.iiii.q.reg.de valor.expri.nu.5
Valor expressus in gratia iuxta taxam camere nunquid excusat a pena regulæ de val.expri,in.x.q.reg.nu.1
Valoris expressio facta in literis secundum arrendamenta facta per eum qui mortuus est nunquid releuet impetrantem a poena regulae de val.expri,in.iiii.q.reg.nu.1
Valor beneficiorum quomodo probetur prædicta ponitur in regula de valo,q.f. &.q.viii.numero.3
Valor beneficiorum in reservationibus fructuum pro pensione quomodo intelligi debeat,in.viii.q.reg.de valo.nu.4
Variandi potentia , an aliquid de iure diminuat, sitq̄ considerabilis,in.i.q.reg.de iure quasi.non tol.nu.17
Variare in iudicio in præjudicium alterius non licet,in.lxi.q.reg.de annnali.nu.2
Vera in qualibet dispositione in dubio,in specie capi debent,in.iii.q.reg.de publi.refig.numero.13
Verba rationi , & aequitati deseruire debent,in.ii.q.reg.de iure quasi.non tol.nu.5
Verba generaliter prolatæ de actu valido intellegi debent,in.xxi.q.reg.de iure quasi.non tol.numero.3
Verba illa,videlicet,quauis authoritate conferatur &c,posita in reg.de infirmi.refig.ad quem effectum sint addita,in.prafa.cius.refig.numero.8
Verba in penalibus , & exorbitantibus quo pacto capi debeat,in.xiii.q.regu.de infir.refig.numero.5
Verba quando cessant ratione regulæ eius dispositio cessare debet,ibi.nu.6
Verba de consensu posse etiam in renuntiationibus extra curiam verificari quomodo procedat,in.xxvi.q.reg.de infir.refig.nu.6
Verba simpliciter prolatæ casum verum , & non fictum comprehendunt,in.xxiiii.q.reg.de infir.refig.nu.6
Verba illa,videlicet,quaouis modovacet quos actus comprehendant.ibidem
Verba regulæ,quaes est stricte interpretanda maxime in beneficialibus quomodo debeant intelligi,in.ix.q.reg.de idio.nu.2
Verba illa in Ro.curia,quid importent,in.ii.q.reg.de non iudi.lux.for.sup.nu.2
Verba indissinate prolatæ ,an comprehendant

I N D E X.

- Omne casum. in.v.q.reg.de non iudi.iuxta
for.sup.nu.4
- Verba illa, videlicet, nisi sint commissions iu-
stiani continentes per placet, vel per S. R.
E. Vicecancellarium, quid significant. in
comp.vtri.sig.nu.1
- Verba illa, & q.interim beneficium non cen-
seatur litigiorum etiam ad effectum regulę
de subro, quid operantur. ibi.nu.5
- Verba illa, videlicet, dummodo ante termi-
num ad articulandum per referendum
quare cassari debeant. ibi. nu.5
- Verba illa, videlicet, infra mensem ante con-
cessionem huiusmodi posita in reg.de sub-
ro.colli, quid importent. in.i.q.reg.nu.1
- Verba illa, videlicet, dummodo in dicto be-
neficio collitigans intrusus non sit, quem
subrogatum collitigantem comprehendat
in.iii.q.reg.de subrog.colli.nu.1
- Verba illa regulae de subro.colli, videlicet, iu-
ris, vel ad ius, nunquid possint verificari in
iure ad rem, quod competitabat defuncto.
in.vi.q.reg.nu.1
- Verba in dubio de imperatiōe loquētia quo
modo debent intelligi. in.viii.q.reg. de
imp.per obit.fam.car.nu.6
- Verba illa, videlicet, iniuste, temere, & de fa-
cto molestantes in sententiis apponi solita
ad quem effectum ponantur. in.xviii.q.re.
de imp.per obit.fam.car.nu.6
- Verba ista, videlicet, vel alia quavis causa, ma-
jora expressis inducunt. in.ii.q.reg.de trien-
nali.numero.6
- Verba vniuersalia ad habilia restringuntur.
ibi. & in.q.xiii.nu.10
- Verba illa sacre scripturæ, videlicet, per tem-
pus, & tempora pro triennio exponuntur.
in.xxvi.q.reg.de trien.nu.5
- Verba generalia in constitutionibus ad quid
ponuntur. in.i.q.reg.de valo.nu.5
- Verba in dubio de iure ordinario non extraor-
dinario intelliguntur. in.xxxvii.q.reg.de
triennali.nu.2
- X Verba narrativa papa in his, quæ non depen-
der a facto proprio maxime in præiudicij
tertiū non probant. in.xxxix.q.reg.de trienni-
nali.numero.2
- Verba in supplicationibus cōmuniter appos-
ita, videlicet, non obstante reservatione in
corpo iuris clausa de qua reservatione
intelligi debeant. in.xxi.q.reg.de triennali
numero.1
- Verba in dubio quando ad futura referantur
quando vero sub lege comprehenduntur,
in.vi.q.reg.de publi.resig.nu.3

I N D E X.

- Vicecancellarii, vel regentis extensio in com-
missionibus si discordat a signatura papæ,
an attendatur signatura, an vero extensio.
ibidem.
- Victus, q.condemnetur victori in expensis ni-
si habuerit iustam causam litigadi, quomo-
do procedat. in.iii.q.reg.de annali.nu.4
- Viginti dies in resignationibus infirmorum,
a die præstiti confessus computari debent
in.xxvi.q.reg.de infir.resig.nu.2
- Vinculo uno sublato ex duobus aliud non tol-
litur. in.xiii.q.reg.de idio. nu.2. & in.xv.
q.reg.de imp.per obit.fam.car.nu.1
- Violencia in beneficialibus odiosor est, q.in
profanis. in.xi.q.reg.de tri. nu.4
- Vita hominum ad quot annos protendi po-
test. in.ix.q.reg.de infir.resig.nu.7
- Vlaima tollere priora, quomodo procedat. in
viii.q.reg.de imp.per obitum fam. card.
numero.1
- X Xerxes, & Cræsus Persarū reges tot lingua
rum genera perdidicerunt, quorū populos
sub suis ditionibus tenebant, & idem de
Mitrade Ponti rege. in.xiii.q.reg.de idio.
numero.4
- F. I N I S.

MOTU Proprio, &c. Cum sicut dilectus filius noster Michael Tramezinus Bibliopola Venetus nobis exponi fecit ad communem omnium, & præcipue iuris studiorum virtutem sua propria impensa diversa opera in vitroq; iure hac tenus non impressa facere intendat; dubitetq; ne huiusmodi Opera postmodum ab aliis abspelus licentia imprimantur, quod in maximum suum præiudicium tenderet. Nos propriea eius indemnitati consulere volentes. Motu simili & ex certa scientia eidem Michaeli, ne qualis Opera in vitroq; iure hac tenus non impressa, & per ipsum imprimenda per decem annos post impressionem dictorum operum a quoconque fine ipsius licentia imprimi, aut vendi, seu venalia tenuerit possint concedimus & indulgenus. Inhibentes omnibus & singulis vitrosp; sexus Christifidelibus, ubiq; tam in Italia, q; extra Italianam extenſionem. Præsertim Bibliopolis & Librorum impressoribus sub excommunicationis latæ sententia. In Terris vero sanctæ Romanae Ecclesiæ, mediate vel immediate subiectis etiam Duxitorum Ducatorum Auri, & insuper amissionis Librorum poena toties cotrauenient fuerit ipso facto; & ab sp; alia declaratione incurrienda, tñ intra decennium ab impressione dictorum operum respectue computandum dicta opera tam iuris ciuilis, q; canonici hac tenus non impressa, & per ipsum Michaelem imprimenda sine eiusdem Michaelis expressa licentia, dicto decennio durante, imprimere, vendere, seu venalia habere vel proponere audeant. Mandantes Vniuersis Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, eorumq; Vicariis in spiritualibus generalibus, & in Statu temporali Sæc. Romanae Ecclesiæ, etiam Legatis & Vicelegatis Sedis Apostolicæ, ac ipsius status Gubernatoribus, ut quoties, pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiiti, vel eorum alij quis fuerit requisiitus eidem Michaeli efficaciter defensionis præsidio assistentes præmissa ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas, etiam saepius aggrauati, & per alia iuris remedia authoritate Apostolica exequiantur. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstante constitutis & ordinationibus Apostolicis, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Et insuper, quia difficile admodum esset præsentem motum proprium ad quælibet loca deferri. Volumus & Apostolica autoritate decernimus ipsius transumptis vel exemplis, etiam in ipsas operibus in pressis plenam & eandem prorsus fidem vbiq;, tam in iudicio, q; extra haberi, que præsenti originali haberetur, & q; præsens motus proprii, sola Signatura sufficiat, & vbiique fidem faciat in iudicio, & extra, Regula nostra in contrarium ædita non obstante.

PLACET A.


Commentaria R. I. D.

LVDOVICI GOMES HISPANI,
Episcopi Sarneñ, Sacri Palatii Apostolici Auditoris,
Vtriusque Signaturæ Referendarii, ac Sacrae
Poenitentiariæ Apostolicæ Regentis, suæ
per Regulas Cancellariæ Aposto-
licæ iudiciales, quæ in Libro Rotæ inscri-
ptæ sunt.



¶ Titulus, sive Rubrica Regularum.

REGULÆ ORDINATIONES, ET Constitutiones Cancellariæ Apostolicae.



N T E Q V A M Particularem, & indiuiduam cuiuslibet Regulae interpretationem attingamus, operæ ppterum erit, quædam in vniuersum, & per tractum, de intellectu, significatione q; tituli praefari: Nam veriores redditum sermons nostri, cum vniuersalibus prius cognitis, ad particularia descendimus, ve dicit Philosophus primo Phisicorum, quem Iurisconsultum locis sunt imitati, vt in l.i. ff. de iust. & iur. & in l.i. ff. si cer. pet. & in q; his itaq; insti. de iust. & iur. & alibi sape, quem ordinem, vt nos pleniū imitemur, totum istum titulum, sive rubricam in sex q;ones distribuendū putauimus: quartū summa hæc erit.

¶ Summarium Questionum Proœmii.

- Prima de origine Regularum Cancellariæ, deq; Vicecancellarii dignitate tractabit.
- Secunda illud diffiniet, nunquid Regulæ istæ vniuersaliter omnes, tam in curia, q; extra curiam, ligent, itaq; faciant ius generale.
- Tertia, ahi ligent papam ipsarum conditorem.
- Quarta vtrum comprehendant Cardinales.
- Quinta si sub derogatione constitutionum, & ordinationum Apostolicarum censeatur derogatum istis Regulis.
- Sexta quid si derogatio fuerit facta simpliciter de Regulis, an indistincte omnibus Regularibus censeatur derogatum.

¶ Quæstio Prima.

CIRCA Primam Questionem illud satis compertum est, † Regulas Cancellariæ Io. vigesimo secundo initum, & originem habuisse. Nam in veteri quodam membro Codice (quem vulgares quinternum Cancellariæ Apostolicæ vocant) primus omnium in ordine ponitur Io. xxii. Regularum author, nec ante ipsum alius summorum Pontificum inuenitur, qui hoc prius tentauerit. Et licet † Cancellaria Apostolica, & Vicecancellarii officium vnde Regulæ istæ denominatione acceperit, longe ante Io. xxii. præcessisse videantur: nihilominus Regularæ istæ non fuerant eo tempore saltem in scriptis, sed longo interuallo conditæ. Nam

A

Cancellariae negotia tunc, non Regulis, sed viuæ vocis mandato, & stilo regebatūr; verū, quia illa sine aliquo certo ordine, sed eventualiter, & quodammodo fortuito procedebat, stabilitatem non habuerūt, quod factum est, vt non solum Regulae, sed fere omnia R. O. Cu- riae officia per quandam consequentiam successivis temporibus etiam mutationē, & magi- gani sibi statu vicis studinem receperūt. De quibus omnibus non ab te ex loco praem- buli, pauca quadam cōmemorare.

¶ De Cancellariæ, & Vicecancellarii origine.

ANTE OMNIA igitur illud constat temporibus Lucii Papæ III. qui per ducentos annos, & vltra, Ioannem præcessit, ut Historici referunt, Cancellariam fuisse in esse proditam, ut patet in. c. ad hæc de rescriptis. qui est tex. Lucii III. Et eodem modo temporibus Iano. III. qui post Lucium, licet ante Ioannem per plures annos in Pontificatu sedidit, non tantum de Cancellaria, sed etiam de deputatis ad eam fit mentio, in. c. du 3 tra. in priu. de crim. fal. & in. c. porrecta de confit. vtil. vel inutil. ¶ Nondum tamen illis temporibus Vicecancellarii dignitas, qui Regularum minister, & custos est, quod ego legi rim, inuenia fuit. Sed Cancellariæ officium per praesidentem, & quosdam alios tunc regebatur. De quo praesidebat postea meminit decisio Rotæ. dlxv. in antiquis incip. vtrum caputulum col. i. Succellū tamen temporis Vicecancellarius creatus fuit vir purus, & singularis industriae doctior, sine aliqua alia dignitate. ¶ Sinit tamen qui dicant Vicecancellarium longe ante ista tempora fuisse institutum, illumque aliquando Scriniarium, interdum primicerium, nonnullū Bibliothecarium appellantes, quod tam ex antiquis summo rum Pontificum literis Apostolicis, & etiam nonnullorum iurium testimonio comprobare nütatur. In primis literæ Stephani papæ II. (qui fuit circa annum a Nativitate Christi. decii.) adducuntur, que habent haec verba. Scriptum p manu Benedicti Scrinarii Sanctæ Romanae ecclesie, in mense Iulio. Indictione quinta, in Sacratissima Sede Beati Petri Apostoli. tertio anno Pontificatus &c. Alię literæ Paschalis primi etiam habent haec verba, Scriptum per manus Theodori Scrinarii Sanctæ Romane Ecclesie &c. Ex quibus quidem literis apparet Vicecancellarium Scriniarium appellatum, quod etiam ex tex. in capitulo ad audientiam. de prescrip. comprobare nituntur ubi de Scrinario fit mentio. ¶ Sed 4 in hoc diligenter est aduertendum non esse verum literas prædictas, nec tex. in dicto capitulo ad audientiam. de Scrinario loquentes, debere de Vicecancellario intelligi, sed de Notariis, quos hodie Protonotariis appellamus, qui omnium officialium Curiae antiquiores fuit, & glo. in dicto capitulo ad audientiam. communiter approbata Scriniarium pro Notario exponit.

De origine, & officio Protonotariorum.

VNDE, ut habeatur perfecta notitia antiquitatis temporum, iniuria desperita. Est notandum, quod initia Orientis ecclesiae sub Clemente I. ut Damasus Author est, crea- tifuerunt Notarii septem ad res gestas martyrum diligenter conscribendas, quibus septem Vir- bis Regiones, quae parochias dicebantur, distributae fuere, ut Platina, & alii meminerunt. Et quia Antherius Papa, eius nominis primus, statuerat, res martyrum gestas a Notariis co- scriptas Scrinis ecclesiasticis recordi, foras ab eo tempore Scrinarii sunt appellari, prout glo. illos appellat in d.c. ad audiendam de prescrip. & alibi saepè verū, quia tempore Iulii pa- pe I. non ita martyria Christianorum frequentabatur, quia creuerat in immensum iam decus Ecclesiae propter Constantini magni conversionem, ideo dicti Notarii nihil forte habentes, quod iam de martyribus scriberent, ex mandato Iulii primi, omnia, & quacunq; alia ad Ec- clesiam pertinientia scribere coeperunt, ut Damasus in vita Iulii refert, ybi de Scrinio scri- pturarum Notariorum etiam meminit, inde verisimile est pradictis Notariis, ut dixi, ab Scrinis recorditarum scripturarum Scrinarios appellares, quodq; ut creditur, inter illa ad Ecclesiam pertinientia, quae Iulius adnotare eos voluit, Apostolicas quoq; literas scribere coeperunt, quod ex antiquis literis Apostolicis Sergii papae III. manifestum redditur, in illis verbis, videlicet. Scriptum per manus Benedicti Notarii, Regionarii, & Scrinarii Sanctæ Romanæ Ecclesiae &c. quæ quidē verba duo indicant, primum illius Bullæ Scri- pturem

ptorem itū fuisse ex illis septem Notariis a Clemente primo constitutis, ex eo, quia appellatur regionarius, quia illis Notariis, ut dixi, Septem regiones urbis diuisae fuerant, ut Damasus, & Platina referunt in vita Clemētis. Secundū quia appellatur Scrinarius, quia scribere solebantres dignas Scrinio, vel quę clericis in Scrinio recondere debebant, videricē Damasus in vita Iulii. Constat igitur ex praemissis Scrinariis non esse Vicecancellariorum, at illi male opinabantur, quod etiam probat ex aliis antiquis Martini II. Apostolicis literis, vbi Notariis illarum bullarum Scrinariis appellatur in hac verba. Scriptum per manus Hadriani Scrinarii S.R.E. Et ita debent intelligi Stephani, & Paschalisi summorum Pontificum Bullæ superius in contrarium allegata, que non de Vicecancellario, ut di cītum est, sed de Notariis intelligi debent, cum quibus alias literas Benedicti septimi concordant, dum in eis dicuntur. Scriptum per manus Ioannis Scrinarii S.R.O. Eccl. Et hoc idem multis aliis antiquis literis A postolis probari possit, quas studiosus adoleſcens Antonius Gallegius curiosissime colligit. ¶ Cœreit deinde, auctiū diuitiis, istorum Notariorum honor, ut ad differeatiam aliorum Notariorum urbis Protonotarii appellaretur, quasi primi inter alios Notarios, ut dicit Iohannes de Platea in l. ii. C. de primice. lib. xii. vbi Alciatus, & quidam alii Modestus, hanc Protonotariorum dignitatem multum extollunt, & eos late sequitur doctus Modernus Taurinensis. Iohannes Fraciscus purpuratus in l. i. col. xxxi. nro me. 201. cum seq. ff. de officiis eius. Nec immerito sunt enim feds Apostolicæ, & principis Notarii, propter officium, cuius dignitatem accepit, ut dicit Alex. in cōf. lxxvii. incip. vīsis codicillis. in. ii. col. in. ii. vol. & ante ipsius Areti. in. l. laudabilē. C. de aduso. di. iud. protos. n. grēce, latine primus dicitur, sicut p̄tōmartyr primus martyr, ut dicit glo. in. g. illud. in auth. de tabellio. Hinc protocollū dicimus primam scripturā inde protomedicus, protoplausus, protogonos, & quingenta alia vocabula deducuntur. Sicut etiā inter eosdem Notarios antiquior, seu decanus, olim protoscrinarius, ut Leo VII. dicitur, vel primicerius, appellabat, atque fuit illius existimatio, quod sic hodie decano Rōte magnus in Capella papæ honor tribuitur propter ministerium mitre, ita & primicerio in ter alios Protonotarios in signum maioris prærogatiæ & commissæ erat, datandi facultas, ut aperiret in bullis Martini II. vbi dicitur. Data per manus Stephani primicerii defensoris summæ feds Apostolicæ anno Pontificatus D. Martini II. Erat bullis Stephani VII. dicitur. Data per manus Stephani primicerii anno. ii. Domini Stephani. Quæ quidem datandi facultas, nescio qua de causa postea Bibliothecario Sedis Apostolicæ concessa fuit, ut bullæ antiqui Benedicti VII. & Sergii III. testatur: quem Bibliothecarium qui lumen, ut dixi, p̄ Vicecancellario accepit, et Bibliothecarii officium olim, sicut hodie in Palatio Apostolicō aliud præ se ferat. Nā qui Bibliothecæ Lateranæ prefectus erat, Bibliothecarius dicebatur, de quo Laterano Bibliothecario Platina meminit in vita Ioannis XIII. Sed quia locus ille non postulat circa ista officia euagari, de quibus latius scribit in tract. de officiali. curie, inserto cum illo de potestate, & stilo Sacrae p̄sonentiaria, ideo omitto. ¶ Et interim circa dignitatem Protonotariorum videnda sunt, que scribit Iohannes de platea in l. fī. in. iii. col. C. de decurio. l. x. & glo. pragmatice in tit. de causis. q. quicquid. in glo. Protonotarios. Et quę dicitur Modestus, & nouissimi rep. in rep. c. Raynuli. in verbo adiecte impuberis & c. fol. clvii. col. iii. de testa. vbi notabiliter loquitur, & reasumit Bartholomeus Castaneus in tract. glorię mundi. in. iii. parte. in. xxix. confederatione, vbi fastissime scribit de omnibus officialibus. Curię Romanę. Et Cardi. Jacoba, in tract. consilii fol. lxxi. in prima, & ii. col. Erat de Protonotariis facit etiam mentionem Ioan. de terra rubra in tract. primogeniture, fol. cvii. col. iii. Et Petrus Belluga in speculo principum & rub. vi. nume. i. o. qui ad hoc plura iura allegat, & unum notabile privilegiū ecclī penit Bonifacius de vitallinis Rotę Auditor in cle. i. in. xi. col. nume. 151. & seq. de hērc. de quibus etiā meminerunt Modestus, Vercelleus, in proce. Digestorū fol. xi. & in l. ii. ff. de cōfir. iur. & Volateranus li. xxix. Philologie tit. de magistratibus. de quibus aliquid dicā infra in regula de non iudicando, nisi secundum literas expeditas. q. ff. ¶ Redeundo igitur ad Vicecancellarii conclusio, illum antiquis temporibus non Scrinarius, Bibliothecarius, aut primicerius, sed suo nomine Vicecancellarium appellatum. Non erat tamē hoc officium in tam excelso honoris gradu positum, sicut hodie, quia Vicecancellarius, ut dixi, non habebat dignitatem. ¶ Adco, q̄ adhuc tēpore Nicclai Pape III. Lugdunensis concilii, Vicecancellarius Cardinalis non erat, sed priuatus hēmo, qui

vna cum protonariis Papæ in camera ad exequendum manda*ta* eius, sicut Cardinales in Cōsistorio, & diuinis officiis assistebat. Quod fuit obseruat*um* vñq; ad tempora Benifa. o*ctau*, quo tempore etiam ille Viccancellarius, de quo idem Bonifa. meminit, in proce*mio* sexti decretalium incip*sa* crosanetæ, non erat Cardinalis, sed postea ab eodem Bo*nifa*, diaconus Cardinalis creatus fuit, vt lo. an. ibidem in glo. author est. Illud etiam nō est omittendum, q; antequam Vicecancellarius crearetur Cardinalis vna & eadem erat ipsius, & Notariorum mēsa semel in die de portionibus palati sustentari solita, ad quam nullus quantacumq; fuisse præminentia, conditionis, & status, comedere audebat, sine speciali licentia Papæ. ¶ Et quod est magis mirandum, nullus ex officialibus ita communi*te* niter viuentibus medicinam sumere, aut sanguinem minuere poterat, absque speciali li*centia* Vicecancellarii, faciliter obtinenda, vt in p*raedicto* membrano libro peruetusto latius enarratur. Ethocidem in Cardinalibus infirmis obseruatu*um* fuisse antiquis temporib*us* referit Hostien. Nam illi non poterant sanguinem minuere sine speciali licentia Pa*pae*, vt tradit Hostien, qui in hoc habetur corruptus in summa de p*oem*i. & re. §. cui con*fitendum*, vers*o* cui Cardinales. & in. c. eccl*e*ia vestra. cl. ii. de electio. ¶ Quis aut*e* tunc Vicecancellarii, Notariorum, Auditoris contradictarum, & Corrector*is* viuendi modus fuit*ur*, cuius etiā quantitat*is*, vel mensurae fuerint portiones Panis, Vini, Carnium, & Orde*i*, quas singulis diebus ex palatio apostolico capiebant. Quid etiam Papa circa strenu*am*, & alia cum eisdem die Natiuitatis domini nostri Iesu Christi seruare solebat, quid præterea quando curia extra urbem proficebatur, p*redictis* officialibus conferebat, seu largiretur, in dicto membranæ libro latius describuntur. Quæ licet cognitione iocu*da*, & digna videantur, propter notitiam veru*statis*, ac etiam, vt facile percipi posuit, ex quā tenuissimi principiis hac Vicecancellarii dignitas, & sacrum Cancellariae officium in immensum creuerint. Nihilominus tamē, quia videretur nimis prolixum, & fortassis extra propositum nostrum illa hic recensere, quæ forte tres bonas papyri paginas occuparent, omitto. ¶ Non tamen silentio præteribo vnum satis notandum, q; licet Vicecancellarii officium tam angustis tunc includeretur limitibus: & Vicecancellarius Cardinalis non esset, maior tamen illi post Cardinales honor, q; reliqu*s* aliis curiæ prælatis impendebat. Designatus f*en*im era*it* Vicecancellarius, Notarii, Auditori contradic*tum*, & Correctoribus, post presbyteros Cardinales in capella Papæ sedendi locus, aliqui honorum gradus tribuebantur illis: de quibus ibi latius narratur. Et hæ quidem officialium p*redictorum* prærogatiu*ra*, quo usq*e* ex Cardinalibus Vicecancellarium fieri placuit, promiscue erant, ac longo vñ*su* seruata. Sed postq*e* Vicecancellarius Cardinalis effectus fuit, summa totius potestatis, & honorum in vnum delata, illam mutuam obseruationem aboleuit. Adeo, q*uod* illa Vicecancellarii, ac Notariorum communis, ac familiaris mensa, cum porti*nibus*, quas ex palacio apostolico recipient, locus etiam capella post presbyteros Cardinales in dissuetudinem abierte. Inde evenit, q*uod* Auditor contradic*tum*, qui post Cardinales, & Vicecancellarium, ceterosq*e* curiæ prælatos, vt p*raemissum* est, præcedere solebat, post huiusmodi Vicecancellarii in Cardinalem promotionem ab omnibus precedebat. Ut non ab re Bonifacius de Vitalinis, olim Rota Auditor, in cle. ne Romani, §. sane. de electio, dixerit, Auditorem contradic*tum* quondam ceteris Auditoribus dignitate maiorem, & loco digniorem, suo tempore potestatem localem ab aliis Auditoribus separatam satis abiectam, ac minus honorificam, & honestam habuisse. ¶ Nec mirandum horum officialium dignitates, authores tempore diminutos fuisse, cum & aliis similes curiæ Romanæ ministri eadem temporum vicisitudine, & fortunæ turbine sint depresso*ad* eo, vt hoc tempore vix primaria eorum institutionis vestigia appareant.

¶ Rota immutatio.

NAM SATIS appetet Rota Auditorum nō idem, nec in eo statu antiquis tem*poribus* fuisse quomodo est. Erant enim sine numero certo Auditoris ad audiendū & referendum tantum deputati, vt dicit Specul. in ti. de delegato. §. iam nunc dicendum. ver*is*. Item non obstat si ob*ici*s. Postea vero auct*is* sedis apostolicae negotiis, cōcessa fuit Auditoribus diffiniendi facultas, vt patet ex his, quæ tradit Spec. in ti. de Auditore. Sicq*e* vario modo obseruat*um* fuit vñ*q* ad tempora Sixti III. qui omnium primus numerum Auditorum

Auditorum ad duodecim restrinxit, erant enim adhuc tempore Sixti numero Quatuordecim, qui nominibus suis p*ropterea* in bulla Sixti, super hoc cōfecta, numerat*ur*, sub Dat. Pridie Idus Maii M. ccccxxii, anno eius primo, & tempore Thomæ fastoli erant xxi. Auditores, vt vidi adnotatum per R. D. Iacobum Simonetta, & hoc innuit decisio, lice*re* corrupte, in causa quinta, dub. xv. eiusd*em* Fastoli. ¶ Nec miru*ri*, quia erat duplex Auditori locus, videlicet, primi gradus, & secundi gradus, vt colligitur ex. xlvi. dubio eiusdem Fastoli, & ex subscriptione consilii Oldra. cclxvi. sicut etiam tempore antiquo canonici in eccl*e*lesia dicebantur clerici primi gradus, sed alii simpliciter beneficiati dicebantur clerici secundi gradus, vt not. Inno. in. c. sedes, de rescrip. & in. c. fi. in. ii. col. de praeben. Et isti gradu*s* Auditorum, vt opinor videbantur introducti respectu primæ, & secunda instantiæ. Itaq*e* Auditores primi gradus erant, qui cognoscabant simpliciter de negotio principali, de quo si appellari contigerat, causa appellationis committebatur Auditoribus secundi gradus. Quod videtur colligi ex dictis Oldra. in consil. ccciii, in prin. Et ad effectum istorum graduum bene consonat, q*uod* tunc Auditores essent xxi. vel plures, aut minus, quia nō erat certus numerus firmatus, usq*e* ad tempora Sixti, sicut etiam neq*e* ante Sixthum Auditores recipiebantur, nec examinabantur coram Vicecancellario, quia hoc Sextus omnium primus per p*raedictam* bullâ introduxit, ut hodie practicatur: & illa bullâ adhuc in scriniis Rotæ seruatur. Sed Camerarius de mandato Papæ olim Auditores per dationem cap*a*, rocheti, & bittre recipiebat eos in matricula, postea scribi faciens, prout refert Egidius deci. d*cxi*. incip*it*, licet capella. ¶ & Camerarius tunc, erat iudex Auditorum, & non aliis, & ille solus Auditores excommunicare poterat, ut sunt de hoc penes me plures. Regula Cancellariae antiquæ, tam Gregorii xi. q*uod* Benedicti xii. quæ omnia postea fuerunt per Inno. & Sixthum immutata. Et q*uod* est magis mirandum, Rota a tempore Sixti, vñ*q* ad nostra tempora, in quib*us* feliciter fuder Paulus Papa III. varias etiam mutationes recepit. Nam tempore Sixti non informabat uerbo, sed datis per Auditorem dubiis, ad uocati de iure in scriptis resp*on*dabant sequenti consil. Clemens III. de quo loquitur Specul. titu*lo* de requis. consil. col. fi. Sed illa obseruatio patum duravit, quia tempore Alex. vi. cupiditate aliquorum aduocatorum interrupta fuit. Sedebat tamen tunc Auditores in palacio ter in hebdomada. Num c*uero* hæc omnia sunt immutata. Nam Clemens vii. uoluit bis tantum Auditores in hebdomada sedere, causantibus bellorum turbinibus, & Lutherani dogmatis incendiis, quibus Alemania major pars, & Anglia cum pluribus aliis ab obedientia sedis apostolicae defecerunt. Sicutem & nunc tempore Pauli III. informad*um* modus omnino immutatus exiit. Nam cum prius procuratores omnes, & ad uocati maximis partium impensis, & Auditorum molestiis uoce informarent, nescio quo pacto, mutuo, & unanimi aduocatorum, & procuratorum consensu, petitum fuita Rota non amplius uocaliter, sed in scriptis informari. Quod Papæ primum, Rota, & deniq*e* roti curiæ placuit. Sicq*e* redemptum est tempus, quod quorid*e* inutiliter, & cum dispensatione omnium amitterebatur.

¶ Sacre p*re*sentiarie officii uariatio.

A PPARATE igitur ex p*re*dictis quanta fuerit status primi Rot*e* uariatio, quanta stili antiqui uicissitudo, quæ magis etiam cernitur in officio lacr*e* p*re*sentiarie, cuius ius immittero sum regens. ¶ Illud etiam p*re*sentiarie officium in eccl*e*esi primitiu*am* communiter a pluribus immaculatae uite & scientie eruditione simplicibus confessoribus cum magna autoritate, ac summo honore regebat, ut Cassiodorus, Socrates, & So*sen*us in historia eccl*e*astica testantur. Et ita p*re*sentiarii in eccl*e*esi uenerabiles, & conspicuti erant: ut reprehendat Benedicto xii. mortierint Auinione anno Pontificatus eius quarto, quare pileum, ut protonarii equitando non portarent: & inde evenit, q*uod* p*re*sentiariorum senior, quem hodie decanum, seu priorem appellant, mitria papæ, quam hodie decanus Rot*e*, & publice rochetum, sic ualii curiæ Romane prelati gestare solebat, ut in quodam peruetusto membro libro p*re*sentiarie apostolicę apud sanctum Petrum scriptum inuenimus. ¶ Ad tantumq*e* honoris culmen hec p*re*sentiariorum curia deuenit, ut non designarentur olim quindecim Cardinales illud munus subire, ut Papa Benedictus XII. refert, se in quodam antiquo libro habuisse scriptum: Et hoc idem Erasmus.

affirmat libro secundo responsionis ad Albertum Pium Carporum principem fol. xli. Et hoc est fortassis, quod Damasus inuit in uita Marcelli, dum dicit Marcellum Papam quin decim in urbe Cardinales constituisse propter baptismum, & poenitentiam multorum, & idem dicit Alarus pelagus antiquissimus Cardinalis lib. ii. de plantu ecclesie, articulo. xvi. Et ita debet corrigi dictum Archi, qui idem sentit in. c. ubi periculum, col. i. de elect. lib. vi. Ex quibus liquide appetuntur Cardinales poenitentiariorum curam gesuisse, a qua, crescerebunt postea ecclesie facultatibus, fuerunt exempti, ut idem Benedictus Papa refert. Siquid etiam grauis negotii Pontificibus agendum occurrebat, id facile poenitentiariis idoneis committebatur, ut de compilatione decretalium Gregorium nonum fuisse, in earundem procencio legimus. ¶ Postquam vero cura sacri officii poenitentiarii uniti Cardinali demandata fuit, totus ille communis poenitentiariorum honoros, tota denique confessorum subordinatio, & reciproca cura perire, ac similis cum officio ad unum tantum Cardinalem, quem maiorem poenitentiarium appellauit, deuenit. Sic enim variat fortuna vices.

Episcoporum dignitatis diminutio.

SED HOC parum uideri debet, quando etiam Episcoporum dignitas, que major omnibus aliis in ecclesia primitia fuit, & a iure diuino exordium habuit, eadem temporum uicissitudo depresso. Nam (ut in ueteribus authoribus legimus) Episcopi usq; ad tempora Clementis quinti, & Io. xxii. in ecclesia dei, ita in excelso honoris, & existimationis fastigio positi fuerunt, ut dignitate deprimi, ac gradu minui arbitrarentur, si ex Episcopis ad Cardinalatus officium assumerentur. ¶ Nec immerito, illis enim solis data erat etiam loci prerogativa anterior, unde adhuc post Nicolaum secundum Episcopos immediate post Papam subscrivebant, deinde presbyteri, postea diaconi Cardinales, cu[m] ex multis, tum ex quibusdam Vrbani Secundi literis apostolicis Dat. Salerni. xiii. Calen. Octobris. xv. Indictione, Anno Dñe incarnationis M. xcii. Pontificatus sui anno quinto, clarius apparet: in quibus immediate post Papam, & ante Cardinales subscripti sunt, Asculanus, Rapollanus, Trojanus, & multi alii Episcopi. Durauerat autem sub hoc tempore felicitatis illa Episcoporum dignitas, usq; ad Bonifacii octaua tempora, ut refert Io. an. in. c. cum aliquibus. in nouella de rescr. lib. vi. & in. c. cum apostolus. de censib. licet ibi habeatur diminutus. Quo tempore refert Io. an. multis pretermisso fuisse Cardinali, quia Episcopi erant, ne sic dignitate minueretur. Quod postea nescio quo pacto fuit immutatum: forte, quia in palatio apostolico fuerat tunc bis pronunciatum non notari in tali promotione descendunt, ut dicit Io. Franciscus Pauli, in extraag. ad onus. uel quia iam plenior potestas in eligendis summis Pontificibus Cardinalibus attributa fuerit: ¶ cum antea non solis Cardinalibus concederetur, ut patet in. c. in nomine. xxii. di. & in sexcentis aliis locis, utcumque sit. Io. and. in. d. c. hanc consuetudinem in tantum dilatarat, uidelicet, q[uod] quandoq[ue] de solis Episcopis tunc fieret una Cardinalium ordinario, seu promoto. Et miratur Bonifacium sexti libri decretalium conditorem reuocatorias gratiarum, & alia permulta inuenisse, nesciuisse tamen ista inuenire, & Io. an. sequitur idem Io. Fran. Paulinus Auditor Rotae in trac. uisitationis. in. q. ii. prime part. & reas sumunt Moder. Bononiensis in tract. legati.

¶ Itag ex predictis apparet uaria fuisse predictorum officiorum mutationes, quam nunq[ue], ut opinor, meliori statu constitutam legimus, q[uod] modo. Nam, ut ad Vicecancellarii reueratur, non sine magna ratione ordinatum fuit, hoc officium tantum Cardinalibus tribui debere. Quia Vicecancellarius propter sceptrum iustitiae quod teneret, supremum inter omnes debuit tenere principatū, sicut & ipsa iustitia, que ceteras alias uirtutes excellit, secundum Philosophum secundo Ethi. & tex. in aut. ut omnes obed. prin. prouin. in prin. De qua quidem Vicecancellarii excellentia latissime tradunt Moder. Taurinen. uidelicet, Io. Franc. purpuratus in. l. i. ff. de offi. eius & c. Conueniens igitur fuit, non vt antea, simplicibus, & priuatis viris, sed personis magna, & illustri dignitate predictis (cuiusmodi sunt cardinales) hoc officium comedare, vt sic ex persona fuissemodi, & dignitatis accessione splendorē, & nominis celebritatē caperet. Et quamvis Camerarius officium lōge antea cardinalibus fuerat commisum, vt appareret in. c. ad audiencem, de prescr. & per consensu ideretur huic officio Vicecancellarii preferendum. Tamen quia, vt dixi, Vicecancellarius

cellarius propter administrationem iustitiae, quam gerit, ceteris omnibus preferitur, vt non tam doct. in cle. ii. de elect. ideo conueniens fuit illi maiorem tribuere dignitatem prerogativam, sicut videmus in Referendariorum, qui Protonotariis illis antiquioribus preferuntur, propter rationem quam scribo in regula de non iudicando, nisi secundum literas expeditas.

20 ¶ Sed postquam huc digressi sumus, opere pretium erit prescrutari, t[em]p[or]e quam obre hic cardinalis Cancellarii Apostolice prefectus, Vicecancellarius potius, q[uod] Cancellarius ap[pet]pelletur.

¶ Soluitur. Laurentius, Cardinalis Zabarella, & alii in. d. clemē. ne Romani. de electio dicunt hoc factum fuisse, quia antiquis temporibus ille cardinalis certauerat de paritate cum papa, & ob eam causam ordinatum fuit, q[uod] per diminutionem de cetero Vicecancellarius appellaretur. Ita dicunt prefati, cum quibus alii vbiq[ue] doctores, more ouïu primā sequentium, precipitati sunt. Sed q[uod] ista, deus immortalis, frigida sint, & a vero aliena, qui vel pa[re]rum historiam ecclesiasticam caluerit, satis dignoscere potest. Nam, q[uod] cardinalis Cancellarii contenderit vñquam de paritate cum papa, vel appellatus fuerit vñquam Cancellarius, & postea ordinatum, q[uod] Vicecancellarius appellaretur, nullibi legimus, sed sunt quedam somnia. Et ideo ego arbitror aliunde hoc nomen Vicecancellarii processisse.

21 ¶ Nam constat summum Pontificem solum in ecclesia dei appellari, sicut Moses, Cancellarium Dei, cum quo unum, & idem consistorium facit. Ita in induitudo dicitur Moderator. Galli rep[re]ct. c. Raynuthis, in uerbo uxorem nomine Adelasiam. nro. 497. de testa. Et idem dicunt alii Moderator, in tracta, sive catalogo glorie mundi, in quarta parte in. xiii. consideratione. Si igitur Papa est Cancellarius, non uidebatur coenitius alium etiam Cancellarium Papae similem nominare, sed potius Vicecancellarium, qui eius uices gereret: Sic cut rex in regno suo non facit Regem, sed Vicereg. Et hoc etiam alia ratione suadetur, quia, ut superius dictum est, Cancellaria apostolica prior fuit, q[uod] Vicecancellarii proximatio, & Cancellaria representat secundum apostolicam, que habetur pro Cancellario. Hinc est, t[em]p[or]e quando Auditor remittit causam ad Cancellariam dicitur eam remittere ad consistorium Papae, quod habetur pro Cancellario, nō autem remittitur ad Vicecancellarium, ut est decisio Rotae notabilis in ti. de rescr. deci. xiii. in no. incip. item sicut causa committitur &c. in fi. uerbis, que secundum numerū extēsum est. ccclxi. Et eodem modo dicimus, q[uod] in curia Romana nulla particularis persona est fiscus, sed ipsam sedes apostolica, ut dicit Bar. in. l. item uenient. § ait Senatus. ff. de pet. h[ab]et. Et ideo, qui hodie gerit in curia officium fisci non appellatur fiscus, sed uel aduocatus, uel procurator fisci. Sic Vicecancellarius nō dicitur Cancellarius, quia ipse Papa, & sedes apostolica dicuntur Cancellarii, & sunt ipsa Cancellaria. Que ratio non militat in regno Francie, ubi ipse Rex non est Cancellarius, sed hoc officium ab initio uni commiserunt, quem Cancellarium appellarunt uoluerant. Sed Papa illam dignitatem nulli comisit, sed Vicecancellarium creando, uisus fuit Cancellarii nomen apud se retinuisse. Hec mihi magis consona uero uidentur, q[uod] ea, que prefati doctores dixerunt in. d. cle. ne Romani.

¶ Redeamus igitur unde digressi sumus. Et dicamus, q[uod] licet ante tempora Io. xxii. Vicecancellarius, scriptores, & correctores literarum iam constituti fuissent, nihilominus Regule Cancellarie nondum composite fuerant. Sed primus omnium Io. xxii. tanquam bonus domus sue Paterfamilias eas introduxit. ¶ Nec solum regulas, sed etiam, ut rem angustam domi iuuaret, beneficiorum etiam electi uoraces, ac taxas, quibus esti maretur, inuenit. Collegium quoq[ue] scriptorum apostolicorum, antea sine ordine vagans, numero distinxit, ut de istis Guliel. Hispanus in pragmatica Francie, ac Polydorus libro viii. de inuentoribus rerum. c. ii. meminerunt. Quinimum beneficiorum annatas, ex quibus tam magnos prouentus sibi, & ecclesie comparauit, in concilio Viennensi sub contentione dimissas, ut refert Io. an. licet nō doce, in. c. inter cetera. col. fi. de of. ordi. in usum reuocavit. ¶ Adeo, ut moriens uigiles quinque centum milia nummum aureorum ecclesie dimisit, ut refert frater Ptolomeus de Luca in historia ecclesiastica Pontificum, in uita Io. Et hoc idem dicit, tacito authore, D. Petrus and. Gamarus Rotae Auditor in schole Iiis quibusdam impressis ad extrauagantem Iulii II. Quam quidem annatarum inuentio nem magnum totu[m] orbis scandalum generauit. Nec mirum, quia Io. xxii. adeo cupidi, & audaciissimi animi fuit, ut non solum hoc uno malo ecclesiastico uiros gravare, sed q[uod] magis mirandum fuit, t[em]p[or]e non est uerius constitutionem facere, qua, & regnum Germanie a

23 ¶ nus domus sue Paterfamilias eas introduxit. ¶ Nec solum regulas, sed etiam, ut rem angustam domi iuuaret, beneficiorum etiam electi uoraces, ac taxas, quibus esti maretur, inuenit. Collegium quoq[ue] scriptorum apostolicorum, antea sine ordine vagans, numero distinxit, ut de istis Guliel. Hispanus in pragmatica Francie, ac Polydorus libro viii. de inuentoribus rerum. c. ii. meminerunt. Quinimum beneficiorum annatas, ex quibus tam magnos prouentus sibi, & ecclesie comparauit, in concilio Viennensi sub contentione dimissas, ut refert Io. an. licet nō doce, in. c. inter cetera. col. fi. de of. ordi. in usum reuocavit. ¶ Adeo, ut moriens uigiles quinque centum milia nummum aureorum ecclesie dimisit, ut refert frater Ptolomeus de Luca in historia ecclesiastica Pontificum, in uita Io. Et hoc idem dicit, tacito authore, D. Petrus and. Gamarus Rotae Auditor in schole Iiis quibusdam impressis ad extrauagantem Iulii II. Quam quidem annatarum inuentio nem magnum totu[m] orbis scandalum generauit. Nec mirum, quia Io. xxii. adeo cupidi, & audaciissimi animi fuit, ut non solum hoc uno malo ecclesiastico uiros gravare, sed q[uod] magis mirandum fuit, t[em]p[or]e non est uerius constitutionem facere, qua, & regnum Germanie a

24 ¶ reuocavit. ¶ Adeo, ut moriens uigiles quinque centum milia nummum aureorum ecclesie dimisit, ut refert frater Ptolomeus de Luca in historia ecclesiastica Pontificum, in uita Io. Et hoc idem dicit, tacito authore, D. Petrus and. Gamarus Rotae Auditor in schole Iiis quibusdam impressis ad extrauagantem Iulii II. Quam quidem annatarum inuentio nem magnum totu[m] orbis scandalum generauit. Nec mirum, quia Io. xxii. adeo cupidi, & audaciissimi animi fuit, ut non solum hoc uno malo ecclesiastico uiros gravare, sed q[uod] magis mirandum fuit, t[em]p[or]e non est uerius constitutionem facere, qua, & regnum Germanie a

25

regno Francie diuidiceret, & Italiam ab Imperio segregaret, ut Albericus author est. Inter hęc tamē Rotam nouis, & saluberrimis statutis ornauit: que hodie apud nos etiam seruahit, & quot annis initio audienciarum, publice leguntur. Et in summa ille primus ad ministracionē iustitiae, cuius Vicecancellarius caput est, que in regulis, & Rote ordinatio nibus cōsistit, inuenit. Que quidē officii successores Pontifices in dies magis propagarunt. Nam, q̄ ad regulas attinet, Ioan. xxii. in suis regulis hoc tantum egit, Abbreviatores instruere, uidelicet, quomodo literas in Cancellaria, iuxta supplicationū uarias signaturas, deberent expedire: quas summi Pontifices deinde magis auxerunt, usque ad tempora Ni²⁶ colai papę V. + qui omnium Pontificum primus predecessorum utiliores regulas colligēs, ac plures alias iudiciales addens, eas omnes in eo statu, in quo nunc reperiuntur, dedit. Quem successores vsq̄ in hodiernum diem, paucis immutatis, vel additis, pro se quicq̄ sunt sequunt. Totius tamen huius harmonie laus Ioan. tribuitur. Fuit enim inter ceteros mortales non solum eruditus, sed impensē curiosus. Nam, ut ex recētioribus solus author est Franciscus Petrarca lib. ii. rerum memorab. tract. iii. c. llii. Io. xxii. fuit adeo rerum omnium curiosus, vt repertoria, seu indices sibi ordine alphabeti cōficeret, quibus facileres omnes in promptu, & ad manus haberet. Sic itaq̄ ecclesiæ Dei magnum p̄ficit adiumentum, & autoritatis prerogatiua. Nam, ut ea omnia, que Historici in eius uita referunt, omitam, quando aliud de se dignum Joannes non p̄ficit: illud tamen erit omnibus seculis memorandum, q̄ primus omnium Cancellariam, & Vicecancellarii dignitatem, ac Rote tribunal illustravit, que duo sunt in Urbe luminaria, & collegia prestantiora. Nā tres sunt gradus dignitatum principalium in Urbe post Papam. Prima est Vicecancellarii,
²⁷ + qui administrationem iustitiae, Regularum apostolicarum, ac cōstitutionem, tutelam, & custodiam tenet: circa cuius potestatem speciales Regulae Cancellarie conditæ fuerunt. Et multi ex docto. nostris de illo notabiles tracta. scriperunt. Secunda dignitas est Camerariatus, qui p̄ficit erario, ac ecclesiæ patrimonio, eius redditus, & prouentus procurans, vt dicitur in c. ad audiētiā, de prescrip. cuius authoritas olim maior fuit, vt ex regulis antiquorum Pontificum apparet: de quibus mentionem feci superius, de Auditoribus Rote loquuntur. Tertia dignitas est maioris Pœnitentiarii, qui p̄apontur curæ fori pœnitentie, de qua latissimum tractatum compositi. Primam ad lucem reddxit Io. Secundam Eugenius auxit. Tertiā Benedictus XII. in lucem produxit. Eugenius, & Sixtus loquuteliorem reddiderunt. De quibus omnibus tractatur per Cardinalēm, & alios in cleme Romani. de elec. Et de omnibus istis ego latius dixi in trac. de potestate, & stilo officiū sacre pœnitentiariæ. Vnde officialibus curiæ mentionem facio. Nam sufficit ex predictis ostendisse, Regulas de quibus loquimur, certam originem, & initium habuisse.

Quæstio Secunda.

CIRCA Secundam questionem, uidelicet, + numquid Regule iste vniuersaliter ligent omnes etiam extra curiam?
CMVLTO plura dici possent, q̄ hic scribam, ex eo, quia ista materia varios habet si nus, & plures continet recessus. Et ideo docto. etiā variis in locis uaria scriperunt. Quam obrem questionem istam ad partes disputabo, ad effectum, vt contrarie opiniones melius distinguantur, iuxta consilium Modestini in. l. munerum, q̄. mixta. ff. de munc. & hono. Quod unum (si Baldo credimus) ingenium Bartholi illustravit: per contraria scilicet, & oppositiones procedendo. Nam trium est sermone prouerbium, veritatē disputatio ne difficultam magis splendescere, vt dicit tex. in. c. grauem. xxxv. q. ix. meminit Ias. in. l. qui accusate. C. de eden. Alias etiā veritatem sine disputatione perquirētes, similes sunt, nescientibus quo ire debeant, ut Aristotle. dicit. iii. Metaph.
Pro parte igitur negativa, uidelicet, q̄ regule non ligent uniuersaliter omnes. Adduci potest primo. Quia regule sunt statuta quedam, siue ordinationes particulares concernentes certum locum, ut patet ex eorum titulo, uocantur enim Regule cancellarie. Ex quo qui dem uero Cancellarie, tanq̄ ex signo quoddam locali, datur clare intelligi Regulas istas non facere ius uniuersale, sed particolare illius loci, quia concernunt ea, que in dicto loco tractantur. Vnde sicut equis cognoscitur signo, ut dicit Paris de Puteo in trac. sindic. uero. probatio. Et Moder. Bonon. in. q. testes. el primo. in. viii. col. institu. de testa. Erat si co gnoscitur

gnoscitur ex cantu, & Lyra ex sono, secundum Bal. in. l. comparationes. col. fi. C. de fi. in stru, ita lex, an sit uniuersalis, uel particularis, cognoscitur ex loco, accidentia enim multum conferunt ad cognoscendum quod quid est. l. non omnes, q̄. a barbaris. ff. de re milit. Bal. in. l. fi. C. de exec. rei iudi. Cum igitur illa adiectio uerbi Cancellarie, denotet certum, & particularē locum, ubi illę Regule practicantur, dicendum erit, regulas facere ius particularē, & non uniuersale. Quia qualitas adiecta dispositioni qualificat illam secundum qualitatem eius, ut est tex. in p̄tō in. q. sed ius quidem ciuile, in fi. de iu. natu. facit. c. sta. rutum. de electio. lib. vi. Quando igitur lex est localis, uniuersaliter extra locum nō ligat.
2 c. i. & ii. de consti. lib. vi. l. fi. ff. de iur. om. iudi. Secundo, + quia de natura legis uniuersalis est, q̄ sit perpetua, & durabilis, ut dicit Archi. in. c. donatum. i. q. vii. Et Nicolaus mīlis in iuer. lex. q. ii. l. edita. ibi perpetui editi. C. de eden. Sed Regule Cancellarie nō sunt huiusmodi, sed moriuntur cum authore suo. Ut patet in proœmio Regularum, ibi, suo tē pore duraturis &c. Igitur non faciunt legem uniuersalem. Nam si Papa uolueret Regulas ab omnibus obseruari, hoc dixisset, prout dixit in. c. i. de consti. & in. c. omnis. de censi. Cuadetur ista opinio, quia Regule ab initio introduce fuerunt, ut officiales Cancellarie, per eas in literis expediendis instruerentur, ut patet ex Regulis Ioan. xxii. Benedicti, & aliorum, & licet a tempore Nicolai V. aliquid plus ad eas circa iudicia additum fuerit, illud tamen respicit actum in curia gerendū. Cum igitur intentio Pontificum principali ter non fuit, per dictas Regulas legem uniuersalem condere, sed normam dare negotiis in Cancellaria, & curia gerendis, nos non debemus aliter interpretari. Quia actus agentium non operantur ultra eius intentionem, c. si sacerdos. de off. ordi. & uulg. l. nō omnis. ff. si certum peta. **C**Tertio + lex communis, ex eo, quia tripli publicatur, ideo uniuersaliter ligat, quia tunc non potest ignorantia allegari, ut patet in authen. ut facte noue cōstitu, per totum. & in. c. i. de poftu. prela. & c. nouit. cum ibi notatis de senten. excommuni. notat Bar. in. l. omnes populi. in. v. q. principali. ff. de iusti. & iur. cū sinilibus. Sed Regule Cancellarie non publicatur, nisi in curia, ergo ibi tātum ligare debent, alias sequeretur inconveniens, q̄ ubi non fieret publicatio, ligari est ignorantes. Quod est contrarium rationi, ut patet in. c. ii. de consti. & c. ii. eo. titu. lib. vi. Et notatur in dicta authen. faciunt ea, que traxit Cardinalis consil. xcix. in fi. Confirmatur ista op̄, quia ad essentiam legis uniuersalis plura requiruntur, que traduntur in. l. humanum. C. de legib⁹. Et Moder. in rub. de consti. Et reassumunt nouissimi repetentes in. l. ii. per illum tex. ff. de orig. iur. Que quidem in constituendis regulis Cancellarie non seruantur. Ergo non uidentur facere ius generalē. **C**Quarto pro ista opinione adducitur, quia uidentur sententiam latam contra legem communem, etiam non deductam, nec in iudicio allegatam, esse ipso iuste nullam, ut in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. & in. c. cum inter. eo. titu. Et tamen + sententiam contra regulā Cancellarie etiam allegatam, non tamen productam, ualer, & tenet, ut late probat Fely. in. c. i. de re iudi. & ita hodie seruat Rota. Ex quo datur intelligi manifeste Regulas istas multum a iure communis differre, & per cōsequens uinculum legis communis habere nō debent. Quinimo uinculum particularē eorum est adeo debile, quod uidetur longe minor, quam statutorum singularium locorum uel personarum. Nam statuta particularia quamprimum sunt publicata, & in uno volumine redacta, ligant suos subditos, ut tradunt omnes in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in. c. i. de consti. lib. vi. Sed non sic in Regulis. Nam earum potestas adeo arcta uidetur, & certis ueluti cancellis, ac metis restricta, ut licet Regule publicentur, & in uno uolumine redigantur, non tamen per hoc uinculū, aliquod initium, aut fidem aliquam faciūt, nec possunt allegari sicut libri Digestorū, & Statutorum, nisi prius de gratia speciali, & cum certa forma, & ceremonia impetrantur, ut allegari, & produci possint: in quibus impetrantibus, illud primum queritur, an regula sit de dandis, uel nō, in quo quidem sepe sit pro aris agendum: de quo habetur inferius in Regula. xxvi. que omnia quantum abhorcent, & penitus aliena sint a natura legis uniuersalis, & communis, nemo nō facile intelligit. **C**Quinto + facit, quia ad effectum, ut lex uniuersaliter liget, oportet Principem expresse hoc mandare, ut lex uniuersaliter obseruetur, ut notatur in. l. nec Dorotheū. C. de decuri. li. x. facit tex. in. c. i. de consti. Sed de ista uoluntate Papæ quo ad Regulas nō appetit. Igitur dicendum est, eas uniuersaliter nō ligare. **C**Sexto pro ista parte adduci potest, quia ad inualidādum actum, & impoñēdum uinculum, sufficit legem communem aliquid prohibere. Sed in Regulis Cacel-

farie non sufficit, ut in eis aliquid prohibeatur, sed requiratur, ut dixi, eorum imperatio, al legatio, & in actis productio, & registratio, ut vinculum producant, ut notar Fely. in. d. c. i. de probatu in. d. regu. xxvi. Sed haec regularum imperatio habitantibus extra curiam, pre ftert in diocesis remoris dura nimis, & quodammodo impossibilis videretur. Ergo dicendum est, illas non arctare extra curiam litigantes. Quia lex ad hoc, ut vinculum inducat, debet esse possibilis, & rationabilis, locis, per se nisi quod cōueniens, usq. c. erit autem, iii. dist. nullib[us] enim cauerit, q[uod] litigantes extra curiam coram ordinariis pro iure uniuersaliter impetrando teneantur ad curiam ire. Cum igitur hoc particulariter in istis Regulis Cancelleriae procedat, est concludendum eas particulariter, non uniuersaliter extra curiam ligare. ¶ Præterea, & septimo hoc aperte probatur, q[uod] quia uidemus, ignorantia iuris communis, seu uniuersalis neminem excusat. l. error. C. de iur. & fact. igno. c. ignorantia, de regu. iur. li. vi. Et tamen ignorantia regulari exculat omnes, sicut ignoratio extrahagantium, ut tradit Abb. & alii in. c. pastoralis. de fi. instru. Bal. in. c. ex causis. de re iudi. Apparet ergo Regulas non facere ius generale. Et istam opinionem, uidelicet, q[uod] Regule Cancelleriae non inducunt ius generale per totum orbem, sed ius tantum particolare, tenentur plerique docto, celebres, in primis Pet. de Ancha, in cōsi. cxccvii. incip. efficacibus, in prin. Et Cardinalis Zabarella in consi. xcix. incip. dico q[uod] acceptatio, Sentiit Roma, in cōsi. cclx. m. ii. col. & Barro. Belenzinus in tract. de chari. sub si. q. cxvii. in si. & in. c. ex parte. de feud. teneras. in. l. i. in. v. col. ff. si. cer. pet. & Decius ibidem in ultima lectura Senis condit. Et idem Decius in. c. ii. in secunda lectura de consti. & plures alii, quos breuitatis causa non refero.

¶ In contrarium ictu pro parte affirmativa, uidelicet, q[uod] Regule iste faciant ius generale, etiam extra curiam, faciunt rationes, & authoritates, quae sequuntur. ¶ In primis illud in iure clarum est, talia debere esse subiecta, qualia sua predicata, vel eortu effectus demonstrat. I. fundum instructum, ff. de fun. iinf. cum uulga. Sed si subiecta Regularum materia, nec non & persona ipsius conditoris inspicatur, proculdubio cōcludendum erit, Regulas istas facere ius generale. Patet hoc, quia beneficia super quibus Regulae disponunt, generaliter per totum orbem possidentur. Ergo generaliter Regulae debent materia subiecta adaptari, ut, videlicet, ligent ipsos beneficiorum possessores ubiq[ue], alias ridiculum esset dicere beneficia tam in unius loci, puta Vrbis Roma, sub regulis comprehendi, que permotica sunt, & pro maiori parte iuri patronaus. ¶ Considerata etiam persona ipsius Papæ Regularium conditoris, qui habet iurisdictionem uniuersalem, & est ordinarius ordinariorum totius mundi, ut dicit glo. in. c. felicis. q. fi. de pœnisi. lib. vi. & c. per principalem. ix. q. iii. & cui omnia bñficia mundi sunt obedientia, & manualia, ut dicit Bal. in. l. rescripta. in. ii. & iii. col. C. de preci. imper. offe. Erit dicendum etiam regulas istas uniuersaliter ius facere, quia causatum sapit naturam sue cause. l. eius. ff. de ope. libe. & potentia cause influit in causa sum. l. publius. q. i. ff. de condi. & demon. & l. manumissiones. ff. de iust. & iur. ¶ Ex persona enim conditoris metitur legem esse generalem, uel specialem. c. fi. de consti. li. vi. Et quod dicimus de parte, respectu partis, est dicendum in toto respectu totius. Nam sicut Episcopus in sua diocesi constitutionem simpliciter faciens, intelligitur cam facere partcularem, attenta iurisdictione sua, quæ est particularis, ut in. c. ii. de consti. li. vi. & l. fi. ff. de iur. om. iud. Eodem modo constitutio Papæ in beneficialibus erit generalis, quia ipse habet iurisdictionem generalem. Propter quam ratione fuit alias in Rota, & etiam in Signatura tempore Leonis Papæ X. decilis notabilis casus, de quo meminit. D. Guli. casiodorus quondam Rotæ auditor diligentissimus, in quadam decisione incip. Dubitauit tē pore seriarū & c. Dubitatibus. n. tunc tēporis, an Auditor in curia Romana vigore cōmis sionis deputatus cum ista clausula simpliciter, & cum potestate inhibendi posset inhibere extra curiam. Quidā dicebant, q[uod] nō, quia per illam clausulā non dabatur potestas inhibendi extra curiam. Et ideo ex quo cōmissiones sunt extracti iuris illa clausula debebat intelligi de inhibitione in curia per decisionē primā de procur. in nouis. Tamē cōtrariū tenuit Signatura per dicta Fely. in quibusdā notis Cancelleriae, quæ hodie habetur per manus plurimā. Quæ pro cōtraria opin. allegauerat Alexadrin. Et inter cetera ista opinio principaliter fundata fuit in ratio superioris dicta. Quia Papaæ causa cōmittēs erat uniuersalis princeps, habēs iurisdictionē spiritualē generaliter per totū orbē. c. cūcta per mundū. ix. q. iii. unde considerata potestate cōmittentis, quæ est uniformis, tam ad curiam, q[uod] extra illa clausula, cum potestate

cum potestate inhibendi simpliciter, & in dubio prolata, debebat cōformari, & regulari se cundum potestatem eius, vt, videlicet, liget generaliter tam in curia, q[uod] extra, arg. l. si plus ribus. de leg. ii. & l. iulianus. de leg. iii. Pro qua decisione allegat ibi D. Guliel. plures rationes, quæ uidetur possit. Ita hic uidetur dicendum, q[uod] sicut potestas Papæ uniuersalis est, ita & Regule iste ab eo simpliciter conditæ, debent uniuersaliter omnes ligare, nisi specialiter aliud statutum. ¶ Secundo pro ista parte facit, quia iste regule appellatur constitutio, ut pater in isto titulo. Et tamen tē constitutio dicitur lex generalis, ut tradunt doctores in Rubrica de consti. maxime Fely. & Moder. & est tex. in. c. constitutio. ii. distin. Et pater in Rubri. ff. de consti. prin. Item dicuntur etiam ordinationes. Et quilibet ordinatio Papæ habet uiri legis generalis, ut dicit Domi. in. c. fi. §. fi. in. ii. notabilis. per illum tex. de hære. lib. vi. ¶ Et licet dicantur Regule Cancelleriae, & sic respectu illius dictionis Cancelleriae, videantur esse locales. Tamen rectius consideranti illa adiectione nihil facit, quia ponitur ad demonstrandum, de quibus regulis Papa loquatur, nam cum simplex regularum appellatio sit in certa, & plures regularum species comprehendat, ut tradit doct. in. c. regula. ii. dist. & Moder. omnes post Dy. in rubri. dc reg. iur. oportuit de necessitate papam aliquam adiectionem ponere, per quam intelligeremus de quibus regulis loquuntur, ut in simili est tex. ualde notabilis in. l. insulam, ff. de acquir. rer. domi. Sic etiam vide mus Iurisconsultos per huiusmodi adiectiones leges distinctissime. Nam quasdam appellabat consulares, alias tribunitias, alias Cornelias &c. ad indicandum de quibus legibus loqueruntur, ut pater in. c. quedam. ii. dist. Et tamen ridiculum esset dicere leges illas propter illas adiectiones non esse perpetuas, & generales. ¶ Dicuntur igitur iste Regule Cancelleriae, quia in Cancelleria publicantur, & registrantur. Sicut ius prætorium dicitur a prætorio, in quo magistratus ius dicebant, ut habetur in. §. prætorium. insti. de iur. natu. & in l. i. ff. de offi. præto. Et tamen nemo dicer ius prætorium suis particulare illius loci ubi magistratus ius dicebant, sed potius ius generale. vi. iiii. l. in honorariis. ff. de actio. & obli. ¶ Vel dicuntur Regule Cancelleriae eo respectu, quia maior pars regulare concordat expeditiōnem literarum, quæ in Cancelleria expeditiūnur. Et sic capiunt denominationem ab eo, quod frequentius fit, arg. glo. in cle. i. in uerbo presidentes. de rescrip. & in. l. unica. in uerbo sponsam. C. de rap. virg. Et licet aliae regule sint, quæ modum expeditionibus non ponant, prout sunt omnes Regule contentiose, quæ in iudiciis uersantur, nihilominis, quia ille etiam Regule iudiciale in Cancelleria registrantur, & per Vicecancelleriam conceduntur, recipiunt nomen ab illo loco, sicut pleraq[ue] alia iura communia, & generalia accepterunt nomen, vel ab authoribus suis, uel a locis, ut patet in. d. c. quædam, prout etiam de lege falcidia, de Macedonio, & Velleiano in quingentis locis iuris conflati; propter quorum denominationem non desinunt ille leges constitutions generales, & vniuersales appellari. Sic ergo licet iste Regule Cancelleriae appellantur, non tamen hec denominatio, seu adiectione aliquam specialitatem legis arguit. Sepe enim lex denominatur a loco uel personis, a quibus magis frequentatur, vi. in. l. i. ff. de cric. iur. Sicut & apud ueteres Romanos, Fabii, Pisones, & Léuli dicit, quia hoc leguminum genere, fabis, Pisis, ac lentibus illi uiri frequentius utebantur: inde propter illam frequentiam cognomē illud sunt sortiti, ut author est Plinius lib. xviii. naturalis historiq[ue]. c. iii. Ex quibus plures enumerat Alexander Parthenopeus li. primo dierum genialium. c. ix. Hec enim, uel similia cognomina propter frequentiam aliquius facti imposta, neq[ue] rei, neq[ue] legis naturam, uel eius vinculum immutant. Et per ista primum argumentum contrarie partis resolutius deatur. ¶ Tertio pro ista parte facit, quia tē regula idem est, quod ius, & de illa argumentatur sicut de iure, ut est tex. in. c. canon. iii. dist. Et notat Io. Franciscus Pavinus Rotæ Auditor in tract. de offi. & poefeti. capi. fede vacan. in prima. q. principali. col. fi. ubi plura scribit de Regula. Idem notat Bal. in. c. quod sicut, de eleccio. & in. l. si quis fecit. col. fi. versi. nec miteris. C. de fur. & Archiepi. Flo. in prima parte summæ. tit. xi. c. ii. §. i. & iiii. xvii. c. i. §. xi. ¶ Quartio, pro ista parte nō desunt uiri graues, qui hæc opinionem tenuerunt, quorum numerus & dignitas communem opinionem facere uidetur. Nam in primis istam opinionem tenet Rota, cuius authoritas in tam illustri & excelso loco posita est, ut ab ea redere, nefas quodammodo uideatur, quæ sententiarum gravitate, & authoritatis pondere ceteros doctores, licet numero plures, superat, & eius opinio propter eius authoritatem cō munis reputatur, secundum Imol. & And. Sicul. in. c. olim. cl. i. col. xi. de lit. contest. Nā

communis opinio non ex numero docto, sed ex pondere auctoritatis fit, ut dicit Alex. in consi. ccii. col. s. lib. vii. & ob eam causam dicta, siue uota conformia dominorum Rota et ceteris preferuntur, ut uoluerunt Moder. Hispani in paraphrasi ad. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & Moder. Asten. in tract. nuptiali. fol. cxiii. post Alex. quem ibi allegant. Et non solum op. Rota propter eius auctoritatem, sed etiam propter numerum doctorum in ea militantium communis dici potest. Sunt enim Auditores Rotæ duodecim, qui non solent fortuiti, & a casu uota sua proferre, sed causa scripti procuratorum, & aduocatorum informationibus trutinata, ac propriis studiis discussa; eorum igitur opinio, tum propter eorum auctoritatem, quæ sola, ut dixi, communè op. facit, & etiam propter numerum personatum, tum, quia eorum uota habentur pro sententia, magis vera, & firma presumuntur, quæ dicta aliorum doctorum pro libito scribentur, arg. c. prudentia. Et quæ ibi notat Abb. de offi. deleg. Nam alii doctores non ita simul idem negotium discutunt, & examinant, sed particulariter pro se quisq. & id, vel pretio alliciti consulendo, uel causa instruendi iuruenes, & eorum ingenia acutendi, in scholis legendi, opiniones suas proferunt. Nam qui consulti, propriam uidetur utilitatem prosequi, quæ facit homines aliquando a uero deci re, & interdum contraria consilia dare, ut dicit Ias. in. l. si ex toto. §. s. colum. s. ff. de legatis. i. Qui uero legit, solet multa ingenii, & gloriæ causa proferre, quæ vera non sunt, ut de Barbatia dicit Fely. in. c. ceterum, in. vi. colum. de rescrip. Praefertim, quia doctores facientes communes opiniones faciunt eas per adhæsionem uariorum doctorum, uariis, & successivis temporibus factam, non communicato consilio, nec adhibita communis distinctione, & ideo faciunt sicut aites, quæ quando una uolat, aliæ omnes sequuntur, ut ad literā dicit Decius in consi. cccxcviii. incip. quod supra &c. col. s. Quæ ratio cessat in Auditoribus Rotæ, per ea quæ dicta sunt. Et quia Auditores Rotæ a communiter accidentibus eliguntur uiri undecūq. doctissimi, qui in Rota quotidie magis depurantur, veluti aurum in fornace, ut dicunt Moder. repe. in rep. l. cœnatio. fol. ii. ff. de uul. & pupil. Adeo, q. licet docto semel examinatus non debeat amplius examinari, tñ si assumatur ad suprema officia, prout Auditoratus Rotæ, debet iterū examinari. Ita formaliter dicit Bal. in. c. scriptū. col. secunda. de electio. ubi dicit ita de facto seruari Romæ in Auditoribus Sacri Palati. Quæ quidem auctoritatem, & legum peritiam præexcellentem, non aliunde prouenisse arbitramur, q. ex multiplici uirorum prudentem, sceppe de causis disputantium, concursu, quorum mutue, & frequentes disputationes, & inter agendum actiones, eminentē in Auditoribus producent scientiam, & rerum omnium experientiam parunt, propter quam Rota non ammerito ueritatem fons canonistarum appellatur, secundum Fely. in. c. quoniā. §. porro. col. iii. ut lit. non contest. Inde non ab re Egidius in deci. xxxvii. dicit, q. inter loca ecclesiastica nullus est toto orbe Rota præstantior, vbi melius, ac celerius caute deciduntur propter peritiam dominorum Rotæ. Et quia ibi est disertissimus modus causas audiendi, considerandi, & decidendi, facit decisio. cccxx. in no. Et ob eam causam merito constitutum fuit in. c. s. ff. de fo. cōpe. q. Curia Ro. diceretur mater aliarū curiarū ecclesiasticarū. Et dicit Card. in clemen. quāmis, in princi. de appella. q. stitutum iudicandi Romanae Curiae, seruare tenentur inferiores ecclesiæ, cum secundum Moder. Asten. preponitur nobis tanq. speculū ad imitandū. Sequitur And. sicul. in. c. ex literis. col. xix. ver. iii. probat. de consi. Plura ad hoc, quæ alias ex varia lectione collegi, in laudem & meritū honorē huius Sacri Auditorii Rotæ, possem adducere, sed ut studeam breuiat, tum etiam ne suspectus videar, cū sim ex eodem ordine indignus Auditor, & omniū in docto, omittā. Quamvis ex hoc nemō succensore debeat, si tantum laudes ab aliis doctoribus hincinde scriptas, rerulerim. §. idem credendū. in verbo pronepos. ff. de lib. & posthu. refert Decius in. c. ad hac. in princi. de rescrip. & in. c. iurauit. in. i. col. de proba.

Credeundo igitur, vnde sum digressus, dico istam opinionem, videlicet, q. Regulæ Cancellariae ligent omnes etiam extra curiam, tenuisse Rotam in pluribus causis, quas inferius locis suis in cōmētariis cuiusq. Regule adnotabo. Et ultra Rotæ locis inferius adnotādis, istam opinionem etiam tenuit Joan. Franciscus Paulinus doctor magnæ scientiæ, & experientiæ, & quondam Auditor Rotæ in preludiis extrauag. Et Fely. etiam Auditor Rotæ, in cap. ii. de rescrip. Et ante ipsos Nicolaus milis etiam Auditor in suo Reperitorio in verbo lex. §. ii. Et Ludouicus de Interamne ex eodem ordine, in quoddam suo consilio reddidit in causa

to in causa McSaneñ. parochialis. Decius in. l. colum. s. ff. si cert. p. Quem ibi Moder. Taurineñ. in. xi. colum. & quidam alii sequuntur. Et secundum istam opinionem fuit indicatum in concilio, siue parlamento Tolosano, ut patet in eius decisione. ccccxlvi. incip. Item fuit quæstum, an Regulæ Cancellariae &c. Et hoc idem tener glosator, infra in Regula. ix. Et quidam Moder. Nicolaus Boerius in tract. leg. q. i. Et Nicolaus Euerardus in tracta, de locis legalibus. fol. xi. in secunda colum. cum quibus etiam concordat ille insignis glosator concilii Basiliæ, in titulo de reservationibus, in s. in verbo regulas. Et eandem opinionem sequitur And. Sicul. in consil. lvii. in. ii. colum. lib. primo. Qui ad hoc allegat Pet. de Ancha. sibi contrarium. Et secundum istam opinionem consuluit Stephanus Beltrandus doctor modernus, & practicus in consil. cccxlii. vñis copiis. in. iii. col. li. iii. nouiter impreso. Et hoc idem late probat Bartho. caslaneñ doctor copiosus in consil. x. vñlo processu. in. v. col. vbi dicit, q. regulæ Cancellariae ligant per totam Franciam, aduersus eos pro ista opinione Pet. de ancha. in consil. cccxlv. pro clariori evidentiâ. vbi idem Pet. arguit de Regulis Cancellariae sicut de lege. Et ita etiam arguit Fely. in. c. i. de re iuri. & in c. quod super his. in. iii. col. versi. secunda conclusio, de fide instrumen. vbi æquiperat Regulas Cancellariae legibus, vel canonibus penitentiis, dum querit, an sub illis comprehendantur Cardinales. Evidem facit Decius in. c. ecclæsanctæ Martæ. in. viii. col. de consi. sti. Et ante ipsos Io. and. in Regula nemo potest. de reg. iur. in nouel. Et cum ista opinio ne etiam transit Io. Francil. de sancto Nazario, alias nuncupatus de tripa. in. ii. lib. interpretationum. super. c. ii. de rescrip. Et plures alii, quos breuisatis causa non referto. Ex quo rum numero satis aperte colligitur, istam esse magis communem opinionem. ¶ Non obstant quæ in contrarium pro parte negari, adducta fuerunt. Primum, q. istæ regulæ concernunt ius speciale, ex quo denotant certum locum appellantur Cancellaria. Quia ad hoc respōsum fuit in primo argumento partis affirmativa. Quibus addo, q. ista ratio non includit in principe habente vñuersalem iurisdictionem, quilibet faciat actum concernentem certum locum, vel personam, nihilominus ille actus non properca faciet legem particuliarem, sed vñuersalem, vt in. l. s. C. de legibus. vbi appetat sententiam principis in certa causa latam vñuersale ius facere, & omnes ligare. Et idem facit epistola principis directa certe personæ. Nam habebit vim legis vñuersalis, vt in. l. prima. versu. per epistolam. ff. de constit. princi. cum concordan. vt scribit Ioan. de platea in. l. neque. C. de decurio. libro decimo. Ex quibus appetat, illud argumentum non procedere in actibus principis, sed in inferiorum, vt declarat Ias. in. l. i. in tercia colum. numero. 24. ff. de feriis. ¶ Non obstat, q. Regulæ non sunt perpetuae, quia hoc non facit quoniam nus tempore quo durant, dicantur vñuersaliter ligare. Nam non reperiuntur inter requisita legis, quod lex, debeat esse perpetua, sed potest esse temporalis, & nihilominus generaliter ligabit. Quia hoc positum est in voluntate Principis, vt in terminis istarum regularium tenet expresse Gemina. in consil. xcii. incip. Clemens VI I. Alias videtur primo &c. Nihil enim refertad vñuersalitatem legis, q. lex sit temporalis, quia in hoc voluntas contentis attendit, vt notatur in. c. nobis. de senten. excommunicata. & in clem. prima. de vita, & hunc. cleric. Sicut videmus in extratagan. ad regimen. Benedicti, quæ licet fuerit temporalis, vt patet in ea, tamen attenta iurisdictione Papæ vñuersaliter ligat. Nec dictum Archi. in dicto capitul. donatum. facit, quia illud respicit frequentiam. Nam a communiter accidentibus, lex solet esse perpetua, tamen si contingat fieri ad temporis, nihilominus vinculum generale constituit, cum hoc pendaat, vt dixi, ex voluntate principis. Et ad hoc plura iura adducit Domi. in dicto consil. xcii. quæ omitto. ¶ Nec obstat, q. Regulæ non publicantur, nisi Romæ. Ergo extra eam possunt probabiliter ignorari. Quia respondetur, q. sola t. publicatio facta Romæ in Cancellaria Apostolica sufficit, quoad hoc, vt ligent extra Curiam, vt tenet Ioan. monac. in Regula in generali. de regu. iur. libro sexto. Et Ioan. Andr. super Data Sexti. Nam Romæ etiam publicantur omnes aliae constitutiones perpetuae, & ligant per totum orbem, & sunt in vsu. Et ideo Paulus de eleaza, in proœmio cle. dicit, sufficere quamlibet constitutionem Papæ publicari Romæ. Quæ est caput omnium ecclesiæ, & orbis. Nec requiriatur, quod in singulis locis fiat publicatio. Et hoc idem in terminis nostris, videlicet, quod sufficit Regulas istas Cancellariae publicari in Curia Romana quoad hoc, vt vñuersaliter ligent, conclusit in contingentia casus, concilium, siue parlamentum To-

Iofanum in decisione sua. ccccxlivii. in secundo dubio. Et rationem istius opinionis redit Imol. in dicto proœmio. quia ideo sufficit publicatio in curia. cum Papa habeat pedes plumbeos. & est quasi immobilis. dans cuncta moueri. Ideo eius statuta non sunt singulorum auribus inculcanda. capi. i. de postul. prelato. Sed imperator habet pedes plumeos. quia non stat firmus. sed discurret huc. atq; illuc per Provincias. Ideo dicta authen. vt faciat no. const. procedit in imperatore. & non in Papa. Et ita etiam tenet Henricus Boich in cap. secundo. de constit. ¶ Præterea quia dicta authen. procedit in noua constitutione. quæ non potest illico per famam innoruississe. vt pater ex rubrica eiusdem authenticae. Sed Regula Cancellaria propter eorum vetustatem a tempore Io. xxii. primi eorum conditoris adeo toto orbe notissime effectæ sunt. vt nihil notius. Nam pene innumerabiles causæ per totum orbem reperiuntur. vigore ictuum Regularium iam decisa. Et secundum eas artatur. & regitur potestas legatorum ex officiis extra curiam. Per easdem etiam vires. robur. & limitationes capiunt expectatiæ. & reservationes extra curiam. Limitatur etiam ordinariorum potestas. vt quotidie experimur. Igitur sine aliqua publicatione debent ligare. vt dicebat Hugo. quem refert Paulus in dicto proœmio. Præsertim cum quasi omnes judicantes Regulae habeant decretum irritans. quia sunt de dandis. vt notatur infra in Regula. xxvi. Et t̄ constitutio. quæ haber decreum irritans statim ligat ignorantes. vt tradunt docto. Anto. Imol. & Moder. in cap. ii. de constit. Et ideo multis de causis iste Regulae deberet sine aliqua publicatione cunctos ligare. Verū. quia morte Pontificis Regulae extinguuntur. visum fuit. vt per nouum Pontifice publicetur. per quæ iterum ad instar Phoenicis reuiuiscunt. & veluti Aquila renouantur. quæ quidem publicatio. non ad illum effectum fit. vt innotescant. cum fere eadem Regulae sunt. quæ approbarunt. sed vt per huiusmodi publicationem dignoscatur voluntas approbatoria ipsius noui Pontificis. Quia si eas tempore assumptionis sua ad apostolatus apicem non approbaret. mortuæ manerent. Fuit igitur isto casu necessaria publicatio. Et q̄ publicationis tempus in Regularibus non tantum attendatur. sed voluntas Papæ iam vsu comprobata. apparet manifeste. Quia licet Regule iste hodie publicentur. & legantur in Cancellaria. tandem Papa decernit. & statutæ eas extunc in craftinum assumptionis sua ligare. Et sic ante tempus publicationis. Vnde si vacaret aliquod beneficium post assumptionem Papæ. & ante publicationem Regularium tale beneficium non caderet sub expectatiis prædecessoris. cum iam per Regularis illæ expectatiæ censerentur reuocatae. Et ideo acceptari non posset tale beneficium. vt refert glosator hic in proœmio Regularium. dicens. istum casum tempore suo contigisse in Rota. Adde. q̄ eundem casum decidit Geminia. in consil. xcii. in iij. col. qui notabiliter loquitur. facit Pet. de Ancha. in clemen. i. de con. præb. Et ita in eodem casu. secundum opinionem glo. & Geminia. cōclūsūt Rota triplicatis votis in una Romana canoniciatus Sanctæ Mariæ maioris coram nre de mense Junio. M.D. xxxviii. Nā in dicta causa Valerianus obtinuerat Clemēte expectatiuam. per quam fuerat creatus in canonicum Sanctæ Mariæ maioris anno M. D. xxx. Cuius vigore sequenti anno fuit receptus in canonicum. Deinde vacauit canoniciatus in ecclesia S. Marie majoris. xiiii. Octobris M. D. xxxviii. per duas horas post solis ortum. Et sic eodem die. quo D. noster Paulus Papa III. ad apostolatus apicem assumptus fuerat. Qui fecerat Regulas suas inter alias reuocatorias expectatiuarum. & creationum in canonicum. etiam si per eas alia qui recepti fuerint in canonicos. Quas quidem Regularis legi. & publicari fecit in Cancellaria XV. die Octob. M. D. XXXIII. Quas voluit ex tunc in craftinum assumptionis sua (quæ fuit. xiiii. eiusdē mensis) seruari debere cum decreto irritanti. Per quam Regularum Pauli constat fuisse reuocata creationē. & receptionem in canonicum dicti Valeriani. ex eo. quia post q̄ incepit ligare Regula initio ipsius diei. xiiii. Octobris. accidit inde ad duas horas vacatio canoniciatus. qui secundum premissa acceptati nō potuit. Et per cōsequens valuit prouisio D. N. Paulifaceta Episcopo Celenatei. Pro quo prōnūciauit. vt dixi. causa prius pluries propofita. & votata. ¶ Non obstat etiam dum dicebatur sententia latam contra Regulam valere. securis contra legem. Quia respondeatur per hoc non argui Regulas generaliter non ligare. Quia videmus etiam t̄ sententiam latam contra extrauagantem cōstitutionem valere. vt tradit Fely. in. c. i. de re iudi. & in. d. c. pastoralis. Et tamen nemo dicet extrauagantes non esse constitutiones generales. Ratio igitur diuersitatis inter legem. & Regulas talis esse dignoscitur. Quia papa pr̄ter ordinem aliarum legum communium

communium. voluit. & constituit. Regulas non ligare. nec fidem facere. nisi ille prius darē tur per Vicecancellarium. & dominos Abbreviatores. vt pater infra in Regula. xxvi. Sed hoc non reperitur de lege communi sancitum. Vnde si non esset tex. dicta Regula. xxvi. idem dicendum esset de Regulis. q̄ de lege. vt. videlicet. sententia latera contra ipsas essent nullæ. Sed in Regulis hoc factum fuit bona ratione. Quia. ex quo propter mortem Pontificis Regulæ expirabant. & multoties successor aliquam ex regulis prius aditis negligebat. vel consulto omittebat. nonnunquam æditas innovabat. ac immutabat. & experientia docet. Ideo ne contingere. super ista diuersitate dubitari. introductum fuit. Regulas nullā fidem facere. nisi ex fonte Cancellariae. & ex mandato Vicecancellarii. & sic secundum formam traditam in. d. regula. xxvi. cōcedantur. q̄ in lege perpetua statuere non opportuit. quia semper fixa. & stabilis manet. nec per successiones Pontificum variatur. cum in morte cōdētum non expiret. Et idem in extrauagan. nota. qua idem operatur. q̄ lex. vt dicunt Abb. & omnes in dicto cap. pastoralis. & in. d. l. cum prolatis. Si vero ignora fuerit extrauag. eadem seruabitur in ea solennitas. quam in regulis diximus obseruari. sed diuersa alia ratione. Nam cum tales extrauagantes ignorat. inseratæ non repenterunt sub aliquo certo vo lumine. sed in incerto vagentur. & sicut vesperationes sub umbbris quodammodo de litecant. necessariam fuit ad effectum. vt innorecant. & sine aliquo vīto apparent recurrere ad Cancellariam. vt lucem. & certitudinem veritatis capiant. Ne de eis in posterum dubitetur. Et ita se stilus habet. Crederem tamē. q̄ etiam si in eius extractione non seruatetur predicta solennitas. si tamen contrarius vsus eius non probeatur. & allegantur in causis. quod sententia contra illam non valeret. Quia est lex vera. generalis. & perpetua. non recipiens mutationem morte conditoris. In regulis tamen militar alia ratio. vt dixi. quod contrigit proper successiones Pontificum varia sententium. Adeo. q̄ propter hanc ratio nem dixit Fely. in. c. Rodulphus. in. xv. colum. de rescrip. Quod t̄ stilus curiæ sit volubilis. & mutatur ad mutationem Pontificum. qui faciles sunt in mutandis statutis præcessorum. vt patet ex varietate temporum circa stilum. vt refert. Jo. and. in. c. i. de electio. lib. vi. Et melius. ac clarius hoc idem manifestum redditur ex inspectione antiquarum. & modernarū regularū. inter quas multiplex est differētia. adeo. vt quilibet Pontificū magis usus fuerit notis regulis cōstitutis intendere. q̄ a prædecessoribus aditis apprehendis. Quia omnia iustificantur per rationem. c. non debet. de consan. & affi. Propter istam igitur varietatem fuit ordinatum regulas istas sub predicta forma dari. Hinc est. q̄ primū per extractionem regulæ a Cancellaria sumus clari. & certi de tenore regulæ si scemel apud acta producatur. illa producitur sine alia noua extractione a Cancellaria facienda. pdest. quo ad omnes alias causas coram quibuscumq; iudicibus decidendas. & faciunt ius generale. Nam transportato registrō cause. vbi scemel producta fuit regula. datur plena fides illi. & sententia contra eam lata erit ipso iure nulla. ¶ Est tamen circa hoc vltierius adiutendum. q̄ iste regulae dantur duplicitate. aut in curia. & sufficit q̄ dentur per Vicecancellarium. vel Regentem Cancellariæ cum subscriptione duorum Abbreviatorum. Si vero extra curiæ dentur. requiritur supplicatio Papæ. Et tunc datur sub plumbo. Ettali casu extra curiam faciunt fidem. vt Ix. Et qui vult eis vt in causis extra curiam mittat pro eis. alias secundum ordinatiōnem papæ non ligant. Nec per hoc potest inferri non facere ius generale. quia ex predictis appetet contrarium. Formam vero dationis regularum. & extractionis a Cancellaria. & qualiter dentur ad perpetuam rei memoriam. & quid si petantur regule præcessorum. vel viuentis pontificis dari. ponit Hierony. Paulus Vicecorrector eruditus. & summus practicus in eo libro. qui vulgo antitularū prouinciale ecclæsiarum. sive præctica cancellariæ. fol. xxvii. vbi videndum est. nam liber ille est approbatus a sede Apostolica. vt dicit Cardina. in clem. ii. §. irruum. in tertia questione. de elect. Et ipsum Hieronymum paulum summe laudat Io. Baptista de Sancto Seuerino in tract. penfio. q. xxx. colum. penulti. Et per ista pater solutio ad alia argumenta. Nam. vt ad ea uno verbo respondeam. si huiusmodi regule in aliqua sui ratione in curia non concludant ratio. tamen generalis earum. & potestas condensis vniuersalis non restringentis se ad certum locum. concludit. vt dicantur constitutiones generales. ¶ Vt tñ magis predicta omnia sustineri valeat. possent federe distinctionis iste opiniones cōcordari. vt. videlicet. prima opinio pcedat in regulis. quæ nō sunt de dādis. Ille. n. ex quo B ii

respiciunt expeditionem literarum curiae in Cancellaria faciendam, & per consequens restrin-
gatur ad certum, & particularem effectum, & locum tales dicuntur constitutiones speciales,
& non ligant extra curiam. Aut vero loquimur in regulis, quae sunt de dandis, prout sunt fe-
re omnes iudiciales, quae habent decretum irritans, & in illis procedat secunda opinio. Et
istam distinctionem videtur sentire, & tenere Jo. Frac. Paulinus in preludiis extra rag. Jo. xxii.
& Fely. in. c. ex parte el. i. de rescrip. Et alii plures ex predictis docto. Non tamen inficior
plures Regulas iudiciales reperiunt in hoc volumine, quae non procedunt coram ordinariis
extra curiam propter aliquam particularē rationem, de quibus ibidem suo loco dicemus. Et
hæc in vniuersum, & quodammodo in genere circa istam questionē dicta sufficient.

Quæstio Tertia.

CIRCA. Tertiam principalem questionem † nunquid Regula istæ Cancellariae
ligerat ipsum Papam eorum conditorem?
SOLVTO. Ista questione considerata, subiecta materia aliquarum Regularium, videatur in
pertinens. Cum Regule istæ pro maiori parte modū imperandi beneficia, ac possessores
eorum concernant, quæ in Papa uerificari non possunt. Cum neq; ipse impetraret illa, neque
habeat, a quo beneficia impetrare posset, cum ipse idem sit dominus, & beneficiorum, effe-
ctor non habens superiorē supra se, ut tradunt late Moder. in cap. i. de constit. Ne
que etiam beneficia super quibus Regula loquuntur, possidentur ab eo. Itaque atento
isto mortuo, questione ista reddetur frustratoria. Posset tamen ista questione quadrare in illis
regulis, quæ concernunt animæ periculum, de quibus ibidem suo loco particularius tra-
etabo. Neque ex eo, qd doctores istam questionem formant in lege communi, de qua solet
pluribus locis iuris dubitari, nunquid liget ipsum conditorem, potest eodem modo hic ada-
ptari, cum lex communis varios tractus, recessus, ac sinus habeat, sub quibus Papa facile
includi posset. Non sic in Regulis, quæ uniformem materiam tractant, videlicet, beneficio-
rum. Itaque tanquam de re non pertinente non curabo hic papyrum denigrare. Quia
hanc questionem in specie, & latissime tangam in Regula de infirmis resonantibus. Vbi
est proprius locus.

Quæstio Quarta.

QVAR TO LOCO videndum est, † nunquid sub dispositione istarum regularum
generaliter vel indefinite loquentium comprehendantur Cardinales?
SOLVTO. Quia questione ista specialiter super aliquibus Regularibus discutitur, &
plura, quæ hic dicentur, communia erunt iis quæ ibi sigillatim scribam, ideo particularibus
argumentis ad illas Regularibus pertinentibus omissis, motu aliqua ab illis diuersa, in hic
genera ponam, quibus cognitis facile dignoscere poterit, quando Cardinales sub disposi-
tionibus generalibus, tam Regularum, quam iuri communis comprehendendi debeant, &
quando non.
In primis igitur dicendum videtur Cardinales sub generali dispositione legis, vel consti-
tutionum non comprehendendi, hac ratione. Quia persona, quæ inter alias supereminenter
qualitatē habet, nisi specialiter nominetur, non videatur sub generali constitutione comprehen-
di. Hoc dicit in specie Io. and. in. c. i. de scisma. lib. vi. vbi tenet, qd + licet sub dispositione
generali comprehendantur episcopi, non tamē comprehendantur Cardinales. Quia maior ratio
est in Cardinali, qd in episcopo propter maiorem eius qualitatē. Vnde facile credimus ortum
stylum Cancellariae, qui habet, qd quando Cardinalis impetrat non debet narrativa rescri-
psi formari per viā sua nobis, vel significauit, vel conquestus est nobis, vt fit in aliis omni-
bus impenitentibus. Sed deber rescriptū habere specialem formā distinctam ab aliis, vide-
licet, exposuit nobis dil. fil. noster t. Sancte Praxedis &c. vt per hoc denotetur singularitas
personæ. Et quod dicit est de cardinalibus, idē de regulis, & eadē ratione dicendum est, quia
contra reges de stilo Cancellarie literæ contentioſæ non dantur. Nec etiā in his, quæ illis de-
stinatur per Papā ponitur verbū mādamus quatenus &c. sicut in aliis ponitur, vt dicit Spe-
cul. in titu. de rescrip. presenta. §. ratione formig. versi. itē contra Reges facit tex. in cle. i.
de testi. ibi Reges, & Principes in Domino exhortamur &c. Et inde evenit, qd in deroga-
tione

tione iurispatrō, laicorum Reges, nec duces eadem ratione non comprehenduntur, nisi
si specialiter nominentur, vt est cautum Regula Cancellarie ordine. xl. Ethocidem cause
ri de iure cōmuni firmat Fely. in tracta, quando lit. apostoli. nōc. pat. in. vi. colum. versi.
ampliatur. viii. facit tex. in. c. fi. de offi. delega. lib. vi. & c. ne aliqui. de priuile. co. lib. Et in
extra rag. execrabilis. §. i. cum cōcor. vrdixi in Regula de infir. resig. q. ii. Et ista omnia in
ratione fundantur, quia ex quo iurismodi personæ distinguuntur a plebe, seu vulgo tanq;
antesignani, honestū est ne iure ordinario regulerint, qui prērogatiua quadā singulari cę-
teris preferuntur. ¶ Et in eadē ratione fundatur illud, quod dicitur mandatū concilium ad
beneficiā non capere dignitatē, vel beneficium simile qualificatum, vt est tex. in. c. fi. de pre-
bend. Sic etiam tex. in clemen. i. de regula. qui loquitur de monachis, & aliis habentia
bus administrationem non comprehendit Abbatem, quia ibi non nominatur, vt tener ibi
Cardi. post Matthæum in. vi. oppo. Ex quibus omnibus conflatum putamus commune
illud dictum, legem generaliter loquentem, numquam comprehendere casus specialiter
privilegiatos, vt dixit glo. in authen. de hære. quæ ab int̄est. in princi. & reaſumit Ias.
in. l. postquā līi. col. fi. C. de p̄ct. sequitur Decius confi. v. & an ipsos Gemi. consi. xxx. cū
simil. vt per Fely. in. c. i. vii. col. veri. secunda dispositio, de rescrip. de quo latius dixi in
commentariis. c. statutum. nume. 47. de rescrip. lib. vi. Et ideo non ab re de filio, & ysi
Curie, quando Sūmi Pōtifices voluit Cardinales tacite sub dī positione generali cōpre-
hēdere, solē eos salte p clausula illas generales, cuiuscūq; status, præminentia, gradus, vel
dignitatis existant, ineludere. Nam dicta clausula de sui natura includit personas, quæ
alias non comprehendentur. Quamvis etiā illi sint reges, serui, monachi, vel iudei, vt
dicit Archi. in. c. quāuis. de offi. ordin. lib. vi. Et nouissime quo ad regē Scotie, qd sub illa
clausula cuiuscūq; status &c. cōprehēdatur, tenuit Rota in vna Brechinien, vicaria corā R. D.
Io. Paulo Ptolomæo die. ix. & xi. Decēb. M. D. xxviii. ¶ Quantū vero ad Cardinales de
quibus hic agitur, qd sub generali, & vniuersali dispositione regularium includantur, quan-
do est apposita illa clausula cuiuscūq; status &c. tenuit etiā Rota in vna alia Ferrarie.
¶ Archipresbyteratus, vt dicam in fine sequentis questionis. Vbi vero, non apponetur dia-
cta clausula, vel illi nominativi in constitutione expressiō nō fuerint, non videtur Papa eos
velle comprehendere tanquam ceteris excellentiores, per ea quæ ncuissime cumulat Fran-
ci. de ripa in. l. i. col. viii. numero. 59. ff. de uulg. & pupil. ybi illud, quod dictum fuit de
regibus multipliciter limitat. Et in hoc multum defertur personis humiſinodi, præsertim
regibus, vt scribit Praepo. Cardina. Alexand. in cap. si episcopus. column. fi. xviii. distinc.
& Corset. in tract. de potestate regia. Cum igitur Cardinales inter ecclesiasticos viros,
post Papam, locum primum teneant, vt tradit Fely. in rubri. de maior. & obc. in. v. col.
adeo, qd fratres principis appellantur, secundum Ioā. and. in. c. i. de scisma. lib. vi. & in. c.
quā periculostum. de fenten. excō. eo. lib. Et sicut † Papa, vnicus ecclie sponsus dicitur, ita
Cardinales filii primi gradus appellantur, vt dicit Jo. an. & Imol. in. c. felicis. de p̄cenis. li.
vi. Merito igitur propter talē excellētē dignitatē sub generalibus constitutionibus, pre-
sertim odicōis (cuiuscmodi sunt Regulariæ Cancellarie) cōprehēndi non debent. Quā
opinionē multis rationibus probat Abb. Pa. in cle. i. de excel. prælatorum. in principio.
Nam si de Ducibus, Marchionibus, & aliis illustri nobilitate potentibus in Regula xl. &
aliis pleriq; magna habetur ratio. Quid de Cardinalibus dicendum erit? qui non solum
illustres, sed, vtili magis sublimentur, in diadematē principis scripti dicitur, & adeo sunt
Papa chariores, qd unum corpus cum Papa facere existimantur, quia de causa pars corporis
Papa appellantur, in. d. clemen. felicis. & alibi eius collaterale inscribuntur, de quibus la-
tius scribit And. Sicut. in confi. i. col. xiii. lib. i. & in suo tract. Card. facit bonus tex. in. c.
Constantinus. i. c. dist. ¶ Quamobrem illis patriciatus dignitas concessa fuit, vt referunt
prefati docto. Sunt enim Patricii Principis patres, vt notatur in authen. constitutio, quæ
de digni. Nam nullus ad talē dignitatem ascendit, nisi prius eius fides, & industria in
aliis dignitatibus fuerit approbata, vt inquit Ioan. de platea in. l. nemini. C. de con-
suli. libro duodecimo. Et latius Moderni in. l. i. ff. de offic. eius. Non immerito igia-
tur dicendum erit generalibus constitutionibus eos minime comprehendendi. Imo fortius
voluerunt Moder. in tractatu de potesta. leg. in. iiiii. & v. conclusionibus. Quid
licet dispositio capitu. de multa. de præbend. sit multum necessaria ecclie, nihilce
minus cardinales propter eorum supremam dignitatem non cōprehēnduntur sub illius

dispositione, quamvis dispositio illa, ut dixi, sit alioquin honesta, & sanctissima, ac ecclesiis favorabilis. Illa enim qualitas excellentis dignitatis, qua ceteris prestant, adeo subiectum alterare uidetur, ut sub simplicibus, & generalibus dispositionibus non comprehendantur, ut videmus propter eandem rationem qualitatis factum fuisse in, c. statutum. iuncto, c. licet canon. de electio. lib. vi, vbi sub dispositione loquente de parochiali, non comprehenditur parochialis collegiata, propter illam dignorem qualitatem, sic sub regulis de clericis loquentibus Cardinales comprehenduntur non debent. Et hac ratione Io. And. in, c. i. de scisma. lib. vi. dicit, sub reuocatoria, de qua in, c. ii. de concess. preben. li. vi. Cardinales non includit. Nam inanis esset tanta dignitatis prærogativa, nullus illis tributus honos videretur, si cum ceteris, veluti cum turba sub regulis generalibus comprehendentur. Conueniens igitur est dicere eos non comprehenduntur. Quam opinionem tenuit et

4 Roma. in consil. ccxxviii. in casu, quo queritur, vbi per plures rationes probat + clausulam generali, & omnes alios, &c. Cardinales non comprehenduntur. Sequitur Fely. in c. cum in ure peritus. in, iii. col. de offi. deleg. + Bartholo. belézinus insignis auditor Ro-
te in, c. quod super his. de fi. instru. Et plura etiam argumenta, & motiva pro ista parte cumular Per. de ancha. in consil. cccxv. & cccxvii. qua breuitatis causa non refero. Cum qui
bus violentur transire Moder. in, c. ecclesia sancte Marie. in, viii. col. de constitut. Et ante
ipso Fely. in, c. in eos. in fi. de hereti. His accedit, quia Cardinales dicuntur partes spiri-
tuales, & columnæ ecclesie in cle. si quis suadente, de poenis. Vnde sicut Augusta, quia fe-
citur pars corporis Augustini comprehenduntur in generali dispositione, ut patet in
l. penul. C. de do. inter ui. & vxo. Ita neq; Cardinales, qui sunt etiam pars corporis Papæ,
ut in, d. cle. felicis. comprehenduntur debent. Præterea Augusta, ex eo, quia assifti principi in
consilendo, & regendo orbem, gauder illius speciali priuilegio, ut in, l. bene a Zenone. C.
de quadri. prescrip. Ita etiam Cardinales, qui assifti latere Papæ, & sunt eius consiliarii,
ut in, c. fundamenta. q. decet. de electio. li. vi. & in, c. per uenerabilem. q. rationibus. qui
fil. sunt leg. debent pari priuilegio gaudere. Et per ista duo motiva, & alia, quae non refe-
ro, istam opinionem in terminis regularum Cancellariae, tener And. sicut. in, c. in nostra.
in, ii. col. de rescr.

5 Iстis tamen non obstantibus contraria opinio uideatur firmior, & uerior. Pro qua primo
facit, quia generalis + dispositio legis nō solum causas, sed etiam personas priuilegiatas,
comprehendit, ut notar. Bal. per illum tex. in, l. in fraudem. in fi. de testa. mili. cum concor.
ut scribit Decius in consil. v. & in, l. numero. ix. ff. de reg. iur. & in, c. quæ fronte. in, ii. col.
de appella. Præterea quia lex generaliter dicit, q; canonum statuta ab omnibus obserueri-
tur, ut in, c. de consti. Et ab ista generalitate non reperitur excepti Cardinales, igitur di-
cam eos comprehenduntur. Nec obstat prærogativa dignitatis eorum. Quia licet illa multa ad genia
attendantur in honoribus deferendis, non tamen talis dignitatis præeminentia libertata uin-
culis legis, que usque adeo oēs uiuentes astringunt, q; etiā ipsa Augusta, quæ alioquin irra-
diatur radii augusti, & haber priuilegia, quæ habet ipse princeps, ut in, l. fiscus. q. fi. ff. de
iur. fisc. Et tunc & eadem persona, & caro cum principe reputatur, sub generali legum uincu-
culo comprehenduntur, ut est tex. notabilis in, l. princeps. ff. de leg. Et per hoc respondeur
ad motiva And. sicut. in, d. c. in nostra uir procedant, quando Augusta specialiter excipiuit
in lege, prout in, d. l. penul. & in, l. bene a zenone. Si adetur hoc, quia Cardinales nihil
aliud sunt, q; consiliarii ipsius Papæ, ut in, c. fundamenta. q. decet. de electio. li. vi. & in, c.
parochia. xv. q. i. cum concor. ut scribit And. sicut. in tract. Cardina. in prima. q. Qui in
arduis, praesertim in legibus faciendis, consilio, uiuant Papam. Nam in huiusmodi graui-
bus negotiis solent consiliarii intereniere, ut in, l. humanum. C. de legi. Et tamen nemo
dicit consiliarios non subiici legibus, cum ab illis non excipiuntur, nisi solus princeps, ut
in, d. l. princeps. Omnes igitur alii legibus subsunt. Quoniam ipse idem princeps, licet so-
litus sit legibus, non tamen a ratione naturali ipsius legis immunitis videtur, ut latissime scri-
psi in regula de infirmis resignantibus. q. i. & ii. & tradit late And. sicut. in consil. i. in primo
voluimine. Quare concludendum est, q; cum Regule iste generaliter loquuntur, & non ex-
cipiant Cardinales, sub eis uidentur includi. Sed ut opiniones ad concordiam reducan-
tur, iudicio meo, distinguendi erunt plures casus.

6 Primus est, quod constitutio prohibet aliquid, quod de se est malum, & inducit pecca-
tum. Et isto casu Cardinales, & omnes cuiuscumq; alterius dignitatis proculib; his com-
prehenduntur.

prehenduntur. Hinc est, q; sub dispositione, c. si quis suadente. xvii. q. iii. Cardinales inclu-
duntur, ut dicit Io. Mona. loco inferius allegando, & Fely. in, c. quod super his. in, iii. col.
ver. iii. quæ sequitur, de fid. instru. ¶ Et ita dicimus, q; c. omnis veriusq; sextus, de poe-
ni. & re, licet de Cardinales non loquatur, eos tamen comprehendit, per ea, quæ dicit
Abb. in, c. omnes, de ma. & obe. & in, c. nouit. in, iii. col. de iudi. Et in simma vbi cuncta
lex concernit utilitatem anime, non solum Cardinales, sed etiam omnes principes sub ea
comprehenduntur, ut Prepo. dicit in, c. non licet, in prin. x. dist. Et in specie hoc tradit per
viam Regule Io. mo. in extraag. Bonifacii. viii. quæ est prima in ordine, sub titulo de sen-
ten. excom. in extraagantibus communibus glostatis per eundem in verbo clericos. vbi
hoc per bonas rationes probat, quæ uidantur ibi. Nam in istis, quæ sunt de genere malo-
rum tanto grauius quis punitur, quanto maior est, qui peccat, ut in, c. cum quidam. de iur.
iur. Pro quo facit illud dictum Iuuenalis Satyra. viii. Omne animi uitium tanto cōspectius
in se crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur. De quo dicto meminit glo. in verbo
tanquam. in, c. ii. q. fi. de trans. epis. & pro eo est tex. in, l. presbyteri. C. de epi. & cle.
¶ Secundus est casus quando constitutio non prohibet aliquid, quod est per se malum, sed
quia prohibit, & si talis constitutio sit poenalis, & odiosa, contineat odium rationale,
tali casu Cardinales includuntur, ut notat in simili Bal. in, l. quicūq; C. de iur. fugi. Quod
est verum, nisi per tales constitutiones poenalem, si eos includeret, tollerentur eorum pri-
uilegia. Quia tali casu non comprehenduntur, nisi in specie fieret de illis mentio, per ra-
tiones, quas scribit Ias. in, l. postq; lit. col. fi. C. de pact. arg. l. decurionibus. in princ. C.
de silentia. li. xii. Et ante ipsum hoc dixit And. sicut. in, c. ecclesia sancte Marie. numero. 7.
de consti. & in, c. i. numero. 77. de rescr. Et tener expresse Gundisal. Rote auditor in tra-
Card. q. xi. in fi. Sed quando eorum priuilegia non ledentur, procedit, q; dictum est. ¶ Ex
 sponens, uel si dicere uolumiū illius oppositionis quoūmodo cōpetere ius ad rē il-
 lud ester simile illi cōpetenti ex acceptatione. Et sic ratio cōsiderata in dicta decisione. xvi.
 militat in. d. iure opponendi, ut iudicavit Rota in una corā D. Hugone de Spina de anno
 M. d. xix. ut meminit D. Guliēl. in recollectis decisionib⁹. ¶ Ethocius opponendi habet
 locum et qñ non solum ex constitutionibus synodalibus cōpetere filiis patrimonialibus,
 fed et quando ex ordinatione testatoris tantum uolentis proximiorē de suo genere ad be-
 neficia presentari. Nā tali casu per oppositionem proximioris acquiritur illi ius considera-
 bile, adeo, q̄ uirtute dicta clausula quatenus non tollatur ius quæsumū uideatur praeteri-
 ri. ¶ Ut nouissime coclusit Rota in una Oxomē capellaniē de sero corā R. D. Raynal.
 petritio de mense Iunio. M. d. xxix. Quæ de plano procedunt qñ ius opponendi cōpetit
 trigore alicuius constitutionis uel ordinationis. Secus uero ubi nulla efficit constitutio, sed sim-
 plex usus se opponendi, nam talis oppositione non dat ius. Ratio assignari potest, quia si pri-
 uetur hoc casu opponens sua oppositione, non uideatur per hoc damnum sentire, ex quo
 11 non est acquisitum ius aliqua constitutione. ¶ Quia propriæ damnū est diminutio patri-
 moni, ut in. l. dampnum, cum sequen. ff. de dam. infec. Quæ diminutio consideratur etiam
 respectu lucri quando illud acquisitum est radicatum, & tali etiā casu illud ius amittere
 est damnum sentire, ut est glo. in. l. non amplius, §. fi. de leg. i. cum concor. uers. scribit Ias.
 in. l. ex facto. in. iii. col. ff. de vulg. & pupill. Sed quando lucrum adhuc radicatum non fuisset,
 C. iii. mat. 15. tetra. ap. Bellaria. in. 3. v. 57. C. iii. mat. 15. tetra. ap. Bellaria. in. 3. v. 57.
 fuit 1554.

illud admittere non esset damnum sentire. Vnde ius adeundi facile tollitur, quia non est ius radicatum, ut probat Lauren, calcaneus in consil. vii, col. penul. Quod omnia militant in acceptatione, & iure opponendi filii patrimonialibus competentes, de quibus est aliquid dictum in illa questione de iure conditionali. Et quia illud, damnum, quod ex priuione acceptationis, vel oppositionis resultat, ex quo dependet ex lucro nondum radicato, & habet respectum ad illud, reputatur lucrum, & non damnum, iuxta gloss. notabilem in l. si duo. ff. de acquirenda hereditate, & tradit Socius in lege cum queritur. ff. de re dubia. Ita tamen, ut diximus procedunt in presentatione, quae propter rationem iam dicta tribuit ius ad rem considerabile. Hoc tamen limitatur aliquibus modis.

¶ 3 **C**um Primo non habere locum quando presentatum adhuc per presentatum acceptata non fuisset. Quia tali casu non dicetur presentatus habere ius ad rem, nec in re, ideo non presentaretur iure clausule, nec dicta clausula intelligeretur de talium iure, iuxta ea, quae dicit Abb. in c. cum Bertoldus. de re iud. in. iii, col. & ante ipsum Calde. conf. xvii. ti. de iure patro. cum concor. ut scribit Roch. curtius in tract. iur. patro. in verbo ius. in. iiiii. q. Et resiliunt quidam alii Moder. in novo tract. iur. patro. fol. ccii. vbi super hoc latius scribunt. Requiritur ergo in primis acceptatio presentati, per quam acceptationem contra hunc sponfalia de futuro, ut dicit Calde. in consil. ix. ti. de iure patro. Quem ita declarat Moder. de sive o Nazario alias nuncupati de Ripa. in rubri. de iudi. in. xv. col. numero 71. Quod verum putarem ego quando presentatio est facta superiori. Tunc enim contineuntur sponfalia, etiam si superior presentationem non admittat, quia concurrit contentio ius patroni, & presentati. Alias si non facta sit superiori. **L**icit presentatus consentiat, non dicitur presentatio, sed quædam nominatio, ut dicit Car. in c. capitulum. xxxiii. q. de rescrip. & inferius dicitur, & tenet Moder. ubi supra. Ergo in omnibus casibus requiriatur presentationem factam fuisse ordinario, quo ad acquirendum ius ad rem, ut dicit Et Bal. in Margarita sua in verbo patronus. Admissio ergo superioris soli requiritur, quo ad acquirendum ius in re, quod resultat ex institutione, per quam institutione sponfalia de futuro, que per solam presentationem factam ordinario fuerunt contracta, resoluuntur, seu transiunt in matrimonium de presenti. Nā proditum est in iure, quod ex solo contractu nondū executo, non acquiritur ius in re, ut tradit Ias. in. l. si quis maior. C. de trasc. in. iii. col. uer. linito istam. l. & c. Requiritur ergo, quod presentatio sit facta superiori, quoad acquisitionem ius ad rem, etiam si superior non admittat, sed quoad quareendum ius in re, requiritur admission. Et ista sunt maximi momenti, quoad unum effectum, & quia licet patro non nominet, & eligant presentandum, & tradant instrumentum nominato, valet tamen prouiso Papac. si facta presentatio superiori, etiam si habent predicta clausulam quatenus non tollatur ius questum. Quia non tollitur isto casu per illam aliquid ius, nec in re, neq; ad rem. Quia, ut dixi, ius ad rem per acceptationem nominati, & presentationem factam superiori, queritur. Ius uero in re per institutionem. Et neutrum horum praecessit prouisionem Papac. Ideo valet eius prouiso, ut notabiliter declarant in terminis Moder. de sylva in tract. beneficiorum, in. iii. parte. q. xi. col. ante penultima. Eridem de acceptatione uidetur hoc casu dicendum.

¶ 6 Secundo limitatur conclusio, ut procedere quando presentatio fuerit facta a patre clero, secus si a laico. Ita reperio ista conclusionem in terminis limitare Io. Crotum de monte Ferrato. in. c. quod autem de iure patro. in. iii. notabili. Rationem differentiationis ponens, quam dicit nouam, videlicet, quia presentatus a clero, quando est idoneus, habet ius fixum, & irreuocabile, ex quo clericus patronus variare non potest. Nam talis presentatio habet uim electionis secundum Io. And. Imo. & Abb. in. c. cum autem de iure patro. Sed electo ante confirmationem ius est acquisitum in beneficio, ut dicit Domi. per illu tex. in. c. quam sit. §. i. de electio. li. vi. Ergo pari modo acquiretur ius presentato. Hinc est, quod talis presentatus quando est idoneus potest cogere ordinarium, ut illum instituat. Ista. n. fieri non possunt absque iure fixo in personam presentati. Proprietary tale ius censetur presentatum per dictam clausulam. Secus uero est in eo, quia laico est presentatus, quia ex quo laicus variare potest, nihil acquiritur presentato. Et istam opinionem Io. Croti sequuntur quidam Moder. Autionen. in rub. de iud. **Sed aduerte**, quod licet istam differet, Nec tamen est uera, quia contra eam tenet Abb. Fely. & alii in. d. c. cum Bertoldus. **T**qui pa-

riter loquuntur de presentatione laici, & clerici, & in utraque concludunt, non tribuere ius in re, sed ad rem, ut latius ipsi declarant. Nec propterea, quod laicus variare potest immutat ius ad rem acquisitum presentato, nisi cum effectu variaret presentando secundum episcopo, qui illum institueret. Tali casu presentatione primi nihil tribuit. Sed laico patrono non variare ius in re acquiritur presentato. Nec potest variare aliquid de iure diminuit, nec aliquo modo considerat, per ea quae dicit Inno. in. c. pastoralis. de cau. poss. Et ita in simili casu respodet Fely. in. c. causam. in. xvi. col. vers. caue. de rescr. Nec obstat, quod presentatio clerici habet vim electionis, quia dupliciter respondet. Primo illud esse verum solum circa illud ne posset patronus variare, sicut eligentes post factam electionem. Non autem talis presentatione habet vim electionis circa alia. Et ita in terminis ad primum dictum Innoc. & Abb. in. d. c. cum autem respondent Modus. in nouo tract. iur. patro. fol. ccii. in secunda colum. Vel secundo respondet, quod licet verum sit, presentationem a clericis equiparari electo, non tam per hoc dicitur habere ius in re, quia electus ante confirmationem non dicitur nisi habere ius ad rem, ut late probat Fely. in. c. cum Bertoldus. & tenet Hostien. in. c. pastoralis. de iure patro. Et licet ista putem esse iuridica, tamen opinio Croti multum videtur colorata, de quo nullus mentionem facit. **E**t per predicta fuit, hoc mens Noue bri M. D. xxvii. coram R. D. Raynaldo petruio post plures informationes, decisa in Rota ista difficultas, in causa sancti Andre. **T** Numquid prouisio nuncii post presentationem patroni laici nondum Episcopo presentatam valeret. Et certe prima facie videbatur dicendum quod non. Quia nuncius non potest tollere alicui ius questum, nec in re, neque ad rem, ut in terminis consuluit Stephanus Beltrandi in consil. xii. numero 10. in tertio volumine. Tamen quia reportum fuit in predicto casu nuncium habuisse facultatem derogandi iuriparti, etiam laicorum, fuit conclusum prouisionem nuncii valeare ante presentationem, per ea quae dicta sunt superius. **E**t ista omnia procedunt de quodam stilo, secundum quem dicta clausula de non tollendo iure questio, preferuntur non solum omne ius in re, sed etiam ad rem, excepto iure resultante ex acceptatione, ut dicit Rota in dicta decisione. xvi. **Sed respectu istius Regule, ut aliquid operetur, uidetur tale ius ad rem per acceptationem esse considerabile, ut superius dictum est. Nam tale ius puto per istam regulam conservari, nisi Papa expresse illi derogauerit, unde si lite pendente super acceptatione mea emanaret prouisio aduersarii tollens meam acceptationem possem me tueri ista regula, nisi illi expresse derogaretur. Et par formiter credorem in casu in quo Papa motu proprio, & ex certa scientia tolleret ius questum alteri. Nam intelligeretur per hoc derogare dispositions iurius communis, non autem isti regule, ut aliquid operetur eius editio, pro qua opinione optime facit dictum Bar. in. l. iii. §. si rem. ff. 20 de lega. iii. vbi dicit, quod si per statutum disponitur, quod uictus uictori condemnetur in expensis, licet illud idem fuerit dispositum a iure communis, tamen ut statutum non sit frustratorium, & aliquid operetur, intelligetur etiam in casu in quo uictus haberet iusta causam litigandi, quae iusta causa alias uictum excusaret de iure communis, ita concludit ibi Bart. quem cōminiter docto. sequuntur, ut latius dixi in. c. i. nume. 2 & 8. de constit. lib. vi. Ita in proposito nostra dicendum uidetur. Nam licet illa clausula quatenus non tollatur fuit que questum, de iure communis non comprehendat acceptationem. Regula tamen ista, ut alii quid plus operetur, comprehendat tale ius ex acceptatione acquisitum. Nam plus operatur, quae specialis disponsatio, quae generali constitutione sunt dicta, ut dicit Tex. in cap. quanq. xxiii. distinct. & in. c. si aduersarii de hereti. Et eodem modo, si Papa motu proprio aliquam gratiam alii concederet per quem uidetur tolli ius questum, nihilominus obstat ista regula dictæ gratie, ut aliquid operetur, nisi nominatio, & specialiter illi derogatum fuerit in gratia. Nam ista, ut finiles regule nunquam censentur per clausulas generales sublate. Ex eo, quod regule uidetur habere clausulam derogatoriam uoluntatis, ut latius dixi superius in processu regularium, questione. v. & vi. Et ita stylus curie introduxit. Ex quibus sequitur, quod non obstante certa scientia Papa tollentis ius questum, possit excipie ista regula, quod est notandum. **I**tem post etiam illud ius ad rem procedens ex acceptatione in alio esse prouisum, uidelicet, eo casu, quo papa in gratia sua ex certa scientia tolleret mihi ius questum, si quod competitad tale beneficium. Nam tali casu, ut illa uerba sic indistincte, & generaliter prolati, minus preiudicent, debent intelligi de iure minus efficaci, quod est illud acquisitum per acceptationem tantum, & aliud quodcunque**

ius alio modo cōpetens censeretur preseruatū, & manerer illēsum, per ea quē dicit Car
 23 di. in. c. mandatum. in. vii. nota. de rescrip. † Vbi dixit, q̄ si papa concedit aliquam gratiā
 alicui, hoc expresso, qd̄ iustilli pr̄iudicare, debet intelligi de minimo pr̄iudicio non au
 tem de magno, & considerabili. Ita etiam tenet glos. fi. in. l. sed cū ad h̄erede. ff. ad trebelli.
 Sequitur Iaf. in. l. quotiens. in. ii. col. C. de preci. impe. effe. Et quoad istum effectum ius
 illud ad rē est considerabile. Est bene verum, q̄ quād̄ illa clausula & cum pr̄iudicio iu
 ris questiō &c. non posuit uerificari, nisi in magno pr̄iudicio, tali casu, ne gratia esset fru
 stratoria, censembit pr̄iudicatum in magno. Ita notabiliter declarat Bartho. Veroneſi.
 in tract. de seruit. rusti. pr̄edio. titu. de aqueductu. fol. lxviii. secundum paruū impresio
 nē. versi. quarto dubitari etiam potest &c. allegat Io. de Imo. in. c. quintuallis. de iuris. &
 in. c. cum contingat. eo. titu. inducendo, vt ibi per eum, quod est notandum. ¶ Putarem ta
 men isto casu requiri causam in concessione Papæ, quando agitur de magno, & enormi
 pr̄iudicio, vt dicit Abb. in. c. fi. in. iiiii. col. versi. ego suffentando. de constitut. Quia alias
 aliena largiri sine culpa possidentis estet quādam species tyrannidis, per quā contaminare
 retur principis liberalitas, & magnanimitas, vt dicit Bal. in titu. de pa. constan. col. xxii. ar
 24 gumento tex. in. l. si pignore. ff. de furtis. Et ideo dicebat Inno. in. c. nisi. de renun. q̄ † quā
 do Papa confert vñi beneficium, & deinde ei auferit, tenetur illi prouidere de bono contra
 cambio, & tradit Iaf. in. l. quoties. in. iiiii. col. C. de rei vend. Nec obstat papā habere ple
 nitidinē potestatis in beneficialibus, vulg. c. ii. de pr̄eben. lib. vi. Quia illud est verum
 secundum And. Sicul. in tract. Card. in. iiiii. q. secundae partis. in. ii. col. quoad collationē
 beneficiorum, non autem quoad priuationem faciendam sine causa, licet ad hoc altera etiā
 respondent Moder. in tract. beneficiorum, in prima. q. secundae partis. col. v. quos videas.
 ¶ Et per predīcta redditur dubitabile vñi dīctum Alexand. in consi. ccxv. incip. nec argu
 di. col. viii. versi. denuo considero. lib. secundo. quem sequitur Decius in. c. cum dilecta. co
 lum. ii. de confir. vi. vel iniuri. qui voluit, † q̄ quād̄ Princeps exceptit vñi casum in quo nō
 uult alteri tollere ius quēstū, ex tali exceptione declaratur mentem principis esse, velle in
 aliis pr̄iudicari, quod est valde notabile. ¶ Sed ego dubito, an illud dīctū sit verum, quia
 argumentum a contrario sensu non colligitur, quando ex hoc altera auferunt ius, vel sequia
 tur aliud absurdum, vt dicunt Moder. in. l. i. ff. de offi. ciui. Ex incontinen̄, seu absurdum,
 hoc casu satis apparet ex predīctis. Magna tamen est authoritas Alexandri, pro quo faciū
 ea, quē dicam in fi. iiftiis. q. & quē in simili scribit Fely. in capitū. super literis. versici. si
 militer dict &c. in. vi. & vii. colum. de rescrip. post Rotam deci. l. de rescrip. in antiquis.
 dum loquitur de clausula cancellata in supplicationib⁹, quē infert alia videri concessia.
 que multum faciunt ad propositum. ¶ Sed quia sape dictum est, per predīctam clausulā
 quatenus non tollatur ius quēstū, tolli ius ad rem, non in re, opere p̄prium erit, quod da
 26 nunc casus enarrare, in quibus facile constare possit, † quibus modis dicatur quis in bene
 ficialibus acquirere ius ad rem, qui erunt valde necessarii ad totalem distinctionem: isti regu
 lā, & aliarum quarumcumq; de iure ad rem loquentium. Ex qua quidem casuum enumera
 ratione facile quis intelliget, q̄ ius preferuabitur per dictam clausulam de non tollendo iu
 re quēstū. Et incipiam ab illis, de quibus est dictum superius, vt sic habeantur onnes ca
 sus ad manus quasi per modum summā.

27 ¶ Primus † igitur modus, per quē acquiritur nobis ius ad rem est per electionem, vt est di
 ctum superius, per ea, quae notat Abb. in. d. capitū. cum Bertoldus. & d. deci. xvi. in nos
 tis de pr̄eben. cum similibus. Et illud ius ad rem acquisitum per electionem, est confide
 rabile, quoad istam regulam, & quoad hoc, vt de illo in impretrationib⁹ fiat mentio, vt tra
 dit Fely. in. c. in nostra. in. xviii. corr. de rescrip. & per ea, quae superius dicta fuerunt. Sed
 quoad effectum aliarum regularum non videatur considerabile. Nam quoad regulam ter
 tam, quae reseruat omnia beneficia familiarium papæ, & cardinalium, & in quibus, se uad
 quē ius eis competit &c. Eteriam quo ad regulam. xxx. de impretrantibus beneficia per ob
 tum familiarium Cardinalium, quae loquuntur de iure acquisito, ius istud non videatur in
 consideratione. Nam sub illis verbis positis in dictis regulis, uidelicet, seu ad quae ius eis
 competit &c. non comprehenditur ius ad rem competens familiaribus per electionem.

28 † Quia per solam electionem etiam si electus moriatur in curia, non dicitur reseruatū be
 neficiū quoad effectum dictarum regularum, secundum Rotā in penulti. deci. in no. &
 tener Philippus franc. in. c. quam sit. q. i. in princi. de elect. in. vi. ratione ibi vide, & per
 Collectarium

Collectarium in. c. ecclesia. col. ii. versi. sed nunquid sit celebrata, de sortileg. & in. c. cum
 in cunctis. versi. sed quid. de electio. Et hoc clarum est, q̄ per mortem electi in curia non
 dicitur vacare ibi beneficium. Quia durat illa prima vacatio, propter quam ille fuerat ele
 ctus, vt dicit Jo. fran. Paulinus Rotæ Auditor in tract. de offi. & pot. cap. sede vac. in vltimo
 preludio, versi. quarto p̄ priuationē, circa fi. Est & alia ratio, quare ius ad rem acquisitū per
 electionem non cadat sub refutatione dictarum regularum, quia dicta regulā indirectes
 refutationem considerant dari vacationem per obitum familiarum, quae non potest veris
 faciari in solo iure sine possessione. Ita q̄ non solum requiritur, quod familiares ius in bene
 ficio, sed etiam illius possessionem ex qua resultat vacatio iuris, & facti, alias nō sufficeret,
 vt dicit exp̄esse Egidius in confil. cxxxvi. incip. vacatio prioratū. in tertio volumine Pa
 latino nō impresso, & referunt quidam Moder. in tract. rescrua. Nam Egid. ponderat ver
 bum obtinet, quod idē refert, seu significat, quod perfecta & totaliter tenere, vt ibi per eū.
 Et etiam quia iura inducentia vacationem requirunt possessionem. c. commissa. &c. licet,
 de elect. lib. vi. Super quo latius ibi se extendit. Tamen aduertendum est, q̄ licet ista sint co
 lorata, nihilominus confunduntur per praedictas regulas, quae reseruant ius competens
 familiaribus, vt ibi exp̄esse apparet. Nec est verum in vacatione requiri possessionem, quia
 illud procedit quoad priuationē de qua loquitur, d. c. cōmissa. &c. licet, sc̄us quoad pro
 visionē, vt patet per Decifio. Ror. dcccclxxii. inci. Nota q̄ ubi gratia, in antiqui. ¶ Secun
 dū dīt † modus iuris ad rem inducitur per presentationem, vt superius est dictum, & tene
 deci. cccxviii. in antiquis. & in nouis. cxii. cum similibus. Et huiusmodi ius, siue fuerit
 acquisitionis per presentationem clerici, siue laici est considerabile quoad effectum istius
 regulā, quoad effectum vero aliarum regularum de iure loquentium, putare cōficiendā
 esse differentiam inter ius ad rem ex presentatione clerici, vel laici. Nam ius competens ex
 presentatione laici, non est ita raditatum, nec firmum in persona presentant p̄ropter varia
 tionem, quam laici facere potest, sicut est illud ius proueniens per presentationem clerici
 ei, per ea, quae tradit Fely. in tract. quando litera apostolica noc. patr. in. vi. ampliatione.
 Et Aud. Sicul. in. c. dilectus, in penul. col. de offi. leg. Distinguendo tamen, vt ibi per eos.
 An vero quoad acquisitionē huius iuris requiratur acceptatio ipsius presentati. Et q̄ pre
 sentatio facta fuerit cum effectū, dixi superius in discursu istius questionis, non repero.
 30 ¶ Tertius † modus iuris ad rem acquiritur per acceptationem vigore expectativa, &
 vt est iam dictum, & tenet Cardi. in clemen. auditor. & in cle. sequenti. & utrobicq; in. ii.
 notabi. de rescrip. Et istud non est considerabile, quoad dictam clausulam quatenus non
 tollatur ius quēstū. Comprehenditur tamen sub ista regulā, & sub regulis refutationum,
 propter rationem, quam ponit Rota in no. ccxlv. licet de more. Et Egid. in. d. deci. clxvii.
 Nam ex quo acceptanti sublata prima acceptatione remanet saluum ius acceptandi ad alia
 beneficia vacatura, nō censetur illi pr̄iudicari, si tale ius sub refutatione includiatur. Que
 ratio cessat in iure ad rem acquisito per electionem vel presentationem, vt dicitur in dictis
 decisionibus, quae licet loquantur in collatione Papæ, idem tamen dicendum est in ref
 ratione post acceptationem inducta, quae collatione equiparatur, secundum Domi. in. c. si a
 31 fede. in. ii. col. versi. ego crederem. de pr̄ebend. in. vi. † Et licet expectans in hoc multum
 grauetur, quando perdit acceptationem, ex quo in secunda acceptatione de beneficio alio
 uacatu, oportet eum probare plura, videlicet, impedimentū prouisionis apostolice, vel
 refutationis contingentis in prima acceptatione, per quē sublata fuit eius acceptatio, &
 q̄ per eum non steterit, quoniam habuerit effectum sua prima acceptatio, vt considerat
 notabiliter Domi. in confil. ciii. incip. pro responsione &c. in primo dubio. & traditur per
 eundem, & alios in. c. cum in multis. de rescrip. lib. vi. Tamen illud inconueniens, quod ve
 nit ex post non est considerabile, sed solū cōsideratur, an pr̄iudicū, quod interfert expecta
 ti ex revocatione sua acceptationis sit irreparabile de p̄nti. arg. l. i. ff. de in lit. iur. unde me
 rito nulla de illo habetur consideratio quoad dictam clausulam solitam communiter in li
 teris apponi. Sed quantum ad istam regulam puto tale ius acceptationis esse cōsiderabile,
 quia lite pendente non debet illud ius tolli, sicut nec ius per presentationem, quia tali casu
 cessant rationes illarum decisionum, quae non loquuntur lite pendente, † & quia extin
 etā illa acceptatione, super qua iam est lis diutius forte duratura, non poterit expectans
 aliam acceptationē facere, vel quia iā revocata fuerunt expectatiū, uel inducta cardinali
 bus concessa. Et ideo propter istas graues impensas, quae in huiusmodi litibus in curia su-

stinentibus emergunt; est concludendum ius per acceptationem acquisitum videri praescriptum quantum ad exceptionem istius regulae pro qua ratione faciente ea, quae scribit Cardini, in clementi.i. in. ix. q. de sequest. pos. & fruct. Et quod huiusmodi ius quicad effectum istius regulae debeat considerari, videtur tenere Egi. in consil. xxxiiii. col. penul. versi. secundum da consideratio, quod est bene notandum. ¶ Quarto modo acquiritur ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima praebenda factum recepto sive creato in canonicum authritate apostolica. Nam per talen receptionem acquiritur ius ad praebendam primo vacaturam. c. si postq. de praeb. lib. vi. Et tale ius bene est considerabile, quoad regulam istam, & quicad clausulam quatenus non tollatur ius quesitum, vt dicit Fely. in. d. ca. in nostra. Et idem post Iml. c. fi. de consil. col. ii. versi. sed Iml. hic & c. per dictum Inno. in. c. stas tuimus. de maio. & obediens. Et ea quae dicit Egid. in. d. consi. xxxiiii. declarando tamen, vt inferius. dicā. q. x. Nam collatio papae etiam motu proprio non valet, non facta mentione de dicto iure, vt dicunt omnes in. d. c. si postq. Ethiuusmodi ius erit etiam considerabile, quoad alios effectus, de quibus per extraug. Paulill. incip. ad Romanu ponti. tit. de praebend. Tamen quoad effectum regularum reuocatoriarum expectatiuarum, talis creatio, & receptio, non sunt in consideratione, quia eadem facilitate tolluntur, qua expectatiua re uocantur, licet in istis sit facta receptione. Ut tenuit Rota in una Romana canonistica Sancte Mariae maiori coram me de mensie Iunio. M. D. xxxviii. vt dixi superius in processione Regularium. q. ii. nu. 14. & in trac. expectatiuarum, in prima forma. numero. 38. Et ista procedunt, quando uigore mandati de prouidendo processum fuit ad receptionem. Secus vero si uigore illius nihil fuisset actum. Nam tali casu vigore illius mandati nullum esset ius quesitum, nec in re, nec ad rem, per ea, quae Egid. dicit in deci. dclxvii. incip. Auditor deputatus. ¶ Quia non solum mandatum de prouidendo, sed neq; alius titulus habilis de futuro non causatius in re, vt tradit idem Egid. deci. dclxvii. de quo videndum erit latius infra. q. iiiii. ¶ Quinto modo acquiritur ius ad rem per collationem nondum acceptatam, ut habeatur in. c. si tibi absenti, de praebend. lib. vi. Et istud ius est considerabile quoad omnes regulas & imprestationes, vt Fely. tradit in. c. in nostra. Et Domi. in. d. c. si tibi absenti. col. si. vbi notabilem casum ponit. ¶ Sexto modo inducitur ius ad rem per reservationem factam pro familiaris de certo beneficio. Et istud ius est considerabile etiam quo ad regulam nostram. Adeo, q; si Papa alteri conferat non derogando expresse tali reservationi, collatio effet nulla, nec tali casu sufficeret derogatio per generalem clausulam quae cunque reservatione generali non obstante, vt dicit Egid. in consil. xxxiiii. versici. v. conclusio, & in consi. xxxiiii. incip. supposito statuto, versi. ad primum dubitum. Et hoc clarius tener Gemi. in consi. xii. incip. utrum ille. in. fi. Quod procedit quando Papa conferat alteri, sed si conferret illius familiari, pro quo reservationem concessit, non requireretur alia mentio reservationis, vt dicit Federic. in trac. permitt. in. iiiii. q. Et ius huiusmodi etiam erit considerabile quoad alias regulas de iure quæsito loquentes. ¶ Septimus modus acquirendi ius ad rem inducitur per consuetudinem oprandi praebendam, justa. c. fi. de ccna. sic. lib. vi. Et istud etiam est considerabile quoad istam regulam. Sed quoad effectum regulæ tricesimæ, & quoad alios effectus est magis dubitandum. Super quo ramen multum insistit D. Gaspar de Perus. in trac. referatio. in. ii. q. & docto. presertim Moder. in. d. c. fi.

¶ Octavo modo potest acquiri ius ad rem, id est, ad beneficium ob non solutionem pensionis propter clausulas appositas in literis ex hodierno styllo de consensu pensionarii, & Papæ. Et istud ius, licet non fuerit consideratum a iure, est tamen inducendum ab homine. Epriuatio iuris, & hominis isto casu æquiperantur, per ea, quae Fely. tradit in. c. in nostra. in secundo corr. de rescr. Tamen quoad effectum istius regulæ non potest tale ius adaptari, cum competit contra viuentem. Et regula non habet locum in prouisione beneficiorū viuentiū, de quo latius dixi in trac. signature, posito in regula de non iudic. secundum formam suppli. q. fi. ¶ Nonus modus erit per priuationem iuris per quam acquiritur ius ad beneficium, adeo, q; voluit Domi. in consi. cv. incip. ad supplicationem. in. ii. col. versi. quoad secundum. q; beneficium sit pendente super priuationem non possit permutare cum alio. Istud etiam ius non habetur in consideratione quoad istam regulam, quia beneficium non vacat ante, q; ille priuetur. Et propterea posset dici, q; agenti non competit aliquid ius, per ea, quæ longo sermone scribit D. Gundisal. de Villadiego quondam sacri palatii Apolstolici causarum auditor in trac. lega. xiiii. q. primæ partis. col. xiiii. versi. sed quarto. cum sequent.

sequen. & facit decisio antepenul. in nouis incip. Titius & c. de quibus omnibus dixi latius in regula de annali. q. xli. Et ideo hic non repeatam. ¶ Decimus & vltimus casus per quæ nobis acquiritur ius ad rem est per regressum & accessum, de quo dixi in regula. xxx. Et istud ius est considerable quoad omnes regulas, & dispositiones de iure quæsito loquentes, nisi esset regressus, vel accessus ob non solutionem pensionis, de quo dixi supra in. viii. casu. ¶ etiam in regula de annali, & infra in trac. signature. ¶ Postremo pro complemento omnium praedictorum est aduertendum, q; magna est differentia inter praedictam clausulam quatenus non tollatur ius quesitum &c. positum in gratia, vel rescripto, & inter illam fine praetudicio &c. Nam prima facit gratiam eventualem, secunda vero non, vt notatur in. c. examinata, de confir. vii. vel inutil. Nam si tollitur ius quesitum prima clausula reddidit gratiam nullam, vt dictum est superius. Secunda vero clausula comprehendit omne extrinsecum praetudicium, non autem contentum, sive expressum in gratia in qua Papa praetudicatur uidetur, & talis clausula sine praetudicio reddit gratiam omnino puram de praesenti. Ut hodie. xiii. Januarii. M. D. xxviii. concenserunt Domini in vna Parmen. Vallum coram R. P. D. Nicolao episcopo Bosanen. in favorem D. de Corrigia interpretando similia yerba priuilegii Federici Imperatoris concessi dictis dominis, vbi erant dicta verba absque praetudicium aliorum &c. Na fuerunt intellecta illa verba de alio praetudicio, q; expresso, pro quo ego alleg. cōsi. Oldr. qui hoc dicitur litera in cōsi. cccxxx. in finalibus verbis. allegari tñ lolet. Bar. in. l. cū ppiter. ff. de lega. p. p. & in. l. de minore. col. iii. versi. sed iuxta. & col. v. uerbi. sed quid. ff. de mino. Iml. in. l. squalido. ff. de lega. i. Alex. in. l. i. col. iii. ff. si cert. pet. Deci. consi. xi. nume. 14. & consil. cclxxiii. col. iii. Quibus conferunt, quae referunt Alex. post Alb. & glo. in. l. non erit. q; dato. ff. de iure iur. ubi dicitur, q; si testis dicataliquid esse factum in presentia Titi, & Gaii, & postea interrogatus dicat, q; illud nō fuit factum in presentia alicuius, intelligitur præter expressos, videlicet, Titum & Gaium. Et ad hoc facit rex. in. c. fi. de rapto, cum similibus, & hoc procedit de plano in materia beneficiali vel profana: sed in materia successionis, & legitimatis, ista clausula sine praetudicio quid operatur, varie sunt opiniones. Super quo late scribit Prapo. in. c. per venerabilem. qui fil. sunt legit. Et Nicola. de Vbal. in trac. succel. ab inteffa. col. lxvi. Et Soci. consil. cxxii. col. ii. dixi lacus in consilio meo in causa legitimatis cuiusdam Sancti incipien. vissis, & pro tenti &c. Super qua quidem clausula in legitimatis apponi solita, habeo manu scripta quadraginta fere cōsilia dōctissimorum virorum Italie, quæ tanq; aliena ab hoc instituto non referam.

Quæstio Secunda.

SECUNDO Quarto, ¶ an regula ista procedat indistincte in quibuscumque commissariis uel concessionibus, tam in iudicio, q; extra. Et nunquid dispositio iuris communis procedat etiam indistincte, tñ in imprestatioribus lite pendente, q; antea factis. **C**OLVTIO. Incipiendo ab ultimo dubio dicendum est, q; iura communia indistincte volunt, gratias quasi libet intelligi debere sine praetudicio tertii, sive imprestatore fuerint lites pendentes, siue ante item, vt pater in. c. ex parte. & c. super eo. de offi. deleg. & c. quamvis, de rescr. lib. vi. Et hoc etiam in priuilegiis procedit, quæ extra iudiciale conceduntur, iuris ratione tex. in. c. cum nostris, de concess. praeben. & c. dudum. cum glo. de decimis. Sed quia inter actus iudiciales, & extra iudiciales, quibus ius commune non plene occurreret longa differentia. Propterea aedita fuit ista regula casus iudiciales ab extra iudicilibus distinguens, quæ qualiter procedat statim dicemus. ¶ Quantum vero ad primum dubium circa dispositionem istius regulæ est distinguendum, q; aut cōsideramus antiquas regulas, & illæ omnes solum restringunt se ad gratias, quæ imprestatur pro commissariis habētis in causis &c. Et sic in imprestatioribus factis lite pendente. Et ita Rota visq; ad tempora Hadriani Papæ VI. interpretata est regulam istam. Nam hoc uerbum causis, hic positum, pro litibus exponitur. ¶ Quia causa dicitur quando lis pender, ut notatur in. l. causas. C. de transac. Vnde si extra causam gratia, priuilegium, seu breue concedetur, & illud tolleret ius quesitum contra illud, non militaret priuacio istius regulæ, nec de ea excipi posset, quia regula respicit tantum gratias lite pendente concessias. Talis tñ gratia subiiceretur dispositioni iuris communis, quæ qualis sit, dicemus inferius in sua quæstio-

ne. Et ita determinauit Rota in una Vormacieñ. capellaniae coram R.P.D.Simonetta, ut reuelit D. Melchior baldazinus aduocatus, & hoc adnotauit Bo. me. D. dominicus de la cobatijs tunc primarius auditor in suis regulis. Et iterum bis, me p̄fcente, idem casus contigit, coram coden. D. Simonetta in una Camarineñ. ducatus contra Ioannē de Borgia, & in alia Bononiæ. bonorū coram R.P.D.Paulo Capistacco. iiii. Martii. M.D. xxxii. Quæ diut fuit ventilata inter Bétiuolios ex vna, & Guizilerios, quia ad talem casum extra iudiciale non adaptantur uerba regulæ. Et per consequens nec dispositio. Et istam opinionem non solum modernis temporibus, sed etiam antiquis tenuit Rota. Nam reperio tempore Sixti Papæ III. hoc idem dubium sape ventilatum fuisse, videlicet, in vna causa Camez raceñ. præbēt, & in alia Educæ. Abbatie. Nam tunctus temporis ita seruabat Palatium, sicut modo seruat, videlicet, ut regula locum tantum habeat in concessionibus lité pendente impetratis, ut refert Aloisius Tuscanus, vir illa atate apprime eruditus, & aduocatus cōsistorialis in volumine primo suorum consiliorū fol. clvii. & cxviii. qui ponderabant processum istius regulæ, quod loquitur in causis, & sic in actibus judicialibus non in extra iudicialebus. ¶ Sed non ab re quæ potest. Quare antiqui omnes Pontifices noluerunt sub ista regula comprehendere gratias extra iudicium impetratas, ratio potest colligi ex dictis Roma, in consil. ccclxix. incip. circa primū. col. fi. in quinto dubio, dum alleg. l. lucius. ff. de electio. & c. ex multiplici. de decimis, quod consil. Roma, sequitur Decius in consil. cxc. incip. in causa quæ agitatur, in. ii. col. videoas ibi per eos. Et ista sub dubio procedunt, considerando regulas antiquorum pontificum. ¶ Sed si consideramus regulam Hadriani Papæ VI. & nouissimā S. D. nostri Pauli Papæ III. qui hanc regulam ad omnes gratias, & ad omnia tempora, tam ante iudicium, & in iudicio ampliarunt, tunc durantibus dictis regulis, nullam habebit difficultatem quæstio. Hoc ideo dico, quia illa additio Hadriani non placuit Clementi VII. eius successori, prout neque alia eiusdem Hadriani ad regulas additiones, sed ille sequitus fuerat in regula sua antiquorum patrum semitam. Et ita etiam poterit hæc additio successoribus displicere. ¶ Amen si recte omnia considerentur, illa Hadriani additio approbata per S. D. nostrum non videtur à recto iuris tramite deviare. Nam in primis pro ea facit & aquitas, quæ dictat nemini inferendum esse præiudicium, c. super eo, cum sexcentis concordib. adnotatis per Mod. de offic. deleg. Quæ quidem æquitas ratio certe ita militat in gratiis impetratis ante vel post item, sicut in impetratis lité pendente. Ergo pariformis debet esse dispositio, etiam si maior ratio esset in uno casu, & in alio, ut dicit Bal. in. l. in fraudem, ff. de testa. mili. per tex. notabilem in. l. i. §. q. autem. ff. de vſu. alea. & ale. Ertenendo istam opinionem ad verbū causis, hic positum, responderi potest, q. potest etiam extra iudiciale capi. De quo late disputant Moderni in rubricade iudic. dum interpretantur tex. in. c. f. in. v. col. de iur. iur. Maxime quid generalitas verborum hoc patitur. Alias si pro causis tantum motis verba, prout iacent in regula, ita stricte capiantur, possent plures fraudes componi. Nam aliquis procuraret ante item de facilis habere gratiam vel mandatum ad effectum, ne regula obstat, & postea mouere item secure. Et per istum modum, seu cautelam regulā evitare, & circumuenire eius intentem, quod est absurdum, & contra tex. in. c. f. de reg. iur. li. vi. Et isto modo intelligendo hæc interpretatio habebit concursum iuris communis, a quo regulæ, & statuta interpretationem capere debent. c. cum dilectus. de consueu. & c. causam. de rescrip. & traditur in l. ii. C. de noxa. Nam de iure communi expeditum est nemini debere ius quæsumum tolli. c. quamuis. de rescrip. lib. vi. & vulg. l. ii. §. merito. cum sequent. ff. ne quid in loco publi. c. ex tuarum. de autho. & vſu pal. Quæ quidem ratio æquæ militat non solum ante & post item, sed etiam lité pendente. Ergo debet ita regula generaliter intelligi. Pro qua opinio. faciunt ea, quæ scribit Fely. in. c. super literis. in. viii. col. de rescrip. vbi uoluit regulam istam ex rationibus iuris communis compostam fuisse. Et tamen nemini dubium est dispositio nem iuris communis ita prohibere præiudicium inferri lité pendente sicut ante item. Nā lex generaliter prohibet, & talis præsumitur intentio principis, qualis legis, ut dicunt docto. in. l. ex facto. de vulg. & pu. Ad quæ bene conferunt, quæ scribit Socinus in consil. vii. positio

posito inter consilia Alberti Bruni Asteni. Et sic per ista iustificatur additio, sive extensio modernæ regulæ. ¶ Sed aduertendum est, q. licet hæc additio modernæ regulæ modo premissa iustificata æquitatem continere videatur. Non propterea antiquæ regulæ sua ratio ne iuridica carebat, quia licet illa regula tantum locum haberet in gratis lité pendente impetratis, non tamen per hoc sublata videbatur via infringendi gratiam præiudicialem ante litem concessam, aut per viam noui mandati, vel commissionis, vel remedio iuris cōmuni, sicut siebat ante regulam conditam. Voluerunt ergo antiqui Pontifices, & non abs ratione per regulam suam magis prouidere actibus judicialibus q. extra iudicialebus, quos sub dispositio iuris communis relinquerunt. Nam præiudicium, quod lité pendente colitiganti infertur, est magis damnosum, & quodammodo speciem iniuste tyrannidis, & prodictionis continens. Ratio est, t. quia postquam coram iudice causa pendet, iustum est, quod lis aequo marte procedat, & quilibet suo iure veluti propriis armis vincat, vel succibat: vbi enim partes æquum iudicem veluti rerum suarum mediatorem delegerunt, nihil magis inæquale & alienum a iustitia videatur, q. ab illo instituto recedere, procurando quasi quadam uolentia per excorbitantes principis cōcessiones ius tolli, quod ex eo iniquis visetur. Quia litis impēsa & labores sunt fere innumerabiles & graues, quod nō militat ex iudiciale. Merito igitur antiqui summi Pontifices his judicialibus casibus vbi maius præiudicium vertitur, subuenient regulam constituendo, & subueniendo illi, qui post exactos plures, & forte diuina litis labores per saxa, patrimonium, litigando, consumpsit: iniquis enim uidetur quando quis post tot incomoda sperat ius sibi reddi, illud sine causa cognitione tollatur, imo est presumptio contra illum qui lité pendente gratiam impetrari, ut aduersario ius tollat, q. non foueat bonum ius, quia si bonum ius haberet iudicem officio suo fungi permetteret, & non per mendicata suffragia fauorem principis aucuparet ad effectum, ut aduersarium colligantem forte optimum ius souuenti, & coram iudice prosequentem de repente obtruncet. Ita quidem rationes, qua hic quadrant non militant ante item, quia non ita verisimiliter grauatur pars. Et ideo non abs re, per istas, & alias rationes olim Rota istam interpretationem tenuit, videlicet, ut regula in gratis lité pendente impetratis duntaxat procederet, ut refert Domi. Gulielmus Caiuadorus tempore suo in vna Balioneñ. decimuarum coram Domino Ioāne Antonio de Triuultis, & in alia Placentiñ. nullitatris locationis coram Domino Paulo Capistacco de anno M. D. XX. ita fuisse per Dominos auditores conclusum, ad quæ facit consil. Roma, ccclxix. in. v. dubio, ut superius dixi.

Quæstio Terria.

T E R T I O. Quero t. quid si per gratiam impetratam lité pendente, non tollitur parti ius quæsumum principaliter, sed secundario, & in consequiam & quasi per occasionem, nūquid habeat locum ista regula?

C O L V T I O. Colligitur ex dictis Abba. Panor. in consilio. lxxxv. incip. illud in summa. columnæ fina. vbi vult t. quod iura prohibentia non auferri ius quæsumum, debent intelligi, quando principaliter, & certitudinaliter tollitur. Secus vero si occasio nativæ. & ita Abb. sequitur, & en. latius declarat Franciscus Curtius junior in consilio primo in septima colum. numero. 21. Et istam opinionem firmat Fely. in capitū. quæ in ecclesiariū. in. xvi. colum. uersicu. secunda declaratio. de constit. Allegat hoc ibi tenere Domini, qui exemplum ponit in Papa cogēte aliquos ad compromittendum, quod facere potest, ut in capitulo cum inter. r. de electio. Nam si ex hoc sequitur, quod arbitri aliquam partem laetare certe absurdum esset dicere, regulam habere locum, quia papa non mandauit principaliter fieri compromissum, ut aliquem laederet. Et licet occidentaliter cuenterit, quod arbitri electus alterum laesterit, illud non debet attendi, ex quo Papa certitudinaliter non fecit. Quia poterat esse, quod arbitri non laederet. Ita ibi Fely. & idem repetit in rubrica de treug. & pace. in secunda colum. versicu. si dices. Et pro ista parte facit tex. in. l. verum. la secunda. ff. de furt. ad idem glo. fina. in capitū. quamuis. de pact. lib. vi. quæ considerat, præiudicium principale attendi debere, non secundarium, & occasionatum. Ad idem est bonus tex. in. l. conditionum, la secunda. in fi. ff. de condi. & dem. vbi dicitur, t. quod non videtur quis dispositioni testatoris satisfecisse quando

D

COMMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

non adimpleret suam voluntatem ex proposito, sed facto; vel casu, & sic per occasionem, quem tex. in notabili quæstione ponderat. Rochus curtius in tracta. iur. patrona. in versicu. & dotauit. quæstione quinta. Et solerat hoc idem allegari tex. notabilis in. l. cum ex oratione. q. a. ff. de excusa. turo. vbi probatur, q. non attenditur damnum, seu præjudicium, q. quis sentit in consequentiā favoris, quia illud reputatur secundarium, ex quo principaliter favor fuerat in consideratione, de quo tex. plura dixi in. c. i. numero. 18. de iudic. lib. vi. Et eodem modo dicit Ioan. de Imola in repe. c. cum contingat. in. xxii. col. 4 iur. iur. † De illo qui iurauit in præiudiciti reipub. Nam dicit ibi, q. si principaliter hoc iurauit, non valet iuramentum, si tamecum iurauit principaliter in præiudicium alterius, sed occa-
sionaliter, & secundario; iuramentum tendit in præiudicium reipub. dicit, q. tale iuramen-
tum ualeat, per ea, quæ ibi deducit, & facit. l. i. ff. de auth. tu. Et secundum istam opinionem
videatur introductus quidam stilus sacrae penitentiarie ab antiquo, usque in hodiernum
diem, uidelicet, q. quando petitur absolutio a membris mutilatione semper in literis appo-
nit illa clausula. Si nondum satisfecit parti latr. satisfaciat competenter, uel cum illa co-
cordet. Ratio est, quia Sacra penitentiaria non intendit per suam absolutionem inferre præ-
iudicium illi mutilato viuenti de cuius præiudicio principaliter agitur. Secus vero quan-
do non principaliter, sed secundario præiudicatur. † Quia de tali præiudicio poenitentiaria non curat, vt parer in absolutione ab homicidio, vbi non ponitur prædicta clausula, quia ille de cuius præiudicio principaliter agitur est mortuus. Alii uero qui ex illius
morte possent præiudicium sentire, uenient mediate, & secundario, non autem principa-
liter, & ideo illorum præiudicium non consideratur, per superiorius dicta. Pro quibus fa-
ciunt ea, quæ tradit Soci. in consil. cxxvi. colum. penulti. uerificu. ad idem facit in secundo
volumine, & in consilio. xxxvii. in tercia colum. libro tertio. cum concordan. de quibus per
Modernos in. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. Et illam glos. si. in dicto. c. quamuis. ad
istud propositum allegat Fely. in. c. cum. m. in. xvi. colum. de constit. & in. c. humilis. in
secunda col. de maio. & obe. & in. c. exhibita. in princi. de iudic. & in. c. cum sit generale. in
sexta colum. & in capitul. si diligenter, in antepenulti. colum. de foro competenter. & in. c.
quatuor. colum. penulti. de re iudi. & in cap. i. in princi. & in. c. illa. in. ii. col. de accusa. &
alibi sapere.

¶ Est tamen aduertendum, quia contrarium videatur tenere Ludo. Roma. in consil. cxxvi.
incip. iste sunt. in penulti. col. Vbi tenet, q. ista regula procedit, non solum quando princi-
paliter ius quæstuum tollitur, sed etiam quando occasionaliter. Et hoc idem tenet Decius
in. l. pecuniam. in. ii. colum. versi. secundo limitatur, ff. si cert. pet. vbi dicit, q. quando agi-
tur de præiudicio tertii non solum consideratur quod principaliter fit, sed etiam quando in
consequentiā, & secundario quis præiudicatur, per ea, quæ ibi adducit. Ratio esse potest,
quia si aliter diceremus nuncquam regula haberet locum, & illius aeditio esset frustratoria.

¶ Cum semper Papa in gratiis suis principaliter mouetur ad faciēdūm fauorem gratiato. Et illa est principalis intentio sua, vnde præiudicium inde resultans semper esset secunda-
rium, & non principale, iuxta tex. in. l. cum ex oratione. q. a. ff. de excus. turo. Et si illud se-
cundum præiudicium non attendere, regula ista seruiret de uento, pro qua opinione ui-
detur etiam decilio Egidii. lxxiii.

¶ Quid dicendum? Certe mihi prima opinio uideatur magis firma, & uerior legitime intel-
lecta. Quia negari non potest, q. quando papa per gratiam suam non intendit tertio tol-
lere ius quæstuum, sed principaliter alicui fauere, si postea occasionaliter tertio præiudicium
euenerit, non debet illud considerari ad effectum istius regulæ, per iura superiorius allegata. ul-
tra quæ facit ad hoc tex. notabilis in. l. fluminum. q. si. cum. l. sequenti. ff. de dam. infec. Et
idem probat tex. in. l. i. q. denique. ff. de aqua plu. arcen. Quæ duo iura ad hoc proposi-
tum allegat Egidii. in deci. dcclii. in. ii. col. inci. supposito &c. Et de illis etiam meminit Ias.
in rep. l. quo minus. in. iiiii. col. ff. de flu. Accedant ea, quæ Ias. scribit in. l. decem. col. xi. nu-
mero. 40. & seq. de verbo. oblig. Et quæ Bald. tradit in. l. i. q. huius studii. in. iii. colum. ff.
de iusti. & iur. qui dicit, q. statutum factum contra turbantes intelligitur principaliter, no-
secundario, uel occasionaliter, sequitur Alexan. in. consi. cxiii. in fine. in. ii. uolum. & in con-
silio. i. in. iii. uolu. & reaflsumit idem Iason in cōsilio. lxxxvi. in. iii. colum. uolu. iii. ¶ Et te-
nendo istam partem non obstat consi. Roma. quia si diligenter consideretur, potius con-
cludit contrarium. Edictum Decii in dicta. l. pecuniam, ibi reprobatur per Iaso. & Mod.
Et contrarium

Et contrarium

REG. DE NON TOL. IV. QVAESI.

xx

Et contrarium tenet idem Decius in I. vnicina. in II. colum. numero. ² 1. C. de manda. prī post Angelum in consi. clxxii. incip. mandatum. Nec decisio Egidi. lxviii. facit. quia ibi interuenit praejudicium principaliter. quod merito attendi debet. Sed hic loquimur de praejudicio occasionaliter contingentē in quo longa est differēcia per superioris dictā. Et per ista voluit Rota in vna Parmen. spclii & bonorum coram Reuerend. Patre Dominio Petro Vortio Episcopo Aqueñ. dñe. II. Iunii. M. D. XXXVIII. † quod Papa. & Sacra concientiaria potenter tollere ius quæstūm alii propter incursum periurii. visore. I. si quis maior. C. de transact. quia illud ius non est principalis negotii. sed est ius occasionatum & secundario obvenieus per superioris dictā. Ad quod benefaciunt dicta Compostella. in capitul. cum in cunctis. colum. quarta. de electio. dum respondit ad. c. quia diuersitatem. de concessione præbend. vt ibi per eum. Ethoc plus innum iuriis fomentum habet. Quia de iure clarum est. quod in quibuscumque hominum actionibus causa immediata. non autem mediata. id est. secundaria. & per occasionem inducta attenditur. vt ibi dicit Compostell. & tradit Fely. in capitulo solita. de maioritate & obedientia. cum concordan. vt scribit Decius in capitulo fina. in princ. de confir. vtil. vel inutil. & in rubri. C. qui admitt. colum. iii. Ethinc dicitur. qdcau naturalis non accidentalis debet considerari. vt in. l. qui habet ff. de tutel.

¶ Ut tamen omnis scrupulus tollatur. & opinione federe distinctionis concordentur. ita ego distinguidum arbitror. videlicet. quod aut tempore gratiae per Papam lite pendente concessa. imminebat illud præjudicium secundarium. & occasionalium. Et rati ca su putarem locum esse regulæ. nisi appareret expressè Papam etiam illo casu voluisse præjudicare. Aut vero tempore datæ gratiae nullum imminet præjudicium. sed postea contigit occasionaliter. & tunc regula ista non procedit. Quia nec mens. nec verba Principis emanarunt ad aliquem prædicandum. sed principaliter ad beneficiandum. Et ita procedunt prædicta iura. & ita expresse sentit Egidius in dicta decisio. decili. Et pro ista distinctione est rex. valde notabilis in capitulo de occidentis. & in capitul. cum homo. xxiii. quæstione quinta. faciunt ea. quæ dicit Abb. in capitulo non magno. columna tertia. ne cle. vel mo. † quod licet monachi sint prohibiti legibus studeare. illud procedit principi liter. secus autem si prius adiungit ius canonicum. & ad illius iuris intelligentiam. postea legibus studeant. quia ex quo hoc prouten secundario. & per occasionem prohibitus non extenditur ad istum casum. Et pro ista parte plures decisiones cumular. Joan. Ros gerius de la Mota in rep. capituli primi. in primo notabili. de cau. posses. & proprietatis.

Quæstio Quarta

VARTO QVAERÓ, an per hoc, quod dicit Papa non velle alicui per quamcumq; signaturam tollere ius quasitum, intelligatur etiam de iure quasito sub conditione, vel ad tempus?

CSOLV TIO. Istud dubium habet duas partes, prima de iure quasito conditionale, secunda de iure quasito ad tempus. Circa primum, Roma. hanc questionem interminis decidit in consilio. cclvi. approbo sententias. vbi concludit, quod quando Papa facit mentionem de iure quasito, debet intelligi de iure quasito pure, & simpliciter, non autem de conditionali, quia illudius per dictam clausulam praeteritum non constat. Pro qua opinione allegat tex. in. l. si ita scripsisset, de leg. secundo, cum aliis, ve*ib*i per eum. Et ita eriam Fely. hic in quibusdam suis apostolis intelligit istam regulam sequitur Roma, in dicto consilio. Et cum Romano transit etiam idem Felynus in capitulo super literis. in. ix. columnna. de rescriptis. Et ratio istius opinionis fundari potest in uno dicto, quod in notabilis casu ponit Rotadecis. xxv. de rescr. in no. Er. Egidius in deciso. dcccix. in fine. relata per Fely. in cap. in nostra. in. vii. corr. de rescriptis. vbi dicit, & quando aliqua dependenda futuro eueniu, que possunt schabere ad esse, & non esse, non debent considerari, quia non habent spem in aliquo vero de praesenti, per plura iura, quia ibi allegantur. Cum igitur ius conditionale non habeat aliquam subsistētiā de praesenti, sed depelet a futuro eueniu, qui potest schabere ad esse, & nō esse, vt in. l. cedere die. ff. de verb. sig. merito sub dispositione istius regule comprehendit non debet.

Ergonomics

met, uel alius pro eo de illa cognoscatur, & tunc, quia per hoc non impeditur pars ius suum prosequi coram Papa uel eius delegato, nec per hoc instantia, neq[ue] acta cause pereunt, sed suffragantur coram principe uel eius delegato, secundum Paulum de Cast. in d. l. iudicium. & tunc non potest dici per huiusmodi litis extinctionem praeiudicium inferri, cum tantum mutatur iudex, & ita procedat tex. in dicta. l. iudicium. & quod ibi dicit glos. cum aliis superioris allegatis in prima parte negativa. ¶ Aut uero Papa extinguit item cum inde securis silentio imponendo. Et quia isto casu annullantur acta, & auferuntur facultas parti experiendi de iure suo, ut patet in regula de triennali. & ibi dixi. Ideo isto casu potest dici tolli ius quæsumum, & habere locum istam regulam, & ita procedat decisio Rotæ, quam refert hic Fely, cum aliis superioris in. ii. parte affirmatiua allegatis. Et isto modo limitatur tex. in d. l. iudicium. & questio ista declaratur.

¶ Questio Octaua.

OC T A V O Quæro, ¶ an regula ista procedat in commissionibus motu proprio concessis?

SO L V T I O. Rota tempore Fely, tenuit, quod non, ponderando verbum suggestiones, hic positum, & quædam alia uerba regulæ. Fely, tamen, & Guliel. tenebant contrarium propter eandem, uel parem rationem. Et ita etiam sentit Fely, in capitulo in nostra, in. xxvii, cor. de rescriptis. ¶ Tamen hodie superflua est ista disputatio, cum per regulas Moder. Pöfificiū hoc per amplissima verba declaratur sit, videlicet, regulam istum casum comprehendere. ¶ Nam primus omnium hoc declaravit Alexan. Papa VI. ut refert hic Fely nusad effectum, ut decideret predicta dubitationem Rotæ. Et ita Alexandrii alii successores pontifices usq[ue] ad ista tempora imitarunt, ut appareret ex eorum regulis. Ex quo inferitur non esse uerum dictum Aeneas de falconibus doctoris Sabinen. hic in certa sua apostilla afferentis hoc de motu proprio prius ad regulam Iulium secundum addidit, utcumq[ue] sit, constat hodie sublatam esse difficultatem, quæ iudicio meo, etiam sine illa additione facta per Alexan. VI. de iure sublata videbatur. ¶ Nam Papa ex interpretatione iuris communis etiam in gratia facta motu proprio, nunquam censetur tollere ius quæsumum. Ut notant Hostien. Anto. de But. & Abb. in capitulo cum causam. el. ii. de testi. Et ita in specie istam regulam ad hoc ponderat Soci. & equiparat cum dispositio[n]e iuris communis in consil. vii. in. ii. column. posito inter consilia Alber. Bruni. Quam obrem huiusmodi gratiis motu proprio factis, semper obstat regula. Faciunt ad hoc ea, quæ tradit Iaf. in. l. si mihi & tibi. q. in legatis. in secunda lectura. ff. de legatis. i. & De cius in consil. ccxci. colum. i. & alibi s[ecundu]m. Et ita istam regulam intelligunt quidam Moder. Dalmate in allegationibus nouissime impressis alleg. x. in princ. plures cottas allegates. Sed cum haec difficultas hodie per omnes modernas regulas sit declarata, non curio amplius papyrus denigrare.

¶ Questio Nona.

NON O Quæro, ¶ quid si Papa lite pendente reseruat beneficia, quæ possidet Sempronius in fauorem tertii colligantis, nunquid sit locus regulæ?

SO L V T I O. Istud dubium tempore Calixti Quarti contigit in causa Toletana Archidiaconatus, & non habeo quid fuerit decisum. Tamen tentando dicam, quid mihi uidetur, animo mutandi, si meliores rationes inuenero. Dico igitur regulam non comprehendere istum casum, ex eo, quia ista regula procedit quando per gratiam aliquid auferatur alicui, & confertur alteri. Sed per huiusmodi reservationem nihil Sempronio auferatur, qui post obitum, & sic eo tempore, quo reservatione debet sortiri effectum, nihil de h[abitu] beneficiis disponere potest, neq[ue] etiam ordinario collatoro aliquid diminuitur, & cum conferre non potest dicta beneficia iam effecta litigiosa, iuxta tex. in clem. i. vt lit. pen. Cum igitur per huiusmodi reservationem nihil possessori, nihil etiam ordinario tollitur, nihil rursum illi, in cuius fauore fit, reservatione de praesenti confertur, quod ius firmum sapiat, igitur concluden datur locum non esse regulæ, quæ loquitur de iure quæsito non tollendo. ¶ Est bene verti, quæ regulæ antiquæ Benedicti, Eugenii, & Nicolai summorum pontificum istum casum comprehendebant.

hendebant. Sed ex quo in modernis fuerunt illa uerba reservationis sublata, constat Modernos pontifices noluisse sub regula casum illum comprehendere, arg. eorum, quæ dicunt Domini in decisione. xlviij. titu. de rescript. in antiquis, refert Fely, in capitulo super literis. in. vii. column. de rescript. ¶ Nisi dicamus satis sub interpretatione posse intelligi comprehensum, ex quo regulæ antiquæ illum exprimebant. ¶ Nam lex moderna generaliter loquens, debet interpretari, & intelligi secundum antiquam, etiam abolitam, iuxta doctrinam Bar. in. l. si. ff. de falsis. & in. l. i. ff. de conting. cum eman. lib. & l. nam, & posteriores ff. de legibus.

¶ Questio Decima.

DE C I M O Quæro, ¶ numquid commissio, quæ tollit subceptionem gratia de qua excipiebat aduersarius, nullum aliud ius habens, quæ illius exceptionis, dicatur tollere ius quæsumum, ut sit locus regulæ?

CS O L V T I O. Questio ista accidit in Rota tempore Pauli secundi in causa Arelien. parochialis de Camploro. Et tunc plura satis levia fuerunt allegata, quæ ne uerbosos commentarios faciam, omitto. Solum igitur reducitur punctus istius questionis ad hoc,

2. ¶ utrum exceptio subceptionis competens aduersario fuerit peremptoria gratia, an dilatoria. Nam si peremptoria, erit locus regulæ. Quia per illam commissione sublationem subiectum subceptionis tollitur ius quæsumum opponenti, q[uod] Papa non uideatur in dubio velle facere, ut notat Specul. in titulo de rescript. praesenta. q[uod] ratione autem formæ. versu. illud, cum concor. vt scribit Alex. in consil. cxxvi, in causa & lite, in secunda column. libro secundo, Aut erat exceptio dilatoria, quæ non perimebat gratiam. Et tali casu uidetur dicendum non esse locum regulæ, cum per hoc nullum videatur aduersario ius quæsumum tolli, per ea quæ notantur in. c. super literis, de rescript. & in. c. ex parte, de offi. deleg. & notat. Io. And. in capitulo per uenerabilem, in secunda glos. qui fil. sunt legit. ¶ Hinc est, quod ius resultans ex exceptione dilatoria est tam modici momenti, q[uod] Rota ad exceptions peremptorias non ad dilatorias probandas dat remissorian, ut dicit Hostien. & omnes in. c. i. & ibi Fely. col. fi. de appella. Sic etiam minor ad peremptorias exceptions restituiuntur, non autem ad dilatorias, quia in primis inferunt damnum, in secundis vero non. Ita dicit Bal. in. l. perceptoria. col. iiiij. C. sen. rescin. non po. & in. l. scio. ff. de in. int. rest. faciunt, quæ dixi in regula de publicandis. q. xvii. Ex quibus inferunt, q[uod] si aliquis exciperet de regula de ualore, uel de triennali, quæ non dant titulum, sed tantum ius excipiendi peremptorie, si Papa lite pendente post predictas exceptions acquisitas derogaret illis, diceretur tollere ius quæsumum, quia auferret exceptions peremptorias ius aduersarii totaliter perirentes, & excipienti ius dantes. Et ita in una Veronen. fuit in Rota conclusum tempore Leonis. X. (ut retulit D. Franciscus de firmo tunc procurator). Et eodem modo dicendum esset secundum aliquos, quando exceptio peremptoria alicui competens non in totum tolleretur, sed longius differetur, quia tali casu etiam locus esset regulæ, pro qua op[er]i facit.
4. ¶ q[uod] ius acquisiti in longum tempus suspenderet idem est, q[uod] tollere, vt est tex. notabilis in. c. si super gratia. de offi. deleg. li. vi. vbi ista equiparantur tollere alicui perpetuo ius, vel longius differre, pro quo facit dictum Bal. in. l. penul. ff. de excu. tu. Secus tamen uidetur dicendum quando exceptio, quæ tollitur, esset dilatoria, quia ex quo censetur modici præiudicium, ut dixi, non deberet considerari. arg. l. scio. ff. de in. integ. rest.
5. ¶ Sed circa ista, quæ dicta sunt considerandum est diligenter. Et resoluenda sunt duo capitulo. Primum nunquid verum sit, q[uod] Papa differendo ius mihi competens per exceptionem peremptoriæ uideatur inferre præiudicium considerabile. Secundum caput est, nunquid Papa æque præiudicet alicui tollendo illi dilatoriam exceptionem competentem sicut peremptoriæ. ¶ Circa primū plura dici possunt pro utraq[ue] parte. Primo pro parte negativa, vñ, q[uod] Papa differendo ius excipiendi peremptorie non videatur præiudicium considerabile inferre, est dictu Bal. l. l. titius. in prin. ff. de excu. tu. ubi dicit, q[uod] tollere, & suspēdere, multū differat, p[ro] iura ibi allegata per eu. Et hoc idē uideatur tenere Inno. in. c. q[uod] in ecclesiast. de const. quo luit, q[uod] licet Papa non possit auferre alicui ius suum, potest tamen dilationem super eo cōcedere. Nam, ut dicit tex. in. l. si debitor. ff. de iudi. magnū damnum non est in mora modis citpis, per quæ tex. ut ibi dicunt. Moder. Papa quotidie moratorias concedit. ¶ In contrariū

Quæstio Undecima.

Uero faciunt ea, quæ superius dicta sunt, ex dictis Bal. in dicta I. penult. ff. de excus. tutoz Et tex. in dicto capitulo si super gratia, ubi parificantur ista tollere ius alicui, uel illud dif- ferre; pro qua opinione alia iura allegat Fely. in capitulo in nostra, in. xxvi. corolla+ de rescrip. ubi dicit, quod in dubio Papa non intendit p suas literas prejudicare iuri alte- ri q̄sito, sicut illud faciat ius extinguedo, sicut differedo. Et idē sentit Fely. in. c. ad petitionē+ in. li. col. de accusa. Et hoc expresse tenet Egid. decisi. ccxxxix. in fi. Et q̄t Papa ita censea- tur praetudicium inferre differendo ius meum, sicut extinguedo, probat bene Gem. in. c. ei cui, in. v. col. de præben. lib. vi. & in consil. xi. col. penul. Et tenent moder. in tract. bene ficiorum, q. xi. tertie partis. versi. decimaquarta qualitas &c. fol. ccxxxii. paruo uolumine. ¶ Quid dicendum? Cōsiderabam si iste opiniones contrarie possunt sub distinctione cō- cordari, v3. q̄t q̄t aut Papa differt ius opponendi exceptionem meam peremptoriā ad mo- dicū tempus, & tali casu non esset locus regulæ, quia in dilatione modici temporis non infertur praetudicium considerabile, & ita loquitur tex. in. d. l. si debitōr. cum dicto Bal. in d. l. penul. & aliis pro ista parte allegatis. Aut uero dilatio est lōgi temporis, & tali casu p̄- cedit contraria op̄i. v3. q̄t ilic sit differre, q̄t auferre ius, ut patet ex exemplo dato per Fely. in c. constitutus. in. v. col. versi. considera. de rescrip. videlicet, t̄ quando Papa differet obli- gationem alicuius iurataam ad longius tempus. Nam talis dilatio dicetur inferre praetudi- cium, sicut obligationem, nec iuramentum tolleret. Erat hoc plura iura allegat Fely. in. a quoddam suo consi. incip. faciem tuam illumina. in. iii. col. quem habeo manu eius pro- pria scriptum. Et pro utroq̄ membro distinctionis videtur tex. in. l. quotiens. C. de pre- impe. offer. Sed obstat adhuc istis unum, quia respectu praetudicij idem iudicatur de ma- gno sicut de paruo. Cū igitur regula ista simpliciter de praetudicio loquatur, debet de o- mni praetudicio intelligi, prout etiam de iure cōmuni intelligitur, ut patet per glof. in ver. praetudicium, in capitulo olim. de confuse. Et ideo ista declaranda erunt, ut dicam statim in secundo capite.

¶ Circa secundum caput videtur dicendum idem esse alicui tollere exceptionem perem- ptoriā uel dilatoriā, per ea, quæ dicit Bar. in. l. fina. in princ. ff. de his quæ in frau. cre- sequitur Alex. in consil. cxv. col. fi. volu. v. ubi dicunt, q̄ sic ut perdens exceptionem perem- ptoriā dicitur quis diminui patrimonio, ita & perdens dilatoriā, per. l. omnes. §. fi. eo- ti. Et idem tenet Domi. in rep. c. postulati. in. xvii. col. de rescrip. Quid dicendum? Ad- uerte, q̄ propteritate predictorum discutienda, distinguende sunt species dilatorię, ut decla- rat Bar. in. d. l. fi. & Bal. in. d. l. peremptoriā. t̄ nā quædam sunt modici, quædam magni praetudicij. Nec obstat quod dictum est, omnes dilatoriās exceptiones censerit modici praetudicij, & ideo a lege facile tolluntur; quia illud procedit quando agitur de dilatoriis exce- ptionibus tollendis per uiam legis. Nam lex etiam posset tollere peremptorias, & tunc non esset locus isti regulæ, quia tantum procedit, quando per uiam rescripti, man- dati, vel priuilegii ius quæsum tollitur, non aut quando per uiam legis, ut inferius dicitur, & declarant Moder. & nouissimi Mediolan. in. c. ex parte. el. ii. in. vii. notabilis de offi. deleg. t̄ Nā in rescripto uel priuilegio non solum consideratur magnum, sed etiam min- sum praetudicij. Et nisi Papa expresse derogaret regulæ, obstarerit in utroq; ut dicunt Mo- der. in. c. quæ in ecclesiistarum. col. xii. de consti. Et hoc quod dixi de modico praetudicio, in- telligerem, quando perpetuum esset praetudicium, quod consistit in priuatione iuris modi- ci, puta exceptionis dilatorię, uel rei paruę. Nam si Papa illam auferret, & me perpenio pri- uaret, lite pendente, esset locus regulæ. Secus quando Papa illud ius ad modicum tempus differret, nam propter hoc non diceretur ius auferri, & ita procedit tex. in. d. l. quotiens. & ea, quæ in proximo membro dixi. Si uero dilatio esset longi temporis procederet tex. in. dicto capitulo si super gratia. & in. cap. si propter tua debita, de rescript. lib. vi. cum aliis alleg. in proximo puncto. Et secundum ista debent declarari ea, quæ Rota dicit in deci. xvii. in no. t̄ q̄ si per lapsum termini ad articulandum, admittantur articuli obie- citi, dicunt tolli ius quæsum, cum aduersariis sit tutus exceptione temporis. Et idem habetur Deci. dclviii. in antiquis. & Deci. dcvii. Videtur am circa hoc omnino infra questionem. xvii. & quæ dicam. q. xx. Et per ista etiam declarantur ea, quæ dicit Fely. in dicto capitulo constitutus. in. x. colonna versi. generaliter autem, dum referit Calixtum III. distulisse iuramentum cuiusdam obligati solvere ad certum tempus, ubi postea distin- guit duos casus, ut ibi per eum.

Quæstio

I V INDECIMO Quaro, t̄ nunquid commissio auferens alicui relatum proba- tionis, dicatur auferre ius quæsum, vt locus sit isti regulæ?

Q UOLVTIO. Pro intelligentia questionis exemplum ponit potest in causa Salernitan. Abbatiae, quæ fuit oīm uenitilata in Rota tempore Pii. Nam Papa motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, cuiusdam Gaspari gratiam concessit, in qua plura narravit. Aduersarius uidens illa narrata se aliter haberi, & ei magnum praetudicium inferre, obtinuita Papaæ commissio, per quam Papa uoluit illa narrata in gra- tia Gasparis perinde haberi, ac si gratia illa fuerit ad instantiam, & impetracionem Gasparis, & non motu proprio facta. Ita quod illa commissio enerabat Gasparem ad probandum illa narrata, quæ stante motu proprio, & certa scientia non tenebatur pro- bare, & sic commissio auferebat Gaspari relatum probacionis, ex motu proprio resul- tans, fuit dubitatum, nunquid per hoc diceretur ei tolli ius quæsum, ut esset locus regule.

Q U Multa fuerunt tunc hinc inde dicta. Nam quidam dicebant non tolli ius quæsum, & per consequens non esse locum regulæ, ex eo, quia regula loquitur, quando tolliur ius, t̄ sed probatio non est ius, iuxta text. in. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tu. ubi probatio, & ius ponuntur ut diuersa, & sic ex uno ad alium, tanquam ex diuersis non sit bona illatio. vulg. capitulo in p̄fessiō. de proba. Præterea p̄fessum est Papam reuocando sui- um motum proprium non fuisse bene informatum, neq; certam scientiam habuisse ne- gotiū narrati. Præsertim quia agitur de modico praetudicio, quia non tolliur Gaspari t̄ probatio, sed relatum ab onere probandi, quod est quid diuersum, ut in. l. cum qui. ff. de iur. iur. & in. l. i. in. fi. ff. de inter. actio. & tradunt moder. in. lib. de proba. Et Papa nihil aliud hic facit, nisi quia Gasparem reducit ad uiam iuris, quæ disponit agentem probare debere, quod intendit vulg. l. qui accusare. C. de aden. Ergo ex hoc non dici- tur grauari, nec ius aliquod perdere, arg. l. si unus. §. paetus. ff. de pact. Et ita non ui- debarat regula hoc casu locum habere.

Q U In contrarium allegabatur reuocatio gratia motu proprio concessa, quia reuocatio ius diminuit, & grauauit onere probandi iam illo onere reuocatum. Nam t̄ illud grauamen onus dicitur, ex quo dependet tota decisio causæ, iuxta tradita p Bar. in. l. iectus fustiū. circa fi. ff. de his quæno. inf. & ea, quæ dicit Areti. in. c. dilecti. in. iii. col. circa fi. de iudic. Et ita per ista dicta conclusit Rota in una Romana talex M. ccc. Duc. pendente de anno M. D. xxxviii. coram R. P. D. Petro vortio episcopo Aquen. inter Gundisaluum de salazar, & Io. de macerata phisicum. Nam Gundisaluis uigore instrumenti in forma Camerae p̄cebat dictam summam a dicto Io. quam pro redimento se, & filios duros a manibus militiis, ei mutuauerat, & eam summam dictus Ioan. in dicto instrumento confitebatur se habuisse & recepisse, jurans omnia in eo contenta esse uera, & renuncians exceptioni non numeratae pecuniae &c. Petente igitur Gundisaluo summam dictus Joannes iam absoluuit a iu- ramanto ad effectum agendi & excipiendi &cetera, exceptionem non numeratae pecuniae opposuit. Verum quia iurauerat omnia & singula esse uera, illa uerba tantum opera- bantur, q̄ ipsum Gundisaluum relataabant ab onere probandi numeratam pecuniam, & transferebant onus probandi in ipsum Ioan. excipientem, iuxta tradita per Alexan. & ali- os in. l. nemo potest. de leg. i. & in. l. fin. C. de non nu. pec. Et ita Rota imposuit dicto Ioanni onus probandi. Ioan. uero uidens forte non posse ita facile negatutum proba- re, accessit ad Reuerendissimum Cardinalem Neapolitanum tunc vrbis legatum, & ob- tinuit commissionem, quod præfigeretur terminus dicto Gundisaluo ad probandum se numerasse pecuniam, Gundisaluo exceptit de ista regula, Domini tenuerunt tolli Gun- disaluo ius quæsum, uerum quia Ioan. se iunit alia commissione, fuit vtriq; terminus pre- fixus, & mandatum concordari, & ita causa manxit. ¶ Itaq; ex prædictis appareat p̄fessum queſitionem fuisse decisam per rationes superius allegatas, & alia plura dicta tunc per ad- vocatos utriusq; partis congregata, quæ breuitatis causa omitto. ¶ Breuiiter hic conclu- do, q̄ si in dicta gratia motu proprio talia erant narrata, quæ alias probari debebant de iure cōmuni, hoc casu si Papa per suam commissiōnem prædictam gratiam ad ius commune reduxit, nulli facit iniuriam, quia fauorabilis est uia per quam re-

uerimus ad ius commune, ut in cap. ab exordio .xxxv. dist. ut not. glos. in. c. iii. de præben. li. vi. & dicā inferius in alia quæstione. An uero narrata in gratia morū proprio non erant contra ius commune, sed præter, in quibus ius commune exætas probationes non requirebat, & tali casu procedat contraria opinio.

Quæstio Duodecima.

DVODECIMO Quero, & nunquid commissio, quæ mandat dari fidem cedulis publicationum factis in audiencia contradictarum, & in cathedrali ecclesia, quæ non plene probabant, quoad effectum regulæ de publicandis, dicatur tollere ius quæstum?
CLSOLV TIO. In causa Cameracē. præben. olim accedit iste casus in Rota, & non habeo quid fuerit refolutum. Tamen tentando potest dici, quod non tollat ius quæstum, ex eo, quia commissio solum adiutat, seu supplet probationem. Ethoc non est tollere ius quæstum, & quia stant simul, quod aliquis habeat ius, & deficiat probatio. I. duo sunt. ff. de testa, tute, & tradit Inno. in capitulo quia pleriq. de immu. eccl. Cum autem ista regula loquatur de iure quæstio tollendo in supplicatione probationis, locū non habebit, tanquam res diuersa. Quia per illam potius adiuvatur ius amissum per regulam de publicandis, q. p. aliqui ius tollatur. Et ita pro ista parte consulterunt plures excellentes uitri illius temporis, quorum nomina, quæ sunt incognita modernis, non habentibus eorum scripta, non refero. **Q**uamvis possit tentari, q. adiuvare probationem non sufficiantem, sit ius tollere, & cum per probationum defectum reus ius iudiciorum acquirit, quod representat iudiciorum, iuxta. I. qui accusare. C. de ædend. Nam si illa publicatio eo modo facta erat insufficiens, reus erat sufficitus exceptione regulæ de non publicandis, quæ perimit gratiam, quod uidetur per dictam commissionem supplicationem publicationis tolli, quod fieri non conuenit, iuxta ea, quæ diximus superius quæstio. xi. Et licet probatio, & ius videantur differre, per ea, quæ dicta sunt, tamen & quoad effectum iudicii probatio idem est, quod ius, ut patet in eius diffinitione tradita per Moder. in rubri. de probat. Et ita. I. duo sunt in specie. declarat notabiliter Bal. in lege hac consulfissima. in secunda columna. C. qui testa. fa. poss. Et sequitur Pet. de anchora. in capitulo penultimo columnā fin. de cleri. percuso. **T**enendo tamen primam opinionem ad ista posset responderi, & q. per exceptionem regulæ de publicandis, licet resignatarius repellatur, non tamen propter ea opposenti adiudicatur beneficium iuritiae regulæ, sed titulus aliunde queri debet, & ille titulus est, qui dat ius opposenti, non ipsa regulæ oppositio. Sicut dictum fuit per Dominos in una Vrgelen. archidiaconatus coram R.P.D. Marcello episcopo Maricano de hoc mense Novembri M.D. xxix. Nam uoluerunt, q. licet una pars contra suum aduersarium excipiatis de pena cle. i. de sequest. posse. & fruct. non per hoc ius uiolantis sequestrum acquiritur excipienti, nisi aliud illud impetraverit. Itaq. si Papa supplet diligentias publicationis factas per resignatarium ad effectum, ut censetur regulæ satisfecisse, non propter ea tollit, nec ludit titulum opposentis, & si occasio liter uel secundario ius illud per huiusmodi supplicationem debilitaret illud præiudicium ad effectum istius regulæ non est considerabile, prout Latus conclusum fuit superiorius in tertia quæstione.

Quæstio Decimatertia.

DECIMOTERTIO Quero, & an per commissionem, per quam Papa declarat, mentis sui predecessoris fuisse gratiam non fuisse subreptitiam per expressionem falli familiariatis tollatur ius quæstum?
CLSOLV TIO. Paulus Pontianus, olim inter aduocatos sui temporis excellens, consultus, regulam hoc casu non habere locum. Quia per talem commissionem non tollitur ius quæstum. Et ratio est, & quia non omnis falsa expressio inducit subreptionem, sed illa dimitat, quæ potest Papam mouere, uel non mouere ad facilius concedendum, uel denegandum, ut notat Ioan. Andr. in capitulo dudum. per illum tex. de præben. li. vi. Et Io. de imol. & Domi. in capi. si motu. eo. ti. & glos. in clem. si dignitatem. eo. ti. & D. An. ro. in

3 to. in. c. super literis. de rescrip. Pro qua op. id facere videatur, & quia qui declarat, nihil de nouo dat impetranti, nec aduersario aliquid tollit, vulg. l. heredes palam. §. sed si not. ff. de testa, & ideo in declaratoriis non potest præiudicium pretendit, vt tradit Egid. confil. xix. Et ita in terminis tépore Sixti in simili casu bis consuluit Io. Aloisius Tuscanus adiutorius, & postea ex eius excellentem doctrinam factus Auditor Camerae in confil. suo in cip. vtrum creatio acoliti. in ultimo dubio. lib. i. consiliorum suorum fol. ccxv. & in alio confil. incip. vtrum declaratio. posito in secundo volumine suorum confil. fol. cxxviii.
4 vbi consuluit in notabili casu, & videlicet, quidam episcopus Farci. alias familiaris Sixti iuerat in Hispaniam cum Reuerendissimo Vicecancelario legato, & ibi mortuus fuit, per citius obitum quidam Andreas primo loco, deinde quidam Hermanus impetrarunt beneficia dicti Episcopi. Sed Hermanus tanquam de familiari Pape, impetravit. Cumq. propter absentiam dicti episcopi, propter quam videbatur recessisse a familiaritate, & continua commensalitate, in iudicio contendetur, Papa declarauit Episcopum prædictum semper in eiusdem Papæ familiaritate mansisse, nec propter huiusmodi profectiōnem, seu recessum a curia, vñquam a sua familiaritate, ac continua commensalitate recessisse &c. Itaq. attenta ista Papa declaratione Hermanus censematur prouisus de beneficio familiaris, quæ quidem declaratoria si non emanasset, Andreas tanquam primus impetrans obtinuisse, & vincere Hermanum & videns igitur Andreas se per huiusmodi declaratoria succumbere, exceptit de regula ista, super qua cum Rota dubitaret, datum fuit dictum dubium in quo Pontianus vnius partis adiucatus, vt dixi, tenet regula non esse locum, ex eo, quia per huiusmodi papas declaratoriam non videbatur infra præiudicium considerabile. & Nam qui declarat, quod in mente inclusum erat, facit, ac ille qui granum, quod sub aristis latebat excutit, & in apertum dicit, qui ob eam causam procuidubio nouam speciem non videtur inducere, vt dicit Bal. in. l. a. dita. in. x. oppositio. C. de aeden. cum concor. vtibi Tcrabit Decius in. xi. colum. nume. 48. cum seq. & in confil. cxviii. col. pen. facit tex. in. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. & reti domi. & tex. in clemen. exiui. verbi. horum autem. de verb. signi. Hinc illud evenit, quod dixit Bal. in. l. testamentum. C. de testa. nihil etim principaliter disponere, qui tantum declarat, sed quid in præteritū sit, ostendere videatur. Pro quo dicto plura motiva tradit præfatus Io. Aloisius Tuscanus, quæ non curio referre breuitati studiem, cum etiā non videantur magis, q. prædicta vrge. Et eundem casum, quem supradiximus Pontano contigit, contigit etiam tempore Nicolai quinti, & Calixti, & Sixti, prout attestant idem Paulus pontanus, & Io. de Baroncellis adiucati illorum temporum consistoriales in. iii. volumine informatiōnum tunc occurrentium in causa Tolletana præstimoniorum pro Ioan. monte contra Io. Ferdinandi. Qui omnes in istam partem negatiuam, vt, videlicet, non haberet locum regulæ, inclinarunt.
5 Sed aduentendum est diligenter, quia contra prædicta facit in terminis confil. Pet. de Anchia. in confil. ccxcviii. incip. præmitto pro clariori. in ultimo dubio. vbi tenet, & q. Papa declarando aliquem suum familiarem fuisse, si per hoc tollitur gratia aduersarii, declaratio non valer, quia tollit ius quæstum. Et illud consilium sequitur Decius in sermone concilii Pisani in penulti. colum. **E**t ideo pro resolutione prædictorum & est distinguendum de modo declarationis. Quia aut. Papa declarat illud, quod in primo actu tacite sub verbis dubiis continetur. Et tali casu declaratio non tollit ius quæstum, quia qui declarat, nihil de nouo inducit, sed granum expsicis, vt dictum est, excutit. Nam propriū est declarationis illud, quod effet inefficax, & obscurum propter difficultatem probationis aperire, vt in. l. duo sunt Titii. ff. de test. tute, &. l. i. cui. q. si quaeratur. ff. de ser. fug. Et ita tenet Oldra. consi. clxvii. ante omnia &c. col. fi. Et idem Pet. de anchora. consi. lxxxviii. videndum est. colum. i. Et in tali declaratione procedunt ea, que latet tradit Andr. Sicul. in c. super questionum. in princ. colum. prima. de offi. deleg. Et Ias. in. l. nō dubium. in. vi. notabi. de leg. Et talis declaratio vocatur expositiva, quia natura verborum hoc patitur, & hoc semper fieri potest, & in ista regulæ locum non habet. **F**Aut papa non declarat, interpretando verba, sed supplingo illud, quod non est, & quia ista non est propria, nec vera declaratio, sed potius quadam noua concessio. l. qui liberis. §. testamentum. vbi glos. & Bar. ff. de secun. tabul. & in. l. i. vbiglo. & Bal. C. de codi. talis declaratio subiicitur isti regulæ, quia dicitur inferre præiudicium. Et ita expresse distinguit Paul. de Cast. in confi.

cccccxxxiii. quia exceptiones. in si. lib. i. & in d. l. haeredes. §. sicut colum. secunda. de testaz
9 quod dicit bene notandum pro declarationibus. & quas se p. Summi Pontifices de beneficiis
eis referuntur faciunt. Nam dicit eas non valere in prejudicium tertii. Quibus quidem Pauli de Cast. verbis dixit Felynus saepius se in Rota vnum fuisse. dominis non dissentientibus.
ut ipse refert in capitulo cum olim. in qua tanta colum. de re iusti. Et cum Paulo concordat Pet. de Anchara. in dicto consil. cccxcviii. Et ita in specie ista distinctionem sequitur
Decius in l. i. in secunda colum. C. de impi. & aliis subst. Et ante ipsum Soci. in consil.
ccl. i. accep. in causa Nanetensi. in ix. col. vbi notabi. loquitur. Ethoc id est sequitur Decius in
capi. si. in vi. colum. de consil. Et latius Moder. Taurinensis. videlicet Ioan. Franciscus pur
puratus vir profundae doctrinae in l. i. in quinta colum. ff. si cert. per. Et pro ista parte con
fultus Gemili. in consil. cxxviii. in secundo dirib. & sequitur Fely. in. c. si quando. in prima
10 colum. de referitis. ¶ Hinc dicimus. quod in tali declaratione inducta de novo requiri
ritur partis citatio. quia per eam inferunt praejudicium. ut probat late Decius in consil. xiii.
colum. si. in ultimo volumine impressorum. Pro quibus conferunt ea. quae R. tradidit in
consil. cccxcviii. Et ideo tempore Sixti papae in una causa parochialis de Tuscanis Naz
aretens. in qua tunc consuluit And. de Cafarellis excellentissimus aducatur consistorialis.
fuit conclusum tali declaratione obstatre istam regulam. Et credo. quod fuit illa causa sua
per qua consuluit Soci. in dicto consilio. cdx. Et ille fuit pulcher causus. quem ob memori
iam vacatis referam. ¶ Fuerat enim concessa facultas Episcopo Nanetensi. de conferen
do beneficia in certis mensibus. cum hac condicione. quod dictam facultatem in ecclesia
Cathedrali die Dominica vel festiva. populo congregato ad diuinam audiendam. infra missa
rum solennia publicaret. cum decreto irritantissimi fecis. &c. Accidit. q. episcopus non serua
uit istam formam. sed dictam gratiam in Synodo suo publicauit. Et deinde vigore dictae fa
cultatis concessit dictam parochialem vacantei ciudani Petro. Postea quidam Jacobus
vigore gratiae expectativa acceptauit dictam parochialem. & dictum Petrum ad iudi
cium traxit. & lite pendente. gratiam si neutri impetravit. Petrus obiciebat de facul
tate Episcopi. quae irritabat quascunque acceptationes. Jacobus replicabat. illud epis
copi indulxum. seu facultatem nullum ius tribuere. ex quo Episcopus secundum for
mam datam non publicauerat illam. Petrus videns se percuti obtinuit a Papa mo
tus proprio unam declaratoriam. per quam Papa declarabat dictam publicationem fa
cilitatis factam in Synodo. & collationes in vim dictae facultatis factas fuisse vali
das. Jacobus contra istam bullam declaratorie opposuit de ista regula. Petrus replica
bat declarationem istam Pontificis non tollere ius querendum. quia qui declarat. nihil de
12 novo dat. Triplicabat Jacobus. ¶ Imo illam declaratoriam multa de novo inducere.
ex quo episcopus nullam habebat potestatem conferendi. non seruata forma data in fa
cilitate sibi concessa. iuxta capitulo. cum dilecta. cum vulg. de rescrips. Et ideo per suam
collationem nullum ius tribuerat Petro. & declaratio Papae non poterat retrotrahi in
praeiudicium medio tempore impetrantis. vt in capitulo quamvis. de rescriptis. libro
sesto. cum materia vulgaris. l. bonorum. rem ra. ha. Nec posset princeps facere. quod
publicatio. quae non est facta sit facta. argu. l. in bello. §. facta. ff. de capti. sed be
ne potest extender. quod publicatio. quae debebat fieri in ecclesia cathedrali cum pra
dicta forma. quod fiat in Synodo. argu. eorum quae dicit Barthol. in. l. sed sciendum.
ff. de partici. Et hoc est aliquid de novo inducere. Talis ergo declaratio extenua. quia
de novo inducit. subiectur regulae. pere. quae superioris dicta sunt. quia intentio eius pa
pe non fuit velle collere alteri ius querendum. Hanc sunt quae tunc in casus contingentia
dicebantur. quae iustificantur ex superiori dictis.

¶ Quæstio

¶ Quæstio Decimaquarta.

DECIMO QVARTO Quero ¶ nunquid regula ista obster gratiae tertii non
colligantis lite pendente inter alios impetrat. sed per colligantem in iudicio
producit?

ITSOLVTO. Ista quæstio fuit heri. xxii. Maii. & secunda Iunii. M.D. xxxvi. proposi
ta. & ventilata in Rota. coram R.P.D. Marcello Eleto Marsicano. in causa Placentina pa
rochialis de Veracana. Et Domini fuerunt vari. Et ut difficultas. & quæstio ista faciliter
2 intelligatur. series negotii ita se habet. ¶ Franciscus de Miranda. & quidam Christophorus
rus Vrbina contendebant in unicem super predicta parochiali. Deinde D. Franciscus Solis
Episcopus Balneoregei. fuit citatus. & tractus ad eandem causam per D. Franciscum Mi
randa. Itaque dictus Miranda. & episcopus ex una parte erant colligantes. Ex alia vero
idem Miranda. & dictus Christophorus. Pendente huiusmodi lite Christophorus impe
travit vnum Breue a papa Clemente. in quo papa annullabat quascunque alias prouisio
nes super dicta parochiali. alii. q. Christophoro factas. decernens irritu. &c. Postea Chri
stophorus obiit. & totum ius Christophori per subrogationem deuenit in persona dicti
Francisci Miranda. Itaq. lis remanebat solum inter dictum Miranda. & episcopum. habē
tem titulum anterioris date. & in possessionis dictæ parochialis existentem. Et quia dictus
Franciscus Miranda spoliaverat episcopum. suspensus petitorio. Egit episcopus cōtra eum
possessorio recuperande. Franciscus produxit contra episcopum prædictum breve. quod
impetraterat dictus quandam Christophorus dum viveret. ad effectum. ut ostenderet epi
scopū nullum habere titulū. neq. possessionē ppter decretu irritans dicti brevis. sine quo
titulo saltem colorato episcopus possessorio restituende agere non poterat. iuxta vulgaras
decisio. Episcopus vero cōtra breve exceptit de ista regula. quia per illud tollebatur sibi ius
quæsum. dubitatum fuit nunquid isto casu haberet locum regula.

¶ Pro parte affirmativa dicebatur. q. sic. Nam regula ista initiatu aquitati. quae isto casu
militare videatur. maxime contra dictum breve exorbitans. rigor. sum. & insolitus. Et li
cer regula loquatur in causis. verum est dicere. episcopum fuisse cum prefatis in eadem
causa. & super eodem beneficio. Nam licet inter Episcopum. & Christophorum non esset
3 ius. erat tamen eadem causa. quæ sufficit. ¶ cu alia sit causa. aliud lis. vulg. c. forus. de verbo.
signifi. ¶ Præterea. quia ius obueniens ex dicto breui. tempore quo Franciscus Miranda
excipit de eo. ja erat consolidatū in psone dicti Fracisci. & effectū fuit totaliter suū. iuxta l.
hereditas. de acq. h. Vñ. quia rarijne obstat regula. si Franciscus ipetraret Breue fidicū.
eadē ratione qñ ius procedens ex Breui est effectū ipsius opponetis. arg. c. abbate fane. de
re iu. li. lib. vi. ¶ Præterea. quia si dicimus. Regulam Episcopo isto casu non suffragari. se
queretur hoc absurdum. q. multotiens intrusus in sua se intrusione confoueret. Pone enim.
item esse super vno beneficio inter A. titulum habentem. & B. possessorum intrusum. C.
tertius impetrat. gratiam annulatutam tituli A. facta mentione de lite. Certe si dicimus non
posse A. dare de regula ista. B. intrusus contra A. poterit absolvitoriam petere. cum repe
riatur titulus ipsius A. extintus per gratiam C. Quę q. sint absurdā. quilibet decernere po
test. Et ideo dicendum videatur. q. vbi gratia tertii impetrata. lite pendente. inter duos collit
titulū. uel alias præiudicat alteri litigantiū si alter vtitur illo iure contra suū aduersariū col
litigantem. proculdubio locus erit regulæ. per ea. quae dicit Oldra. consil. ccxcix. & sequitur
Fely. in. c. in nostra. in. xv. corr. de rescrip.

¶ ¶ Iste tamen rationibus non obstantibus. maior pars Dominorum concenserunt con
trarium. videlicet. non esse hoc casu locum regulæ per istas rationes. Primo. quia ista regula
fuit semper interpretata. tantu locum inter colligantibus. vt sic in quantum fieri pos
set interpretetur secundum ius commune. q. noluit in medio litis sacras iussiones impetrati
ri posse. ne ius colligantis turbetur. Et hoc denotat illud verbum causis. positum hic
in regula. que largo modo item comprehendit. vt traditur in. l. causas. C. de transactio
cum igitur Christophorus prædictu breve impetrasset. tempore quo non erat lis inter ip
sum & episcopum merito regulæ non erit locum. Ista tamen non procederent tempore
Hadriani VI. qui regulam generalem fecit. comprehensens omnia tempora. & idem fecit
Sanctiss. Dominus Noster Paulus Papa III. Itaque decisio prædicta locum habet tem
pore aliorum Pontificum. quorum regulæ tantum ad concessiones lite pendente obtin

tas restringuntur, ut latius dixi in prefatione istius regulæ. Et tenendo istum intellectum, prædicta facile resoluuntur. Nec obstat, quod illud breue infert præjudicium, quia hoc non facit, si locus regulæ, quia casus præjudiciales extra iudicium regulæ non subiiciuntur, sed sub dispositione iuris communis relinquentur, quæ qualiter sit inferioris dicetur in alia quaestione. Poterit igitur hic episcopus sibi consulere aduersus illud breue per aliquam commissiōem reductoriām brevis ad ius cōmune, quæ denegari non solet, prasertim quando cōmissio petitur cum illa clausula constito de bono iure, quod si non fecit sibi imputet.

Quæstio Decimaquinta.

- D**E C I M O Q V I N T O Quero, an per derogationem istius, regulæ vigore cuius iam alicui competebat ante derogationem regulæ exceptio, tollatur sibi ius quæsitum?
- C**O S O L V T I O Quidam antiqui tenebant, quod sic, ut adnotauit summus ille vir Laurentius Puccius, quondam Cardinalis Sanctorum quatuor, in quibusdam notabilibus exceptionum Curia, rationem tamè aliquam non scripsit. Et pro ista opinione facit, quia postquam vigore alius legis acquisitionem estius alicui, Princeps in præiudicium iuris vi-gore illius legis quæsitum non potest talem legem revocare, quominus ad tuitionem dicti iuri quæsitum illa lex allegari possit. Ita tenet Imol. & D. Anto. in. c. primo, de consiliis, per dictum Innocen. in. c. nouit. de iud. Quem ibi late sequitur Abb. in versi. quarta solutio, &c. Vbi infert, quod leges prolatæ ab Imperatoribus in favorem Ecclesiæ, & Clericorum, ex quo transiunt in priuilegium, non potuerunt per eosdem in præiudicium prædictorum revocari. Et sequitur Fely. vtrq; loco. Ita videbatur in proposito dicendum, quod papa derogando huic regulæ, si per derogationem illius infertur præiudicium illi, cui iam prius competit ius excipiendi vigore regulæ, quod nihilominus revocatione non obstante, poterit excipere regula. Et pro ista parte faciunt ea, quæ Car. & Imol. tradunt in. c. quia diligen-tia, de electio. sequitur Alexan. in. l. Gallus. §. & quid si tantum, in. ix. colum. versi. secun-do limitatur, ff. de libe. & posthu.
- Sed istis non obstantibus, contrarium videtur concludendum. Erit primis illud satis notissimum est in iure, quod princeps potest pro libito voluntatis tollere leges positivæ. c. i. de consti. lib. vi. cum illis non subiiciantur, sed ille subsumit ipsi. uulg. c. proposuit. de conseSSI. præben. & tradit Alexan. consil. ii. colum. v. lib. i. & aliis sape. Nam illius est destruere, cuius est condere. vulg. l. s. C. de legi. Et video dicimus, quod in principe est pro ratio-ne voluntas, vt dicit Bal. in. l. relegati. & ibi glos. ff. de pœnis. Ethoc procedit etiam si per talem legem reuocatoriæ tolleretur ius quæsitum alterius, non solum virtute legis reuoca-te, sed ratione alicuius specialis tituli quod fortius est, vt tradit notabiliter Bar. in. l. quoties ff. de pollici. & in. l. Antiochensum. ff. de priu. cre. & in proœmio Digestorum. Vnde licet princeps per rescriptum suum auferens rem, vel beneficium alterius, teneatur ad re-compenam, ut alias dixi, quia talia rescripta seu concessiones intelliguntur sine alterius præiudicio. Tamen ubi princeps non per viam rescripti, sed per viam legis generalis tolleret ius quæsitum, non tenetur ad aliquam recompensem, vt notabiliter concludit Alexan. in consiliis. vñsis iis. colum. antepenulti. versi. ad terrum argumentum. lib. iii. & in consilio. cxxix. incip. mature. colum. v. lib. ii. Sic igitur si papa per viam legis derogat isti regulæ, non est dubium per hoc non tollere ius quæsitum. Quia Papa potest tollere ius quæsitum ex lege sua, vt dicit Pau. de Cast. consil. cxxvi. incip. quomodo. Sequitur Fely. in. c. nouit. in. viii. colum. de iudi. Quinimo si per viam rescripti scienter derogat regulæ non poterit ille cui ius tollitur, vt exceptione illius. Quia satis constat papam in beneficialibus liberâ hæc potest non solum derogandi regulam, sed etiam sine causa præiudicandi alii cui, & auferendi ius quæsitum, vt not. Abb. post Anto. in. c. constitutus. colum. ii. de res. l. domi. cum sexcentis concordan. vt Moderni Mediolaneñ. scribunt, in. c. qui in ecclesiæ rum. in. xi. colum. versi. secundus casus est. de constitutu.
- ¶ Non obstantea, quæ in contrariū sunt adducta superius. ¶ Quia procedunt illa, quando lex est pro aliquibus non subditis particulariter cōdita per viam priuilegiū, non autem generaliter pro omnibus, vt loquuntur prædicti docto. in. d. c. i. & dicto cap. nouit. Tali enim casu princeps reuocare legem non potest, & reuocando non tollit ius quæsitum ex illa

illa lege. Secus tamè est, quod lex fuit generaliter ædita pro omnibus, p[ro]p[ter]a est regula ista, & non particulariter in priuilegium aliquarum personarum. Quia tali casu revocari potest, neque curatur de præiudicio, vt noranter distinguunt Pau. de Cast. in consil. cclxxvii. incip. primum dubium. lib. i. & Soci. consil. clvi. colum. ii. & Deci. consil. cxxix. circa. ii. & Alexand. consil. ci. colum. v. lib. i. & Moder. prædicti, præsertim † quia quantum do derogatur regulæ, in favorem certæ persona regulæ non tollitur, quominus alii eius exceptione vti possint. Nam sape in Rota illi in declaratoriis vidi per Summos Pontifices concessis, derogari, & plures casus ponit Bo. me. Laurentius cardinalis Sanctorum quatur, in quodam suo libro adhortationum. fol. clxviii. In quibus derogatū fuit huic regulæ in favore certarum personarum, quas hic breuitatis causa non referam, & tradit De cius in. l. adita. nu. 48. & seq. C. de æd. Nec prædictis obstat si dicatur locū esse isti regulae, etiā quando princeps scribit motu proprio, & ex certa scientia, vt superius in alia. q. di ximus: quia illud est verum, nisi derogetur regulæ, vt h[ic]. Nam per motum proprium, vel cerram scientiam non censetur derogatum isti regulæ, nisi specialiter fiat derogatio, vt latere superius in prœcio regularum in. v. & vi. q. diximus. Et video semper locum esse excepcioni contra omnem gratiam tollentem ius quæsitum, etiam si fuerit motu proprio facta, nisi specialiter regulæ derogetur. Et tali casu sublata regula tollitur ius excipiendi quæsitum ex ea. Et ita in simili in una Parmen. spoliis boiorum, coram R. P. D. Pet. Vortio fuit in Rota conclusum die. xii. Junii. M. D. xxxviii. Nam in dicta causa dubitabatur nunquid absoltio a iuramento, & a periurii reatu ad effectum agendi, & excipiendi, parte tamè ciatata, a sacra Pœnitentia obrenta, sub pretestu, quod ille, qui iuravit, fuit enornissime laetus, ius parti aduersæ sustulerit, vigore. l. si quis maior. C. de trans. quæsitum aduersus contravenientem. Et concluserunt Domini, quod sic probata enormissima laetitia. Quia constat papam ex causa enormissima laetioni voluntate concedere, absolutionem. Vnde si probatur, quod illi assurit, videtur tollere, & derogare. l. si quis maior. Et per hoc per quandam consequentiam videtur tollere ius quæsitum ex ea. Et hoc causatū non fuit, tam ex absolucione, ne, quætantum concessit facultatem agendi. ¶ Ex probationibus enormissimæ laetios, & contractus simulati postea facti, que fieri non possent, nisi concessa absolutione, vt dicit Pau. de Cast. notabiliter in consil. cclix. incip. circa primum. in secundo volumine. Et ita etiam in hoc puncto conclusit concilium Neapolitanum in decisi. cccxxii. colum. penulti. & fi. Sed ista omnia nouissime limitantur non habere locum quod papam per speciale gratiam vni facta, tolleret statuta, priuilegia, & cōsuetudines ecclesiæ confirmatas, per quæ fuerant iam ius quæsitum, quia tali casu locus esset isti regulæ, vt potest ponere exemplum in causa Burgen. pensionis nuper in Rota coram R. P. D. Aqueñ. decisa. In qua est sciendum quod ecclesia Burgen. habet statuta, cōsuetudines, & priuilegia, quibus disponit omnes frumenti curiisdam abbatiæ, & illi annexorum per vnum annum. cum dimidio post quancumque vacationem ipsius abbatiæ sint eo ipso mense capitulari, siue fabricæ dictæ ecclesiæ applicati, cum amplissimis clausulis. Accedit, quod vacante dicta abbatis S. D. N. R. Cardinali de Grimaldis pensionem D. Duca. super ea constituit, cum derogatione speciali statuto rimi, cōsuetudinum, & priuilegorum dictæ ecclesiæ, itaque vigore iurorum literarum pensionis, Cardinalis contra Capl. in dictæ ecclesiæ ad pensione egit. Capitulum vero prætentit ad pensionem non teneri, ex eo, quia vacante abbatis eo ipso ius in fructibus quæsitum fuit, itaque ecclesia grauari non poterat. Cardinalis recipiebat dictis ista utris, & priuilegiis, in bullis pensionis in specie derogatum fuisse. Capitulum triplicabar papam non intellexisse propriece velle tollere ius quæsitum ex dictis statutis, & priuilegiis, & ita opusserunt de ista regula. Fuit dubitatum nunquid esset hoc casu locus regulæ? Rota post uarias aduocatorum informationes hodie. vii. Nouembris M. D. xxxix. coram eodem. D. Petro Episcopo Aqueñ. conclusit esse locum regulæ, quia papa, licet derogauerit dictis statutis, cum amplissimis clausulis, non per hoc visus fuit derogare huic regulæ, quæ induvidua mentione requirit, vt dicam in alia. q. quæ locum haber quando tollitur ius quæsitum ex priuilegio, vel statuto.

Quæstio Decimasexta.

- D**E C I M O S E X T O Quero, quid si per commissiōem tollatur gratia alicuius, ita quod per illa commissiōem reducimur ad ius cōmune, nūquid sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Videatur dicendum, q̄ non, t̄ quia favorabilis, & non prejudicialis reputatur illa via, per quam reuerteretur ad ius commune, vt dicit glos. in verbo ad A. in c. ab exordio. xxxv. distinct. & glo. magna in c. iii. de p̄b̄n. lib. vi. quam sequitur Alexan. in l. si constante. in ii. col. ff. solu. mat. Roma. consi. ccxviii. Moder. de monteferrato in rep. l. nemo p̄fet. col. x. ff. de leg. i. Et commissio ista nihil aliud facit, q̄ tollere impedimentum ad ius commune inducētum per illam gratiam. Non igitur cōmissio est illa, quae tollit effectualiter gratiam, sed ius commune ministerio commissionis, quae tollit obstatum, vt dicte p̄fesse Domi. in consi. xii. Vt in simililo. Mo. Archi. & Ioan. And. in ca. cum aliis de rescrip. lib. vi. exemplum de hominē ligato manibus ponunt. Nam si ta lis ab aliquo solvit, & solitus scribat, non per hoc dicitur ministerio dissolventis scribere, sed ille idem ex se hoc facit; sicut si tollit obstatum, non est illa, quae tollit, sed ius commune, pro qua opinione facit dictum Abb. in c. veniens. in vii. colum. nume. 22. versicu. concluden do p̄dicta. de rescrip. t̄ Vbi dicit, q̄ licet p̄latuſ per ſuum pactuſ, uel renunciatione ecclie p̄judicare non poſt, hoc tamen non procedit, quando per tale pactuſ ad ius commune reuerteretur. Quod dictum cum sexcentis aliis facientibus ad propositū refert, & sequitur laſon in l. si vnuſ. q̄. pactuſ. in. iii. colum. ff. de pact. facit, quod dicit Anto. de buſ. in c. constitutuſ. in prima colum. de transact. cum concor. traditis per Fely. in c. cum accessiſſent. de consti. & Deci. consi. iii. in. iii. col. Et ita reperio iſtam opinionem in terminis iſtius queſtioni tenuiſſe Franciſcum Curtiuſum iuniori in consi. primo. in vii. colum. nume. 22. versicu. quarta conclusio. quem sequitur quidam doctuſ Moder. vide licet. Bartholomeuſ Cassaneuſ in consi. lxvi. colum. penul. nouiter imprefſo, vt ibi latius per eos. Et ita etiam tempore Sixti accidit caſus bis in Rota in una Eduen. Abbatia, & in alia Cameracē, p̄bend. vt aſtreſtatur Io. Aloſiuſ Tuſca. Mediolanē, tunc aduocatus confiſtorialis celebriſ in primo volum. consi. fol. clxvii. & cxcviii. Licet ibi non dicat, quid tunc fuerit resolutum, & ideo libenter viderem, quid super hoc Rota ſentiret. Interim tamen tenenda eſſet illa deciſio Curtii, & Cassanei, quae eſt in terminis, & in práctica multum proderit, quia vt dicit Fely. in capitu. cum ordinem. colum. iii. de rescrip. t̄ inuenire decisionem in terminis multum proderit in práctica; & eſt doctiſſimi doctoris; ſed per regulas generales responderet, eſt doctoris poſitiuſ, & pauperis; prout ipſe idem dicit in cap. i. in. iii. col. de p̄scrip.

Quæſtio Decima septima.

DE CIMO SEPTIMO Quæro, t̄ an commiſſio per quam reicitur confiſſio minoris aetatis, & inhabilitatis in literis Apostolicis in iudicio productis, facta, tol lat ius quæſitum ad effectum iſtius regulæ?

SOLVTO. Iste caſus accidit tempore Sixti in Rota in caſa Oſcen. Abbaz tissatus de Caſſiniſ inter quandam Catherineam electam, & Beatriſem, & prout tunc di cebatur, ita nunc dicendum videtur, videlicet, illi commiſſionis obſtareregulari, iſtis rationibus. Primo, quia confiſſio facta in bullis, eſt facta Principi in precibus coram eſporrectis. Secundo, quia eſt etiam approbata in iudicio per productionem literatum. Terrio, quia geminata, quo caſu talis confiſſio non poterat ex p̄dictis cauſis sine p̄judicio illius cui per eam ius quæritur, reuocari: iuxta notata in l. cum precum. C. de liber. cau. & in capitu. fin. vbi Ioan. Andr. de iure iuram. lib. vi. tradit. laſon. in l. cum transfigiſſe. numero. i o. C. de transact. & in l. conditioni. C. de iſtī. Et de gemina ta confiſſione habetur in l. scimus. C. de agri. & censi. cum concor. vt tradunt Moder. Papieū. in. l. si certis. C. de pactis. & de omnibus p̄dictis in capitulo ex literis. de di uort. not. domi. Anto. in capitulo attestationes. de deſponsa. impube. Et per eundem in capitu. cum venerabilis. de excep. cum ſimilibus. Ex quibus infertur, quod electio Catherinea minoris, & inhabilis erat ipſo iure nulla: & intrabat ius Beatriſis, ſi modo per p̄dictam commiſſionem Catherinea tollitur p̄dicta confiſſio. Ex qua p̄dicta, mi noritas & inhabilitas probatur, tollitur ius Beatriſis, & ſic erit locus iſtī Regulae. Et ita in terminis videtur consil. Calderi. xii. titu. de rescrip.

Solum obſtar hic vnuſ, quia videtur per remotionem p̄dicta confiſſionis, nihil auſterri

SOLVATIO. Pro parte negativa uidetur dicendum, quod non, quia ista regula loquitur de beneficiis ecclesiasticis, que per collationem conceduntur. Sed imperium datur per electionem, ut in c. uenerabilem, de electio. Igitur dispositio loquens in uno non habet locum, in alio, iuxta tradita in c. cum in illis, de præben. lib. vi. Item quia ista regula loquitur de beneficiis ecclesiasticis, que clericis conferuntur: sed Imperator non est clericus, ne callo quem ecclesiasticum ordinem habet, sed est laicus, & laicorum numero continetur, ut dicit Abb. in c. tua. el. i. in primo notabili. de deci. Ergo in illo regula non procedit: quia ex eius non sit illatio, iuxta tex. in c. praesentia. de proba. Præsentim quia beneficia de quibus loquitur ista regula sunt spiritualia. Imperium vero est temporale: que inter se multa differunt, & sunt longe diuersa, ut in c. inter corporalia, de transla. prela. & c. per venerabilem, qui filii sunt legit. Preterea quia regula ista de Imperatore nullam facit mentionem, ergo non censem sub ea comprehendendi, quia constitutio generaliter loquens non comprehendit Imperatorem, neque Reges, nisi specialiter exprimantur, ut in c. si. de offi. delega. lib. vi. tener Specul. Io. And. & Bal. in titulo de rescr. presentia. §. si. uersi. nunquid expresso episcopo &c. vbi etiam dicunt hoc procedere etiam si sit expressio de episcopo vel archiepiscopo, tales non veniunt, neq. tex. in c. sedes. rescr. hic casu procedet, prout ibi etiam quidam adnotarunt, & etiam hoc tenet Car. Alex. in c. non licet. x. dist. & dixi supra in proœ. regularum, q. iiiii. & hoc etiam probari videtur in c. totam. de pœnit. distin. iii. ibi. Rex enim erat, alium non timebat, alium non habebat super se &c. & hoc in Imperatore, & Rege tenet Ias. in rep. secunda. l. frater a fratre. nu. i 6. ff. de condi. indeb. cum cor. ut tradunt Moderni, de ripa in l. in viii. column. numero. §. ff. de uulg. & pu.

Sed pro parte affirmativa vigeret mens, & ratio, ac ipsius Imperii comprobatio, quod a papa stabilitatem, & firmitatem recipit, c. uenerabilem. cum ibi noratis de electio. Et ita conuenies uiderit, quod causatum sapientiam naturam suæ causæ. l. eius. ff. de oper. lib. & l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. rer. domi. & l. taberna. ff. de fun. instruct. Cum igitur papa ligatur regula, a fortiori Imperator. Et quia negari non potest, quod Imperator largo modo dicatur sacerdos, ut dicit Domi. in c. ei cui. in ii. col. de præben. lib. vi. quinimo quandoque pontifex vocatur, ut est tex. & ibi glo. not. in c. de capitulis. x. dist. tenet lo. Fran. de pauciis Rotæ auditor in tract. de offi. & potest. cap. se. ua. fol. xiiii. in. iii. colum. in paruo uol.

Hinc

Hinc uulgo dicitur, quod Imperator ordinem subdiaconatus habet, ut in capitulo Vas lentianus. lxxii. distinctio. Et alii dicunt Imperatorem esse presbyterum, ut refert Nico laus episcopus Iadren. in thesauro Pontificalem. fol. viii. columna prima. immo Bald. in l. prima. C. de iure aureo. anulo. Imperatorem Dei vicarium appellat. Nec immerito, quia, ut ipse idem Bald. dicit in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Deus in terris Imperatorem omnium magistrorum constituit. Eruditus Curtius senior in consilio. lxxv. column. sexta. Imperatorem Dei legatum, & proconsulē dicit. Et sic respondet secundo argumento contrario. ¶ Nec obstat, quod Imperium per electionem tribuitur: Quia idem in papatu: & tamen per hoc non prohibetur renuntiatio. capitulo primo de renuntiatio, libro sexto. Nam uidemus Imperatorem Carolini, cognomine Magnum, a Zacharia Papa tonsu. Lotharium vero, Diocletianum, & Maximianum, Caesares Imperio cessisse, quosdam etiam ex eis priuatam uitam elegisse, alias Monachos factos: ubi ergo consideratur renuntiatio regula locum habere potest, præsertim quando illi ad quos electio pertinet, renunciationi consentirent, quorum consensus collationi aequipollit, nisi ita tradita per Modernos in capitulo cani te. de rescriptis. ¶ Sed prædictis non obstantibus teneo primam opinionem, uidelicet, hinc regula non esse locum si Imperator renunciaret, cum consensu electorum: quia cessant hoc casu fraudes illius regulæ. arg. g. g. tex. notabilis in lege finali. C. de pact. Et ceteris in Imperio prohibita sit successio, sicut in beneficiis ecclesiasticis, iuxta capit. venerabilem. de electio. Tamen illud procedit quando solus Imperator disponendo: secus si per utram renuntiacionis, de consensu electorum hoc faceret, quia tunc successio licita uidetur. Ideo uoluntatis. & Moderni. in lege Imperator. ff. de leg. i. per illum textum, quod filius in vita potest destinari Imperator post partem. Et ita olim Imperatorum filii, viuentibus eis, Caesares pronunciabantur, ut Ac. Spartianus memorietur. Hinc fortassis constitudo illa obrepit, quia hodie Imperatores filios suos, uel fratres Romanorum Reges, eis adhuc viuentibus, cligere procurant: si apud Gallos prius Regis filius, & patri successurus a Delphina, cui preest, Delphinus appellatur, ut de his meminit Aymarus Rivalius in historia iuriis libro quarto, dum Iustinianum depingit Imperatorem, pro quibus facit glossa in capitulo Hadrianus primo. lxxii. distinctio. Nam ista dici non potest simplex successio, quia Imperator libere de re non disponit, sed de consensu alterius. argum. l. fina. C. de iu. emph. & dist. l. fina. C. de pact. Cessante igitur tali consensu dicere, renuntiatio nem, quantum ad renunciantem, ualere: non tamen quoad illum, in cuius favorem fieret, si Imperator renuncians moreretur post viginti dies, quia esset locus isti regulæ: habito tamen, ut dixi, electorum, uel Papæ consenuit, omnis difficultas tollitur: sicut de Papa diximus, qui eo adhuc viuente, de consensu Cardinalium potest sibi successorem eligere. argum. tex. in capitulo petisti. septi. questione prima. quia hoc prohibitum non reperitur. Et ita saluari posset, quod dicit Pet. de Monte, vulgo episcopus Brixien. in suo indice, in verbo Papa. Sic etiam declarantur dicta Abbatis in capitulo accessimus de pact. de quo in precedenti questione mentionem feci. Nec huc pertinent, que in contrarium dicta sunt, quod Imperatore appelletur sacerdos, quia illud impromptu dicitur, sicut appetit in iuriis professoribus, tunc a lege sacerdotes appellantur, ut in l. prima. ff. de iusti. & iure. Nec reletat, quod Imperator habeat ordinem factum, quod nullib[us] bene probatur. Sicut & illud, quod Vicarius Dei appellatur, quod intelligitur in temporalibus tantum, ut declarat Abb. in capitulo nouit. in septimo notabili. de iudic. & Moderni de Ripa in capitulo secundo, in secunda columna. eodem titulo. Et ita declarari debent dicta Bald. in lege cum multa. C. de bonisque libe. dum uoluit Imperatorem esse summum superiorem, quia ut dixi, deber intelligi in temporalibus, non in spiritualibus, ut ibi etiam sentit Bald. & finaliter omnes istas opiniones, quas plures de Imperatore habuerunt, dicentes, cum, uel sacerdotem, uel subdiaconum, uel episcopum. Speculator in titulo delegato. §. nunc ostendendum. vericulo tricegismonono. confutat.

Quæstio Tertia.

TERTIO Quero, sancta regula habeat locum in Cardinalibus infirmis resig- gnantibus!

COMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

C S O L V T I O. Videatur dicendum, quod non. Primo per illud uulgatum dictum, q̄ ea, quæ speciali mētio, seu p̄fatione sunt digna, nisi exprimatur, omisla cſte intelliguntur. cap. q̄ periculōsum de sent. excom. lib. vi. allegatum per glos. in. c. ii. de p̄e ben. eo. li. Sed in regula ista nō sit mētio de Cardinalibus, qui sunt speciali mētione digni.

Igitur, & cetera. ¶ Et pro ista parte facit, quia uidemus regulam de exprimento valorem, Cardinales non comprehendere, ut probat Pet. de anch. consi. cclxxxviii. pro clariori euidentia. Sicut etiam extrauagans execrabilis. q̄. qui uero. Cardinales non comprehendit, ut patet in. d. extrauag. q̄. nos itaq. & tenet Io. And. in add. ad Spec. ti. de lega. q̄. sequitur. Eodem modo dispositio extrauagans Bonifacii VIII. in cip. iniuncte. Cardinales non ligat, ut dicit, se tūc p̄fente, iudicatum fuisse in Rota Barthol. Belenzi. audi. Rota in tra- de charia. subl. q. lxxvi. Præterea uidemus, q̄ propter excellentiam huius dignitatis Cardina- latus, inductum est, q̄ licer ōcs nuncii, a sede apostolica missi, legatio latere dici possunt, propter reuerentiam summi pontificis, cuius fimbriam vestimenta tetigerunt, ut Spec. in tit. de offi. leg. q̄. ratio. & Host. in summa post prin. tradiderunt. Nihilominus de filio cu- rie inductum est, ut soli Cardinales legati a latere dicantur, ut probatur in. c. de cetero, in verbo legatos de latere non missos. ii. q. vi. & in. c. si episcopus, ibidem. Italic dicendum videtur, q̄ propter eorum prerogativaum sub regula non includantur: ut sic speciali hoc honore ultra alios decoreretur. Et pro ista parte faciūt plura alia, quæ Roma, tradit in cons. ccccxviii. in casu quo queritur. Et quæ scripsi superius in proœmio istius voluminis questione quarta.

C Sei istis non obstantibus, concilido contrarium per rationem istius regule, quæ emana uit ad obuiandas fraudes, ut dictum est. Quæ quidem ratio magis quadrat in p̄sonis Car- dinalium, quām aliorum. ¶ Nam cum maiori dignitate sint praediti, oportet eos plus alios a fraudibus esse alienos, iuxta notata in capitulo cum quidam. de iur. iure & in. l. pre- sbyteri. C. de episcop. & cleric. facit tex. in clem. prima. de renuncia. Et ista ratio, quæ in propulsandis fraudibus consistit, salutem etiam animarum concernit. Quo casu, licet dispositio generalis sit, Cardinales comprehendit, ut tradidit Ioann. Andr. Gemi. & omnes, in capitulo nemo, de electio. libro sexto. & in capitulo prohumani. de homi- cid. eodem lib. cum multis concordan, ut scribit p̄fatus auditor in dicto tractauit. Vbi plus subdit, per istam rationem alias fuisse in Rota iudicatum regulam Cancellariae de oriundis, Cardinales comprehendere, sicut & aliae habentes eandem rationem utilitatis animarum. Et istam opinionem sequitur etiam Ioannes Franciscus Paulinus olim Ro- ta auditor, in fin. sui tracta. de offic. & poeta. capitulo se. uacan. quem refert & sequi- tur Fely. in capitulo ad aures. in septima columna. uerific. octaua conclusio. de rescript. Ethoc idem late disputando tenuit Vincentius de Herculanis, vulgo Frisius nuncupa- tus, in quadam sui, ad Petrum de Vincentia Camere auditorem, responsione facta Romæ in consistorio, in causa priuationis Archiepiscopi Confentini, tempore Alexan. Papæ VI. ut apparet in eorum consiliis tunc temporis impressis. ¶ Et breuiter ista videt com- munis resolutio, q̄ quod in generali dispositione concernente bonum publicum, uel anima utilitatem, aut periculum, Cardinales comprehenduntur, sive de commodo, sive de p̄ficio eorum agatur. Secus uero in aliis constitutionibus odiosiss. Et ita contra- ria refoluuntur. Et quia in ista regula utilitas animæ consideratur, ut dictum fuit, ideo tenendum erit, eos comprehendere, salvo iudicio saniori. Et ita hodie pontifices obser- uant. De qua tamen, q̄ pleniū dixi superius in proœmio, & dicetur super alios regulis istius voluminis. Vbi alia diuersa motiva ponam, ne sapius idem repetatur.

Quæstio Quarta.

Q UARTO Quæro, † an ista regula procedat in familiari Cardinalis cedenti in infirmitate, non facta mentione familiaritatis?

C S O L V T I O. Punctus iste plures continet difficultates propter concursum regulæ de impetratio beneficiorum uacantium per obitum familiarium Cardinalium, ordine. xxx, quæ annullat gratiam, si non facta fuerit in ea mentio nominis & tit. Cardina- lis. Quorū quidē qualitatum omisso, p̄spontenit in ista, q̄ Pro cuius quidem resolutio ne, consideranda sunt duo capita. Primum, quād familiari, qui renunciavit in infirmitate mortuus

REG. DE INFIR. RESIG.

XXXVIII

mortuus fuisse infra. xx. dies. Secundum caput, quando obiisit post. xx. dies. Capiam igi- tur unum quodq̄ caput de per se, ut clarius intelligatur materia. ¶ Circa primū q̄n familia- ris infra. xx. dies obiit, disponit ista regula beneficium vacare per obitum. Quā quidē va- cationē fietam, sive inducatam ab ista regula non capit resignatarius per suam cessionem, sed relinquit primo impetranti cam a Papa. Sed nunc subintrat yna difficultas: Nūquid in tali iacatione obitus, fietam regula p̄dicta Cardinalium habeat locum? de quo ibi dice- tur, quia iste casus ad propositum p̄sentis regule, seu questionis non facit. ¶ Secundum caput est, q̄n familiaris Cardinalis in infirmitate renuncians moritur post. xx. dies. Quo casu beneficium vacat per renunciationem. Nunquid isto casu, si non facta fuerit mentio in literis prouisionis de nomine, & titulo Cardinalis, iuxta. d. regulam. xxx. annulletur gra- tia! Olim non erat aliqua difficultas: Ex quo in regulis Gregorii XI. erant illa verba, per cessum uel deceßum, ut dicit Egid. decisi. dccccxi. supposita eorum, in prin. Sed ex quo ho- die illa uerba, per cessum in regulis Modernis sunt sublata, restat dubium super quo uide- tur concludendum a fortiori regulam illam non obstat isti regulæ, quia cum regula illa loquatur de iacatione per obitum, non haber locum in renunciatione de qua ista regula loquitur, ut est casus clarius in dicto capitulo suscepturn. & dicam latius in. d. regula. xxx.

¶ Nam dato, quod extensio casus veri ad fietam non sit contra ius, sed p̄ter ius, ut no- tant doct. in. c. p̄r venerabilem, qui fil. sive legit. Tamen nunquam sit extensio, nisi inue- niantur de iure parificati casus ueri, & fiet, ut dicit Domi. in. c. si. in princ. de consue. lib. vi. a fortiori. Ergo hic ybi parificatio ester contra ius, non debet illa extensio fieri. Et q̄ in renunciatione, seu prouisione eius non habeat locum illa regula. xxx. familiaris Cardina- lium concluserunt Domini mei in Rota de anno M. D. xiii. prout late retulit Domi. Gu- li. Cassiodorus olim Rotæ auditor in recollectis suis decisionib. Et licer pro illa decisione plures rationes ibi adducit, quas omisit, quia videri possunt. T̄n pro illa decisione potest adduci una cōclūdes ratio iurist. t̄quia habemus nullā qualitatis omissionē uitare gratiā, nisi quatchus illa in iure sit expressa, ut in clementi. i. de p̄gben. & notatur in clem. ii. de of- fi. ordi. & in. c. fin. de offi. leg. li. vi. cū concor. ut p̄ Fely. in. c. in noſtra. in. iii. corr. de reſc. Et reperio ēt vltra dicta per Domini Guliel. istum casum accidisse in Rota de anno. M. ecclxxv. in mense Nov. Et fuit tent̄, regulam nō habere locū, pro Stephano Rōpilon, qui non fecerat in sua prouisione mentione, q̄. Io. in infirmitate resignans fuisse familiari Cardinalis. s. Angeli. Et ita pro Dño Stephano conclusit Io. Alo. Tuscanus, tunc aduo- catus confistorialis, ut patet. Luolumine confitorum suorum. folio. vi. qui pro ista parte alia fundamenta adducit, quæ non referor; quia latius dicani super. d. regula. Nunc uero sufficiet allegasse doct. qui multa congerunt, ut docet Fely. in. c. Rodulphus. in. viii. col. de rescrip. Stante igitur ista conclusione pro firma, q̄ dicta regula Cardinalium non pro- cedat isto casu, p̄fens quæstio habet modicam difficultatem.

Quæstio Quinta.

Q VINTO Quæro, † an regula ista comprehendat exemptos?

C S O L V T I O. Prima facie videtur dicendum, q̄ non, ex eo, quia sub generali dispositione bñficia exempta non cōprehenduntur, ut dicit Arch. in. c. si proper. de rescr. lib. vi. Dā uult, q̄ sub illo tex. qui simpliciter loquitur non cōprehenduntur bñficia exēpta. Quē sequitur Rota in anti. deci. cclxix. nota, q̄ si ex priuilegio. & c. in. fi. Nā ea, quæ sunt speciali nota digna, censemunt omissa, nisi specialiter de illis caueat, iuxta glos. & tex. in. c. ii. de p̄gben. lib. vi. Cū igitur exempti sint nota digni, & specialiter inter alios dilecti. Ergo in generali sermone istius regule, uel alterius dispositionis nō cōprehendentur. Et hoc in puncto tradit Bal. in. l. i. in. vi. col. uerfi. unde quæritur. C. de furt. Idē p̄ plura dicta probat Paul. de Cast. in consi. cccxlii. incip. postremo res ista & c. circa fi. li. i. Et per ista ra- tionē dicit idem Paul. in consi. cccclxii. in. ii. uolu. † quod exemptus non tenebitur ad col- lectas vel decimas impositas universitati, nisi expresse de illo dicat. Hoc firmat et expresse Ange. in. l. fi. C. sine cens. uel reliq. Hinc etiam uidemus exemptos eadē ratione non teneri ad charitatium subfidiū, ut tradit Deci. in consi. clii. in causa exemptionis. in secunda col. Ethac ratione dicimus expectatiuas etiam non capere beneficia exempta, nisi expresse dicatur, ut dicit Fely. in. c. graue. in prima col. de offi. ordina.

G ii

CSed prædictis non obstantibus concludendum est contrarium. Et ante omnia primitudem est, quod solus Papa est prælator, & proximus superior exætorum, ut in. c. nulla. xciii. distin. not. in. c. auctoritate de priuili. lib. vi. Abb. in. c. nihil. de electio. & not. in. clem. i. de reb. eccl. non alie. & in. c. fi. iuncto. c. penul. de renun. Tunc sic si Papa aliquid generiter constituit, ligabit subditos suos. c. i. de consti. & c. i. de censi. Et licet omnes sint pauperes subiti, ut dicit Inno. & alii ibidem, magis tamen illi subiecti sunt exempti, quod alii iudicem non habent, quam papam. Altas si diceremus contrarium, essent acephali, & sicut locustæ sine Rege, quod non est dicendum, ut in. c. quidam. circa fi. xxviii. q. iii. Et ista ratione vici glos. & tex. in proposito nostro in. c. nulla. xciii. dist. **N**on obstant ea, quæ in contrarium adducta fuerunt, quia communis opinio est in oppositio, ut tener Abb. in. c. graue. de præben. Domi. & Philip. in. c. auctoritate. q. i. inhibemus. de priuili. lib. vi. faciunt ea, quæ dixit Io. An. in regula scienti. in mercu. **T**amen ut perfecta & clara possit haberi doctrina, pro resolutione predicatorum sic distinguendū est, quod aut quarimus: numquid in dispositione iuris comprehendantur exēpti? & dicendum est, quod sic per supra dicta: **t** quia lex, uel dispositio vniuersaliter loquens, prout est ista, oīā includit, ut in. c. si Romanor. xix. distinet. Et sic talis dispositio personas priuilegiatas comprehendit, ut notat Bar. in. l. in fraudē. ff. de testa. mili. cū cōcor. vñscribit Deci. in. l. i. ii. lectu. col. iii. uersi. nota ultimo. C. de sc. pro eo. q. int. A uero loquitur in priuilegio cōcessio in fauore alicuius uniuersitatis, uel particularis personæ. Et isto casu procedunt contraria, quod exempti in generali sermone nō comprehendantur. Et ista est ueritas. Cū igitur regula ista generaliter sit constituta pro bono publico ad euitandas fraudes, igitur, & exempti comprehendentur.

Quæstio Sexta.

SEXTO Quero, utrum ista regula comprehendat fœminas religiosas, habentes dignitates collatiavas?

CONSOLVATIO. Videatur, quod non: quia regula loquitur simpliciter de beneficiis: & appellatione beneficiorum non uenit dignitas, de quo loquimur, ut in. c. ii. & in. c. quamuis, & in causum illis. de præben. lib. vi. Et quia hic nulla fit mentio de fœminis, ergo nos illas include re non debemus. l. si. seru. q. non dixit. de acipi. hære. & l. penul. ff. si quis a pa. fa. ma. Nā iste est casus rarus, uidelicet, quod mulier renunciet. Ergo lex ad illū casum nō adaptatur, vul. l. nam ad ea. ff. de leg. Per quam legem, dixit Angel. in consil. cccxliii. incip. Martinus. in ii. col. **t** quod statutum simpliciter loquens, intelligitur de masculis, non de fœminis. Et ideo si statutum dicit, quod nullus contra instrumentum publicum audiat, non habet locū in muliere, vt tradit Anto. de cana. in tract. de execut. instrum. q. xviii. Et prius Bal. in. l. in multis. ff. de fa. homi. Vbi est dicit, quod si statutum disponit, quod nullus de magnatibus intret Palatū, in tali statuto non comprehenduntur fœminæ. Et eodem modo si statutum requirit in contratu alicuius auctoritatem vel consensum cōsanguineorū, uel confiteturum non comprehenduntur fœminæ, ut notat Bal. in. l. i. col. fi. uersi. sed quod statutū. C. qui admitti. cū cōcor. traditis per Alex. in. cōsili. xxviii. animaduersis. col. i. uolu. ii. & Bal. in. consil. cci. incipi. in prouincia. col. fi. lib. i. & idem uoluit Ang. in. l. fi. C. de uerbo. signi. Corneus in consil. cli. uidetur. lib. iii. Sic etiā statutū, quod loquitur de bannito non habet locū in fœmina, ut dicit Angel. in consil. lxvii. primū est. col. i. Sicut videmus, quod si filii bannitorum expellantur de ciuitate non habet locum in fœminis filiabus, ut notat Bal. in. l. quicq. de ser. fugi. Et statutum de capiendis malefactoribus non intelligitur de fœminis, ut tradit Io. de pla. teia in. l. patrimoniorū. C. de munere. patri. lib. x. facit ad hoc, quia iura simpliciter loquertia de psonis intelligat de habilibus, vul. l. ut gradat. q. de lege. ff. de mun. & hon. Cū igitur regula ista nullam mētiorē faciat de fœminis, uidetur cōcludendū nō cōprehēdi sub ea. **¶** Sed istis non obstantibus, contrarium de iure tenendum pluribus rationibus. Prima, quia ista regula est inducta ad tollendas fraudes. Et isto respectu, quia concernit animę uilitatē, dicitur fauorabilis, ut sepe dicitur in præcedentibus questionibus. Quia igitur ratione cōprehenduntur masculi, eadem & fœminæ cōprehēdi debet. Et ita per ista ratione dicit D. Io. Fran. Paulinus quōdā. Rotæ auditor in cōmento extraag. execrabilis. q. i. in glo. in versi. filiis. **t** quod dispositio illius tex. loquens de masculis habentibus duo incipit. tibila habet locum in fœminis, perrationes de quibus ibi p. eū. Quia respectu animæ nulla est differentia sexus, ut tradit Anto. de Alex. in. l. alienā. C. de procurat. Deci. in. c. cum dilecta.

dilecta de confir. vti. qui per istam rationem dicunt, quod licet mulier procuratrix esse nō pos sit, hoc non habet locū ubi agitur de salute animæ: quia tali casu de apicibus iuriis, nō est disputandū, ut notat Archid. in. c. scriptū. vi. q. iii. Et ita est dicimus, quod si mulier in testamēto testis esse non possit, non habet locū in testamento ad pias causas, ut tradit Bal. in. l. penul. in. fi. C. de fac. fanc. eccl. & Fely. in. c. q. iii. de testi. Et in summa, ubi est cadē ratio, licet casus in fœminis sit minus frequētus, cōprehenditur tñ sub dispositione simpliciter locū, ut est glos. singularis in. l. i. C. de raptu virgi, quā ibi Hippolytus multis similibus ornat: quia uult, quod dispositio, & pœna illius legis punientis virum rapientem virginē ha beat locū in uirgine rapiente utrū, licet raro accidat. Ad quod est uidendū, quod singulari us uoluit Bal. in. c. licet utriueris de testib. Hinc est, quod statutū imponens pœnā in aliquo casu, habet locū in fœmina, ut notat Bar. in. l. i. i. in. fi. de legib. Et ista est firma, & resoluta conclusio, tñ regulariter in oībus casibus fœmina cōprehenditur, ubi specialiter nō intenetur excepta, ut tradunt doct. in. l. quicq. C. de ser. fugi. & tradit Bar. in. l. i. ff. de uerbo. signi. Præsertim, quia tex. istius regulæ loquitur per uerbum, si quis, quod de situ natura masculū, & fœminā cōprehēdit, ut in. l. si quis id quod, vbi Alex. & Moder. ff. de iur. cōm. iudi. Accedit quia Abbatissia in administratione aequiparatur Abbatii, ut not. Bal. in. c. i. in prin. col. vi. qui feu. da. pos. Abb. in. c. ii. de his qui fuit a p̄al. Car. consil. xvii. circa pri. mū. col. ii. Vnde eadē ratione qua Abbas, sub ista regula cōprehenditur, Abbatissæ cōp̄rendendebet. **¶** Et sic cōcludo, tñ q̄libet fœmina habens dignitatē, quæ renūciari possit, cōprehenditur sibi ista regula. Non obstante, quod iura simpliciter loquentia debent intelligi de habilibus: quia respondetur mulieri esse habile per supradicta: cū nulla in hoc sit difference inter marę, & fœminā, neq; lex faciat. Præterea non habet locū illa theorica, ubi est dictio si quis, iux. tex. in. l. i. ff. de uerbo. signi. Tertio ubi agit de utilitate publica leges nō recipiā restrictione de habilitate, l. si quis in graui. q. i. ff. ad fillenia. l. i. C. de fac. fanc. eccl. Sed regula ista cōcernit bonū publicū. Igitur &c. Nec obstat decisiones superius allegatae: quia ille procedunt ubi est diuersa ratio. Nec minus obstat, quod appellatione bñficii non venit dignitas &c. Quia hoc est falsum ubi cōcurrunt mēs, & ratio eadē dispositionis, maxime in materia fauorabili, ut ista, ut patet per glos. in clem. auditor. de rescrip. & in. c. i. de reg. iur. lib. vi. Cirius dispositio ēt l. apam cōprehēdit appellatione bñficiorum, ut late tradit Moderni in tract. de beneficio, in. iii. q. primæ partis. & dixi superius in prima questione.

Quæstio septima.

EP TIMO Quero, tñ an ista regula habeat locum in sene decrepito?

CONSOLVATIO. Verba regulae innuant, quod sic, ibi, in infirmitate constitutus &c. Nā senes infirmi dicuntur, ut est casus in. l. ciuitatis. ff. de lega. i. & in. c. magna. de uot. Vbi per illum tex. Abb. infert, quod statutum loquens de infirmo, verificetur in sene. Et sequuntur Moderni Asten. in tertio uolu. statutorum. in uerbo infirmus. Ergo eodem modo ista regula, quæ pariter de infirmo loquitur, habebit locum in sene: cum regula sit eiusdem natu rae. Imo nihil aliud est, quod statutum. Ethoc idem repetit Abb. in. c. quoniam. in. vi. col. vi. **t** hile non contestata. **t** Hinc Terentius in ultima comedie, post Aristotelem li. v. de gene ratione animalium, dicit: Sene cœtū per se ipsum morbi esse naturalem. cui, ut inquit Horatius, multa circumstāt incommoda, plurimæq; imbecillitates. Querula. n. est. difficilis, morosa, timida, ut quæ credat, elementa sibi omnia defutur. Quā multis uerbis describit Pog. florentius lib. i. de miseria humanae conditionis. fol. vii. Vnde merito medici dicunt senes debere regi regimine conualecentiū, prout ēt Cicero de Oratore dicit, de Q. Mutio loquens. Et ille senectutis morbus non equidē incidunt est, & trāficiens, sed ut inquit Seneca, pīnanens, & infanabilis. Et ob eā causam Indi, teste Herodot. lib. iii. hist. iariū, cōsueuerunt senes interficere, & edere, tanq; inter senes, & mortuos nullū esset discrimen. Nā senis uita, ut est in proverbio, in labris primoribus habitat. Nā uiuit mortuus inter uiuos, & ut inquit Beroaldus senior ex grēcorū sententiā, senex est, & nō est. Nā senile corpus est putridū edificium, i. quo omnis iunctura diducitur: & dum alia fulcitur, alia disceduntur. Et ideo senex nō descendit, sed cadit plusq; infirmus, cū sit non solum infirmus, sed ut, Grēcorū musæ canūt, auctore Apolodoro, pariter & delirus. Hinc illud Plauti p̄cessit: se nex cū extēplo ē, iā nec sētit, neq; sapit. Nec īmerito Arist. li. ii. Politicorū. senectutē nō

solum corporis, sed etiam mentis esse uoluit. Et ut proxime accedamus ad propositum quæ
stionis senex non solum infirmus est, sed infirmatum omnium quasi fermentum quoddam,
ad quod, ueluti agmine facto, occurrit morborum omne genus, vnde non ab re poeta di-
xi. Subeunt morbi tristisq; senectus. ¶ Nā inter cetera morborū genera, ut inquit Hippo-
crates, & post eum Cornelius celerrimus, maxime infestant senes dispernac, & strangula, hoc est
spiritus, & urinæ difficultas, coryca, & pituita, nephritis, & paralisis, id est, renūm dolores,
& neruorum resolutiones. Adde etiam cæcitas, id est, malum corporis habitum, lenti-
tiam, id est, intellectuorū levitatem, ceteraq; fusi ventris mala, quibus senes vexantur. Adde
incommoda senectutis pene innumera, quæ quasi per indicem Satyricus numerat luuena
lis Saty. x. Ex sensu facile deprehendimus, senes nō solū infirmorum numero contine-
ri, sed etiam morborum. ¶ Quid enim aliud in causa fuit, quæ Cornelius Senectio, cum hila-
ris coenasset, subito extinctus fuit, auctore Senequa, nisi senectus? Quid Rodiorū legatum
in calce orationis extinxit, nisi senectus? Quid A. Pompeium, L. Vallan. Ap. Sanficiū, Lu-
lum medicum, Fabium senatorem, Anacreontem poetam, nisi senectutis infirmitas in-
terfecit? Longa texeretur historia, si senes omnes, repentina morte interemptos, conume-
rare uellem, cum satis fuerit, infirmitates ipsas letales, quibus senectus ipsa implicita est,
ostendisse. Quibus finem imponeat Licinius Calvus, homo Romanus exactè erat, &
magno natu senex, qui tribunatum militum deprecatus, ita uerba fecit ad Quirites: me iā nō
eundem, sed umbram, nomenq; P. Liciniū relictam uidetis. Vires corporis effectæ, sensus
oculorum, atq; aurū hebetes, memoria labilis, uigor animi obtusus, ac deniq; ipsam in
firmitas. Et ad propositum redeundo, uidelicet, quæ regula ista loquens de infirmo habeat lo-
cum in senectute tenet expresse, & in terminis excellens ille glossator concilii Basilicen-
sis, siue pragmaticæ sanctionis titulo de collatio, fol. xvii. Quam opinionē pluribus fun-
damentis probat, inter quæ adducit dictum Archi. in. c. nihil. vii. q. i. dicetis, facilius admittit
sedam esse resignationem ægri, q; senis: ¶ quia senex prestatiponitur minus uiuere, q; eger.
Et ualde senex aequiparatur graui infirmo, c. i. de cleri. ægro. lib. vi. Nam senex mortuus,
presumitur ex senectute decedere, l. si ut certo. q. quid uero senectute, ff. cōmoda. ut latius
ibi Archi. & dictus glos. in dictis locis diuagatur. Hinc Apostol. ad hebreos. c. viii. dicit,
q; antiquatur, & senescit prope interitum est, quia senectus secundum Senecam nihil aliud
est, q; viræ occasus, faciunt quæ in proposito scribunt quidam Moder. in tract. de beneficio.
in. iii. parte. q. xviii. ubi etiam in indiuiduo decidunt istam questionem. Pro quibus facit
etiam illud, quod senex semper est in morte: ut notatur in. l. is qui. ff. de fideicomissa.
lib. cum concor. ut scribit Cataldinus in tract. de translatio. concilii Basilicen. col. iii. Et Mo-
der. in. l. Seniū. C. qui testa. fac. pos. & ex ethimologia nominis appetet. ¶ Nam ut bo-
ni authores tradunt, senex dicitur quasi seminex, hoc est, semimortuus, q; acta maiore atta-
tis sue parte iam morti propinquior sit. Nec enim mortem significat. Et ideo merito Bién
philosophus senectutem portum omnium malorum appellabat. De qua Plinius lib. vii.
c. x. quedam incommoda scribit. Cum quibus concordat Joan. Anto. Campanus in epis-
tola consolatoria ad Car. papien. de obitu fratris, fol. vi. & Archiepiscopus Flentinus
in prima parte summe, titu. v. c. i. q. v. & vi. Et sc̄xcenta alia senectutis incommoda heroi-
co carmine enumerat Erasmus ad Guliel. Copum post diuum. Gregoriū super homilia
erunt signa, &c. quæ omnia huc tendunt: ut dicamus regulam istam de infirmo loquentem
locum sibi uendicare in senectute.

Sed prædictis non obstantibus contrariam opinionem veriore puto. Nam regula de
infirmitate simpliciter loquitur. Ergo in dubio deberet intelligi propriæ de illo infirmo, qui in
lecto iaceret, & febre corripitur, argum. ectum, quæ dicit Barth. in. l. i. q. hoc interdi-
ctum, per illum tex. ff. de fonte. ¶ Nam infirmitas litera, & propria est illa, quæ ex humo q; ex
cessu causatur: ex quo succedit febris, ut tradunt Moder. Aſtinonem. in tract. legali. de pe-
ste. in princ. & febris nihil aliud, q; motus corporis contra naturam, ut in. l. quæsum. q.
i. ff. de re iud. & in. l. i. q. sed sciendum. ff. de adi. edict. Senectus vero nō est huiusmodi.
Ideo proprie infirmitas non dicitur, sed debilitas, ut dicit Fely. in. c. quoniā frequenter.
in penul. col. ut sita non contestat, facit text. in cap. i. & in. c. nī. q. propter debilitatem. de
renuncia. & notant Moder. in. c. si pro debilitate. de offi. deleg. & in capitulo si qui testiū.
de testi. Et ideo concludendum est sub dispositione istius regulæ de infirmo loquentis se-
nes nō cōprehēdi, quia senex, ex eo, quia senex, infirmus prie nō dicitur, ut vñ esse tex. in
l. cui

l. cui dens. ff. de adi. edict. vñ dicit tex. q; carens dentibus non est infirmus alias nullus
senex esset sanus inuinit ergo tex. q; senes licet dentibus careant, non propter ea infirmi di-
cit debent. Et licet senes dicantur proximi morti, non autem sunt ita proximi, t̄ quin non
spem uitæ quinquennalis ex iuri p̄ presumptione sibi pollicentur, vt dicit Alexander
in. l. hereditatum, per illum tex. ff. ad legem falci. vel saltem sperent per annum vivere, vt
dicit Roman. in consil. cclxxii. perit a me. in colum. i. Et ante ipsum Diuus Hiero. in
secunda parte epistolæ titu. iii. epistola. xl. Et hoc idem prius dixit M. Tullius in lib.
de senectute. & dixit. q. item si quis in fraudem, numero. xxv. insti. de actio. Est bene
verum, q; in capulari senec. & pene iam decrepito renunciante, magis iustificari debet re-
nunciatione, q; in iuuenie, & superior diligenter eam renunciationem intueri debet, ne simu-
late, vel fraudulerent fabricata sit. Quo casu putarem, procul dubio istam regulam in tal-
i habere locum, aut saltem militarer ratio. c. ii. de renuncia. lib. vi. Et ita etiam uidetur sena-
tire Pet. de Ancha. in consil. cclxxix. quæstio proponitur. Vbi loquitur de permutatione
cuīsdam senis iam confecti. Nam ob eā causam, oportuit eum iustificare cōfisse in utili-
tatem ecclesiar. vt ibi per eum. Et ultra ista plura alia priuilegia seniorum vide per Moder.
Hispanos in rubrica insti. de iusti. & iur. colum. ix. nume. 75. cum sequi. & per Cardina.
Iacobatium in tract. de concilio. pagina. lviii. cum seq. lib. i.

Quæstio Octava.

OCTAVO Quero, t̄ an ista regula habeat locum in eo, qui intrat mare tempore
re tempestatis, uel est constitutus in alio periculo mortis, & renunciat in illo pericu-
lo, & moritur infra uiginti dies ex illo?

ESOLVITIO. Videatur prima facie, q; sic, per ea, quæ de periculo maris cumulat Io. de
Mur. Prior, in quibusdam memorabilibus suis, vñ mare aequiparat infirmati, & morti.
De quo Fely. in. c. olim. in. ii. col. de excep. Et negari non potest, q; nauigatio semper est
periculosa, & incerta, sicut infirmitas, ut notat Bal. in. c. pastoralis. col. ii. de offi. ordi. Et
eam aequiparat Acneas Sylvius, epistola. xxxvii. aegroto in carcere, vel leproso existenti. Hinc
emanauit prouerbium, qui necit orare, ascendet mare. Et Ovid. in lib. ii. sine titu. dicit, q;
nauigans ad mortem accedit. Nam prope tam letum, q; prope cernit aquam. Idem etiam
Seneca testatur li. vii. Tragœ. & Teren. comedia. vi. Nā plus dies, xxx., in nauis fui semper
mortem expectans. Nam fortunatus est, qui necit, quid male praterierit, qui nunquam
est ingressus mare. Et Proper. lib. iii. de morte peti. Ita rates curuat, & leti quæ q; texta cau-
fas. Ista per humanas mors uenit acta manus. Terra parum fuerat, fatis adieciunt undas.

2 Fortunat miseras auximus arte vias. ¶ Et hoc est absoluū apud omnes, q; intrans mare
dicitur constitutus in articulo mortis. Et idem de illo, qui uadit bellum, vt de vtroq; di-
cit Abb. in. d. c. pastoralis. q. præterea. Et idem de intrante domum pestiferam, ut de ictis
omnibus loquitur Bart. in tract. de testa. in uersi. mortuum, & in. l. i. ff. de infami. Car-
dina. in clemen. prima. in prin. & q. fi. de pœnis. Et quod habetur totu. titulo. ff. ad leg.
rho. de iact. Adeo q; lex aequiparauit mare homini crudeli, & potenti. ut in. l. terra. ff.
de donat. cau. mor. Et plura ponit Luc. de penna. in. l. quorū. de naufrag. lib. xi. Qui-
bus omnibus consideratis, uideretur concludendum, regulam istam in tali renunciatione lo-
cum habere.

ESed istis non obstantibus, teneo contrarium, per ea, quæ notat Abb. in. c. quod de his.
3 in fin. de senten. excom. Ex cuius dictis quæstio ista resolutur. Nam ponit ibi pro cons-
tantii, ibi esse tex. probantem t̄ inter infirmitatem, & periculum mortis magnum esse di-
scrimen. Quod si uerum est, prout inficiari non potest, regula ista loquens de infirmo non
habebit locum in fano constituto in aliquo periculo mortis, quia non dicitur infirmus ea
infirmitate, de qua regula sentit. Si igitur talis cedat, & moriatur infra. xx. dies beneficium
non uacabit per obitum, sed per renunciationem, quia cessat mens, & intentio regula.

Quæstio Nona.

NONO Quero, t̄ ponamus aliquem infectum peste, iussum continere domi, vñ
renunciat, deinde incerto die solus moritur, dubitatur utrum ante, uel post vigesim

num diem mortuum fuisse præsumamus, & cui potissimum onus probandi incumbat, an, videlicet, reo excipiente de regula, an vero actori resignatario?

CESO LV TIO. Itud dubium habet duas partes. Prima est, an regula ista, qua loquitur de infirmo procedat in infecto? Secunda pars, supposito, qd sic, numquid in dubio debat præsumi mortuus infra, vel post uigintides, quando nescitur tempus obiit. **C**irca primum videtur dicendum, regulam habere locum in infecto, quod sic ostenditur.

Infectus dicitur constitutus non solum in infirmitate, sed etiam in periculo mortis, vt late probat Corneus in consil. cxxxi, in hac consultatione, in quarto volumine, & in consil. liii, eodem lib. Et in pulchra questione reasumunt nouissimi Bononienses in tract. legali de peste, in prima parte, q. x. Et ista opinio suaderi potest ex eo, quia pestilentia est moribus acutis inuisus, & contagiosus, qui omnes alios magnitudine supererat, ut dicit tex. in cap. sicut, el primo, de simo. Cum igitur tex. iste loquatur de infirmo, in dubio intelligens est, de omni infirmo, quiete in periculo mortis, ita, qd comprehendet infectum pestilentia.

CPracticis tamen non obstantibus, contrariam opinionem prooferem, videlicet, regulam non habere locum hoc casu, ex eo, quia licet infectus pestilentia dicatur constitutus in periculo mortis, non tamen potest dici infirmus, nisi per quandam fictionem, & habito respectu ad periculum imminentem ex illo morbo tam contagioso, ex quo infestus adeo est aeris participatione contaminatus, ut facile evictetur ab aliis. Et tali respectu potest homo se infirmum existimare, cum possit ex infectione statim generari pestilentia, & cum necare. Et ideo prudentis erit, tali tempore, sc. & sua, ita cōponere, ac si infirmus esset, & se cornueret moriturum. Vere tamen & realiter considerando rem ipsam,

Infectus pestilentia fanus est, & non infirmus. Nam infirmus dicitur, qui facit in lecto, & febre corporit, l. prima, q. sed sciendum, ff. de adili, adict. & notat glos. in summa, decimafixa questione prima, & notatur in capitulo, cum infirmitas, de pcessitate, & remissio. Cum igitur regula ista sit stricti juris, & exorbitans a regulis juris communis, debet de proprio, & uero infirmo intelligi, non de præsumpto, alias sequentur illud inconveniens, quod senes, de quibus supra proxime diximus, qui infirmorum numero continentur, furiosi, absentes, & alii omnes, qui infirmis acquiparantur, iuxta tex. in l. secunda, q. furiosus, ff. de iure codicil, comprehendenderentur sub ista regula, quod non est verum. Intelligentia igitur erit in casu proprio infirmitatis, cum sit odiosa, & stricti juris. Et hoc, quod primum.

Circa secundum quis tenetur in dubio probare infectum mortuum fuisse infra viginti dies. Dicendum est, quod opponens de regula, ex eo, quia resignatarius habet intentionem fundatam de iure, quod taliter mortuus, præsumatur mortuus post vi gesimum diem. Ratio est, qd quia qualibet infirmitas in dubio præsumitur durare ieiungo tempore, saltem per annum, ut probat Cardina. in capitulo, cum inter. de electio, per tex. in cap. communiter, xxxiii, distinctione. Sequitur Alexand. in l. furiosum, in secunda colum, C. quid est, face pos. Et ideo infirmitas longum impedimentum reputatur in dubio, l. si longius, in princ. de iudici. Sequitur Decius in c. prudentiam, in. iiiii. col. de offi. deleg. Et illud dictum sequuntur Moderni Taurinenses, in l. prima, num. 39, ff. de officiis eius. Non obstat, qd in morbis peracutis, veluti pestilentia velocissime homo moritur, ut dicit Bartholo. de Pisis in tracta, pestilentia, in principio, ex mente Hippocratis in tertio pronosticoru, & in secundo Aphorismoru, c. xxiii, & Galenus in primo de morbo, c. iii. Quia respondetur hoc non esse simpliciter verum, sed secundum complexionem, & alia accidentia infirmi, hoc evenit. Et ideo dicit Gabriel Bergomeu. in tracta, pestilentia, in secunda parte, fo. v. qd licet peracuta aegritudines non transcant, xiiii. diem, secundum Hippocratem, tamen dicit, quod iste latro pestiferus pabulat, & diuagari potest in corpore humano per quadraginta dies, & tandem infirmitum interimere. Quia quidem opinio, cum ex multis medicorum locis satis comprobetur, tum ex fauissima illa, & multis seculis memoranda, anni M. D. X X XVII, pestilentia, quam ipsi vidimus, fit manifestus. Iacuerat enim per id tempus in domo Reuerendiss. Cardinalis Lauricci Sanctorum quatuor, cuius tunc erant Auditor, peste languens, quidam nomine Turcon, Niccolai signatoris Sacrae poenitentiarie famulus. Is cum diu hoc morbo torqueretur, tandem quinquagesimum diem transgressus obiit. Idem eadem in domo diuobus aliis accidit. Nam secretarius principis Orange, tunc exercitus Imperialis in illa saeuissima Vrbis direptio ne Dicis,

ne Dicis, pestilentia tactus, ultra quadragesimum diem languens vitam protractit, tandem ex eodem morbo decepit. Joannes etiam Bonon. iei. eiusdem Cardinalis famulus pestilenzia correptus sexagesimum diem cu gemitu transgressus, ex eodem morbo expiravit. Deficeret mihi tempus, pariter & papyrus, si infirmorum omnium casus, & temporis longi excessum discutere vellem. Plures enim reperiuntur, qd Sybilla folia. Sic itaq; dictum Hippocratis, & aliorum intelligentum est, concurrentibus habitudine corporis cum mala dispositione, ut appareat quotidiano yisu. In dubio tamen aegritudo præsumitur longa, nisi probetur contrarium, & hoc erit arbitrium, ut dicit Alex. in l. furiosum, in secunda col. C. qui testa, face, poss. Et ista opinio communis est, ut patet ex his, quae dicit Abba, in. d.c. cum inter. Et eam sequitur late quidam Modernus Hispanus Pet. de Baxio in tract. de elec. in ii. par. c. vi. in. ii. col. Et ex istis habes vnu priuilegium singulare infirmitatis, qd licet secundum medicos infirmitates peracuta extinguit hominem in decimoquarto die, per ea, quae dicta sunt superius, hoc tamen de iure non procedit, quia præsumitur omnis infirmitas longius durare. Et dicenti, hominem fuisse mortuum ex tali morbo peracuto infra dictum terminum, incumbit onus probandi. Quia, ut dixi semel infirmus, semper præsumitur infirmari, nisi probetur contrarium.

Nec mirandum est, si in hac materia coniecturali, Jurisconsulti ad auferendum lites illud tempus extra ordinem medicorum commenti sunt, quia videmus in simili, qd hodie communiter homines intra quinquagesimum & sexagesimum annum moriantur, ut ex sepulchris defunctorum inspicere licet. Et utinam nobiscum cum Psalmista tam bene ageretur, dicente. Et erit uita hominis. lxx. annorum, in potentibus, lxxx. Nam satis nobis consultum fuisse. Est etiam lex non curans fixum illud Prophetas tempus, neq; rursus cursum ipsum quotidianum brevioris vita ante oculos obuersantem, sed quidam alias longioris autem coniecuras sanxit, & diffiniens hominum vitam ad centum usq; annos posse protendi, transferences onus probandi in afferentem oppositum, ut in. l. f. C. de sacrosanc. ecclie. Rationem vero illius præsumptionis vitæ centum annorum scribit notabiliter Crinitus, ex mente Arabi. lib. vii. de honesta disciplina, c. ix. Capta coniectura ex pondere dragmarum cordis humani, ut ibi latius per eum. Sic igitur licet medici infirmitatis peracuta certis ueluti cancellis circumscripti, nos tamen alio respectu longius protrahimus.

Ergo hoc primum infirmitatis singulare priuilegium erit, qd etiam in peracutis morbis præsumitur quis quoque vitare, donec probetur mortuus. Quia quidem probatio incumbit afferenti, luxa iulg. l. qui dicit, de proba. Sed, quod huc deuenimus, ut de specialibus priuilegiis infirmitatis mentio fiat, opera præcium erit, quædam alia infirmitatis singulare priuilegia prædictis annexata. Quodam etiam materia istius regulæ affini est, & exposutulae videantur, quæ longa lectione retexui. Erunt enim numero fere nonaginta. Quæ quoniam expensa reperiuntur in iure, neq; obuiam cuiquam volenti occurrunt, & illa alias iunior, multo labore collegi, prætermittenda non duxi. De primo priuilegio diximus.

Secundum priuilegium speciale infirmitatis erit, qd licet propter infirmitatem quis non sit remouendus ab officio, ut in cap. scriptis, cum duobus sequent. vii, q. i. Nec coniugati ob eam causam separari possunt, ut in. c. ii. de coni. lepro. & in. c. hi qui. xxii. q. vii. Neq; etiam tutor propter infirmitatem ab administratione remoueri debeat, ut in. l. solent. de tutel. sicut nec iudex, cui ex successione administratio deferatur, ut in. c. grandi. de suppl. neg. præla. lib. vi. Bar. in. l. cœcus. ff. de iudi. Tamen habes textum singularem in. l. iii. C. de offi. præfec. præ. ori. qd iudex pp infirmitatem remouetur ab officio. Et ita ibi Saly. sum mariu scribit.

Tertium speciale priuilegium infirmitatis est, ponit tex. in. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. Vbi pp infirmitatem longinquam patris collitur præsumptio, quod filius natus in domo, & vicini scientibus præsumatur filius illius infirmi.

Quartum, quia licet quis non excusat, ea ignorare, que publice proclamantur, ut in. l. si tutor. C. de peri. tuto, tamen infirmus excusat, tex. est notabilis in. c. si, qui mat. accusata, post tradit Bar. in. l. is potest, ff. de acqui. heredi.

Quinum singulare priuilegium in infirmitatis est, quis sicut impesa funeralis præfertur cuiuscumq; alii creditor, ut est tex. notabilis in. l. impesa funeralis. ff. de relig. & sumpt. fume. Sic eodem modo & impensa facta in infirmitu præferetur cuiuscumq; alteri creditor. Ita singulariter Bal. in. l. in restituenda, per illum tex. C. de peri. haec. Et hoc bene nota.

Sextum speciale priuilegium ponit tex. in. l. i. ff. de offi. consul. Vbi collega inchoata per suum collegam potest complete, & exequi quando al-

ter collega est infirmus. ¶ Septimum, quia commodarius tenetur ad impensas fiendas seruo commodato infirmo, secundum distinctionem, notabilis in l. in rebus. §. possum. ff. commoda. ¶ Octauum, vslfructarius tenetur etiam ad impensas fiendas in seruum infirmum, in quo habet vsumfructum. l. sicut impendia. ff. de vslfruct. ¶ Nonum prius legitum, quia seruus infirmus censetur interim seruire; & tempus infirmitatis computatur in tempore conuento. tex. est notabilis in l. cum haeres. in. §. stichus. ff. de sta. homi. ¶ Decimum, quia per seruum etiam infirmum vsumfructum retinemus. l. arboribus. §. de illo. ff. de vslfruct. ¶ Undecimum, quia contractus factus ab infirmo cum medico potest rescindi per officium iudicis. Catus est singularis in l. medicus. ff. de uariis. & extraor. cog. ¶ Duodecimum, quia contumacia non cadit in infirmum. l. contumacia. §. pœnam. ff. de re iudi. Bar. in. l. i. in prima colum. ff. de in integr. resti. ¶ Decimuum tertium, quia propter infirmitatem detenus a facto promisso sub poena excusat. bonustex. in. l. f. §. pe. ff. ad leg. rhodi. de iact. Et hoc non procedit solum in infirmitate propria, sed etiam suorum, vt Alex. tradit in d. l. quæstum. ¶ Decimuum quartum, quia contractus nominatus habetur pro impleto ex parte eius, qui propter infirmitatem fuit impeditus. l. si pecunia. in principio. ff. de condi. ob causam. ¶ Decimuum quintum, quia iudex delegatus superueniente infirmitate mutatur. l. si longius. in princi. ff. de iudi. ¶ Decimuum sextum, quia impensae factæ in infirmum etiam iniurium, & contradicentem repetuntur. glos. est singularis in c. prouidendum. lxxixii. distin. Quam glos. confirmo ex aliis duabus singularibus glo. positis in l. stichus. ff. de pecul. lega. Quæ dictum, q. beneficiatus in statu sua persona nunq. potest opponere, quod utiliter in eum non sit gestu. Quas glo. no. ad limitatione. l. viles. ff. de peti. haere. Et illas glo. ibi Bart. approbat, & easdem sequitur Ioan. Andr. in. c. cum C. laicus. de foro cōperen. lib. vi. in nouella. ¶ Decimuum septimum, quia medicus tenetur gratis curare infirmum pauperem, glos. est notabilis in d. c. prouidendum. lxxxiii. dist. in veris. infirmus. in princi. ¶ Decimuum octauum, quia licet testamentum factum ab eo, qui postmodum mortem sibi consciuit, si metu criminis hoc fecit, nihil ualeat, tamē si uisset infirmus, & propter impatientiam doloris sua infirmitatis hoc fecisset, non irritatur testamento. l. ii. C. qui testa. fac. pos. cum suis concordan. ¶ Decimuum nonum, quia sententia lata contra infirmum, iudice sciente, est ipso iure nulla. l. quæstum. cum glo. not. ff. de re iudic. ¶ Vigesimum, quia licet in die Paschatis nulli cui licet ruri commemorari tamen si in infirmitate est derentus, excusat. tex. est notabilis in c. nulli. de consecra. distin. etio. iii. ¶ Vigesimum primum, quia infirmus omni tempore, & indifferenter debet baptizari, quamvis alias non possit certo tempore baptizari. tex. est in. c. siqui. cum capitul. lo. sequenti. de consecra. distin. iii. ¶ Vigesimum secundum, quia procurator, qui regulariter post lite contestata non potest mutari, tamen propter infirmitatem mutari potest. l. vel in iudicio. ff. de procura. ¶ Vigesimum tertiu, quia arbitrus post suscepit arbitrium, licet regulariter teneatur, & cogatur laudum dicere, tamen propter infirmitatem excusat. l. licet ff. de arbit. ¶ Vigesimum quartum, quia licet regulariter habenti tutorum curator non soleat dari, tamen si tutor est infirmus, datur eius periculo. §. f. infti. de cura. l. solent. ff. de tutel. ¶ Vigesimum quintum, quia infirmo aliquem inculpanti de maleficio, non creditur. l. si quis in graui. in princi. ff. ad fillen. tollit tamen presumptionem caluminia. tex. est notabilis in l. qui cum maior. §. f. ff. de bo. libe. ¶ Vigesimum sextum, quia manumissus a domino in seruitem reuocatur, quando domino suo infimo suffragium non prestit. l. alimenta. ff. de libe. agno. ¶ Vigesimum septimum, quia monachi, qui alias prohibetur comedere carnes, tamen si sunt infirmi, bene possunt comedere, tex. est notabilis in capitul. cum inter monasterium. de statu mona. ¶ Vigesimum octauum, quia socius, qui occasione societatis incidit in infirmitatem, computare potest expensas factas in infirmitate suo socio, ac si in societatem expendisset. Catus est notabilis in l. socius qui in eo. cum. l. sequenti. ff. pro socio. Quod limita singulariter non procedere in mandatario, qui exequendo mandatum factus est infirmus. Catus est singularis in l. inter causas. in. §. non omnia. ff. mandati. Quod bene nota. ¶ Vigesimum nonum, quia dominus non curando seruum suum infirmum priuat dominio eius. Catus est notabilis in l. prima. §. & seruus. C. de latina liber. toll. ¶ Trigesimum, quia si filius, vel haeres non curas uit testatorem infirmum perdi hereditatem. Catus est notabilis in. §. si quis de predicitis. in authen. vt cum de app. cogno. ¶ Trigesimum primum, quia maritus qui uxorem suam infirmam

infiriam nō curauit, perdit lucrum dotis. l. ab hostibus. §. si uit. ff. solu. matr. & ibi glos. ¶ Trigesimum secundum, quia empator, qui seruum infirmum non curauit non potest agere reditoria contra debitorem. tex. est in. l. quid si nolit. §. si mancipium. ff. de adil. adict. ¶ Trigesimum tertium, quia licet regulariter testes ad iudicem debeat uenire, tamē si sunt infirmi, mittuntur ad domum eorum. tex. est in. l. ad egregias. ff. de iure iurian. ¶ Trigesimum quartum, quia infirmus, vel valetudinarius excusat a munib. personalibus. tex. est in l. prætor. in princi. ff. de uaca. mune. ¶ Trigesimum quintum, quia si unus ex compromis. tentibus, seu litigantibus coram arbitro non adfuerit, aduersa valetudine impeditus, pœna in effectu nō cōmittitur. tex. est in. l. si cū dies. §. si quis ex litigantibus ff. de arbit. ¶ Trigesimum sextum, quia delegatus impeditus proper infirmatum potest alteri committere uices suas. tex. est in. c. si pro debilitate de officio deleg. ¶ Trigesimum septimum, quia licet alias electores infra octo dies tenentur electo suam electionem p̄sente, alias incurvant certam pœnam; tamen si infirmitate sint derenti, excusat. vt in capitu. cupientes. §. certum. cum glos. in versic. alia iusta. de electio. lib. vi. ¶ Trigesimum octauum, quia licet beneficiatus ad ordines promoueri cogatur, alias priuat beneficio. Si tamen infirmitatis impedimentum prætendit, non cogitur, secundum dictum notabile glo. magne in. c. licet canon. est glo. ante penul. de electio. in. vi. ¶ Trigesimum nonum, quia confessio facta in infirmitate, si infirmus convalescat non inducit obligationem, vt plene per Bar. in. l. cum quis deceper. §. codicillis. ff. de lega. iii. ¶ Quadragesimum, quia si infirmus excusat aliquem, tolluntur indicia contra eum orta, ita singulariter tenet Bal. in. l. i. in ulti. colum. C. communia deleg. ¶ Quadragesimum primum, quia si legati infirmetur, in legatione sua debere solui, quod redire possunt. Ita notabiliter Bar. in. l. si cui. §. tandem. ff. ex quibus causis maior. per illum tex. Quem dicit menti tenendum, qui sape occurrat. ¶ Quadragesimum secundum, quia si fiat substitutio in legato, uel hæreditate contemplatione certe in infirmitatis, quod eo liberato ex illa infirmitate, & mortuo ex alia, legatum vel hereditas non debetur substituto. Casus est notabilis in. l. alumnæ. §. f. ff. de adi. mendis lega. quem ibi Bar. multum cōmendat. ¶ Quadragesimum tertiu, quia licet alias contra debitores absentes latentes fiat uenitio bonorum per creditores, tamē contra debitores infirmum venditio fit, procuratore dato bonis, causa cognita. tex. est in. l. si quis institutur. in. f. ff. de hæred. infti. ¶ Quadragesimum quartum, quia æger, seu infirmus non tenetur mittere procuratorem, vt videtur uelle glo. nota. in. d. l. si quis institutur. in. f. De quo tamen omnino uide Bar. in. l. prima. ff. de diuers. & tempo. præscrip. & in. l. iii. §. si quis. ff. si quis cautio. ¶ Quadragesimum quintum, quia ille, qui in iudicio se fistere promisit, & infirmitate sit impeditus, exceptione adiuvatur. tex. est in. l. ii. §. si quis. ff. si quis cautio. ¶ Quadragesimum sextum, quia rectores, qui tenentur ad alimenta officialibus suis, illa etiam debent si infirmetur, & tenentur ad pullos, & similia, licet non ad medicinas. Ita notabiliter Bar. in. l. legatis. ff. de alimen. & cib. leg. ¶ Quadragesimum septimum, quia clericus infirmus nō residens in ecclesia, nihilominus percipit quotidianas distributiones, tex. est notabilis in. c. primo. de cleri. non residen. lib. vi. ¶ Quadragesimum octauum, quia infirmus nō præsumitur donare causa mortis, nisi de restituendo conueniat, uel fiat mentio mortis, tex. est notabilis in. l. feia. §. f. ff. de dona. cau. mort. Sequitur Alexand. & est communis opinio. in. l. quædor. colum. ii. numero. 6. ff. solu. matr. ¶ Quadragesimum nonum, quia benemeritus est, qui curauit infirmum, & est sufficiens causa ad manumittendum ipsum, etiam a filio minore vigintiquinque annis, vt in. l. etiam. §. ex præterito. ff. de manus. mis. ¶ Quinquagesimum, quia si medicus promisit curare infirmum, certo morbo labo. rante, si ipsum sanarit, & postmodum reincidentia in eundem morbum, teneat pro eodem salario illum iterum curare. Glos. est notabilis in. l. maritus. ff. locati. de quo vide ibi Bart. ¶ Quinquagesimum primum, licet alias gratia extinguatur negligientia eius, qui uacantem prebendam petere poterat, & non petuit, tamen si infirmitate fuit derentus non expirat ipsius gratia, quin eius uigore aliam postmodum uacantem posse petere. glos. est notabilis in. c. clericus. in. verbo negligentem. de præben. lib. vi. ¶ Quinquagesimum secundum, quia episcopus infirmitate detenus, suffraganeos suos consecrare non valens. coepisco. suo, uel alii uices suas mandare potest. tex. est in. c. quod sedem de offi. ordi. ¶ Quinquagesimum tertium, quia notarius infirmus potest facere, q. de eius protocollis alius sumat instrumentum. Ita notabiliter Bar. in. l. quadam. §. nihil interest. ff. de edendo. cum limit.

de qua ibi per eum. ¶ Quinquagesimum quartum, quia famulus infirmus debet habere salarium suum tempore infirmitatis. glof. est in l. arboribus, q. de illo, de vslfruc. Sed in hoc veritas est in contrarium, quam habes per glof & Bar. in l. si uno. §. item cum quidam, in ulti, colum. ff. loca. De qua report Alexan. ibi in Apostillis, latius scribit quidam doctissimus Moder. Bononiensis nomine Vlpianus de Zannis, in §. iuris prudentia, in xix. & seq. colum, insti. dei iusti. & iur. ¶ Quinquagesimum quintum, quia famulus, qui non potuit seruire certo tempore propter infirmitatem, potest alio tantudem tempore seruire, & habere integrā mercedem, secundum quod notabiliter distinguit Bar. in d. l. si uno. §. item cum quidam, in §. Vbi Moder. & latius Joan. Baptista caccialup. in repe. leg. dic. functo. q. xlviit. ff. de offi. assell. & las. in l. si ita stipulatus essem ab te, col. penultim. ff. de verbo, obligat. ¶ Quinquagesimum sextum, quia infirmitas probatur per sacramentū ipsius infirmi, vt in Specie. in titul. de appell. §. vii. uersi. quid ergo. Quem refert Bal. ubi pulchre per eum, in l. quiescit. ff. de re iudi. ¶ Quinquagesimum septimum, quia propter infirmitatem procuratoris, uel auditoris quis excusatur a prosecutione causae appellationis. Et licet Oldradus op ponat aliqua in cōsil. suo. ccxvii. quem uide. Tamen prima opinio est uerior, & approbata in Rota, ut refert D. Guliel. Castiodorus in collecta. decis. titu. de appella. decisione in cip. firma est propositio. ¶ Quinquagesimum octauum, quia presbyter, qui in infirmitate vouluit intrare monasterium, & refutauit beneficium, non impeditur, si conualuit, repeteret beneficium, si non est factus monachus. tex. est in cap. primo. xvii. q. ii. & facit. c. ii. de uero. ¶ Quinquagesimum nonum, quia infirmus sacerdos prohibetur, ac etiam excusatur celebrazione. Glof. est in c. illud. xxvii. q. i. ¶ Sexagesimum, quia infirmitatis præsumptione tollitur per accum incompatibilem, puta per coitum. c. tenor. & ibi doct. extra de re iudi. ¶ Sexagesimum primum, quia impensa facta in monachum infirmum, qui est in studio, reddunt Abbatem, uel patrem obligatum, vide notata per Specu. in titu. de salario. §. quarto. verbi. quid si monachum. ¶ Sexagesimum secundum, quia infirmus diluturnus adnumeratur inter personas miserabiles, ut in l. prima. C. quando Impera. inter pupil. & iudic. ¶ Sexagesimum tertium, quia infirmus non tenetur ieiunare. c. ii. & ibi Abb. de obseruatio. ieiunii. ¶ Sexagesimum quartum, quia infirmo consentiente alius substituitur in dignitate in toto, sed superior decet agrotanti alimento, quandiu vixerit, & hoc fieri potest sine peccato, cum non procedat ex pactione agrotantis, & substituti, sed ex iuriis dispositione, & superioris, ut per Abb. in c. tuas nos. in fide clero. agrotan. ¶ Sexagesimum quintum, quia excusatores missi ab infirmo ad iudicem ad allegadū infirmitatem, possunt etiam testificari de infirmitate, & eis creditur. Ita notatur in c. querelam, de procurato. Vbi Dominus Alex. de neuo post alios hoc notabilius prosequitur. ¶ Sexagesimum sextum, quia qui propter corporis inuiditatem officium implere non potuit, & ob hoc ad aliud officium aspirauit, nihilominus fungitur priuilegiis, quæ competit illis, qui perfecrunt, tex. est notabilis, & ibi Bar. in l. ex agentibus. C. de princ. agent. in reb. lib. xii. ¶ Sexagesimum septimum, quia qui infirmos visitare negligit, peccat uenialiter, vt in c. vnum orarium. §. alias ea demum. xxv. distinct. ¶ Sexagesimum octauum, quia sicut non est obligatorium iuramentum, quod nō potest seruari sine interitu salutis aeternæ. Ita non est obligatorium iuramentum, quod non potest seruari sine interitu salutis corporalis. Ita habes per glof. Jo. And. & D. Abb. in c. si uero. de iure iuræ. ¶ Sexagesimum nonum, quia monachus, qui non potest eligere solitaria cellulam, & a congregatione discedere tamen de consensu Abbatis, causainfirmitatis, potest: dūmodo intra lepta, & clausurā monasterii habiter. tex. est not. in c. monachū. xx. q. iii. Quod qualiter procedat, dixi latissime in trac. meo de offi. & potestate maioris penitentiarii, & sacrae Penitentiariæ. & in tract. breui. num. 3. 1. & 3. 2. ¶ Septuagesimum, quia licet alias mādaturi in praediū mandatis non possint renunciare mandatos, tamen si impeditus est, ad uerba ualeudine, potest. l. si mandauero. §. si. cum. l. sequent. ff. manida. ¶ Septuagesimum priuatum, quia si rector ecclesiae in sua infirmitate multa expedit, & plura contraxerit debita, successor tenetur. c. i. Vbi dominus Abb. de solut. ¶ Septuagesimum secundum, quia officiales digni, qui propter infirmitatem nō possunt exercere officium, non tenetur seruire per substitutum. pulchra glof. & Bar. in l. i. §. diuus. in ul. col. ff. de uariis, & extraor. cog. ¶ Septuagesimum tertium, quia denunciatio facta per medicum, qui dicit aliquem infirmum, vel quod sit remansura cicatrix, nunquam aliquid operatur, nisi præcedat iudicis inquisitio diligens; circa hoc, tex. est singularis, & ibi exclamat Bar. in l. semel. C. de re mili. lib. xii. ¶ Septuagesimum quartum

¶ Septuagesimum quartum, quia medici uocati ad infirmos debent ante omnia infirmū ad confessionē inducere, neq; quicquam debent persuadere pro salute corporis, quod tendat in animarum periculum. c. cum infirmitas de pœni. & remis. ¶ Septuagesimum quintum, quia prior conuentualis noui potest alibi residere, q̄ in loco monasterii, tamen propter infirmitatem potest, tex. nota. cum glo. in clemen. i. in §. sane. de statu mona. ¶ Septuagesimum sextum, quia si abbatisa infra annum infirmitate detenta non fecit se benedici, non priuat, ybi alias priuaretur. tex. est cū glo. in cle. attēdetes. §. statutus. de sta. tho. in verbo rationalis. ¶ Septuagesimum septimum, quia licet clericus non possit exire extra chorū ante finem officii, tamen ex causa infirmitatis superuenientis potest. Clemen. prima. de celebra. missar. in glo. in uerbo rationabili. ¶ Septuagesimum octauum, quia infirmitas est iusta causa dispendiū super pœna delicti, cum aliquo glo. cum tex. in clemen. i. in uerbo necessitate. in §. si qua uero. de priuul. ¶ Septuagesimum nonum, quia licet tempore interdicti sit data potesta celebrandi conuentui, & tunc non possunt alios admittere ad audiendum diuinum, tamen si ille conuentus non haberet, nisi tres ministros, quorum duo essent infirmi, ille tercius potest alios admittere, ne priuilegiū esset inutile. Glo. penul. in c. licet. de priuul. in vi. ¶ Octuagesimum, quia tribunus militum deberet valetudinarios militum visitare, & inspicere, an propter hoc sint licentiandi. l. officium. in f. ff. de re mili. ¶ Octuagesimum unum, quia infirmitas procuratoris tollit præsumptionem reuocationis resultantis ex iudicio suscepito per dominum. c. si quem. in f. de procur. lib. vi. ¶ Octuagesimum secundum, quia miles propter infirmitatem impeditus uenire ad diem commenatus, excusat. tex. est notabilis in l. qui commenatus. ff. de re mili. ¶ Octuagesimum tertium, quia perpetua infirmitate laborans excusat tutela, vel cura. l. prima. C. qui morbo. ¶ Octuagesimum quartum, quia licet sint paria, quod testamentum ordinetur oretenentis ab ipso testator coram testibus, vel quod coram ipso testamentum ordinatum legatur a notario testibus, vt in l. hac consultissima. §. ad eum. C. qui test. fac. poss. tamē si coram testatore grauitet infirmo illa scriptura esset lecta coram testibus, per hoc non probaretur testamentum illud fuisse suū, nisi expresse p̄betur, q̄ illa scriptura lecta, de voluntate testatoris ordinata fuit. Ita pulchre, & notabiliter dicit Io. an. in additione Specu. in tit. de testa. §. in primis. quem doct. in d. §. & cum humana. referunt, quod bene nota. ¶ Octuagesimum quintum, quia opera infirmi inutiles sunt. l. penul. ff. de rei vēd. ¶ Octuagesimum sextum, quia legatum infirmā acti factum, ad ornamentum ciuitatis cedere dicitur, tex. est de hoc in l. ciuitatibus. in princ. ff. de leg. i. ¶ Octuagesimum septimum, quia licet coniunctus mortem coniuncti scire presumatur, fallit, nisi coniunctus sit infirmus. Ita Bar. in l. si potest. ff. de acqui. hered. per tex. in c. cum in tua. qui matri. accu. pol. sequitur Alex. in l. titus. §. lucius. in ii. colum. numer. 5. ff. de lib. & posthu. ¶ Octuagesimum octauum, qui infirmi propter infirmitatem nubere debent, quia, vt dicitur Ecclesia. c. xxxvi. Vbi non est nūbilis ingemiscit aeger. Et una ex causis quare matrimonia procurantur, est, vt in tribulatione consolentur, alias pauci contraherent, cum pauci reperiantur sani. secundū Bar. in trac. de tyrranide. & Aeneas Sylvius, epistola. xxvii. Debet tamen hoc prius infirmus sponſū reuelare, ne inde scandalum nascentur, vt notatur in c. quemadmodum. de iure iur. & in c. i. & ii. de coniug. leproso. ¶ Octuagesimum nonum, q̄ infirmus in extremis constitutus, præsumitur sanus in eis, nisi contrarium probeatur, vt dicit Abb. in c. dilectus. numero. 9. & 13. de succel. ab intesta. ¶ Nonagesimum & vltimum, q̄ infirmitas non faciliter quem actum nullum, nisi sanam mentem excludat. Anto. in c. ex transmissa. de renuncia. ¶ Haec de priuilegiis infirmitati succinte, & quasi per transennā dicta sufficiunt quia lōge magis ampliari, & discuti potuissent, tñ bireutati studens, ne in immensum cresceret opus, tantum medullam veritatis adnotare volui. Si quis tamen alios casus ad infirmitatem pertinet videre voluerit, ad indices accurrit, quibus ista addere poterit. Nam facilis est inuentis addere. ¶ Quæstio Decima.

D E C I M O Q U E R O. Fan regu. ista hēat locū in infirmo infirmitate at, & nō corporis? **S O L V T I O.** Potest teneri, q̄ non, cum ista regula proprie intelligenda sit, & infirmitas mētis resignationē prohibet, sicut & cæteros actus. l. in negotiis. ff. de re. iur. Et hoc de plano procedit, capiendo infirmitatē mentis, pro furore, de qua in c. sigs. insauiens.

COM MEN. R. P. D. LVDOVICI GOMES.

& in. c. primo. xv. q. i. & in clemente si furiosus de homini. Et isto casu debet constare, resignatio in furore facta fuisse, ut praedicta procedat: Secus autem quod resignatio reperitur facta a furioso, qui modo est sane metis. Quia ex quo clare non constat facta fuisse in furore, in dubio presumetur facta in sana mente, ut Baldus dicit in sua Marg. in uers. furiosus, & in l. ff. per illu. tex. C. de hæred. insti. & tradit late Alex. & Moder. in l. furiosum. C. qui test. fac. pos. Si uero infirmitas animi capiat pro ira, uel odio, uel alia paſtione, ut capit glos. in summa decima quinta q. prima, id dicendum est, quod ad effectum istius regulæ. Sed maius dubium est, numquid renunciatio in talibus passionibus facta valeat, & de facta per iram non est dubium, quod non valeat, per ea, quæ late scribit Ias. in l. si filiam, in secunda colum. C. de inof. test. & Fely. in. c. Matthæus. desimo. De facta in gaudio, habebis glo. in verbo balneum. in. q. seru. uero. insti. de liber. & tex. in. c. unusquisq. xxii. q. iii. Et de facta per metu habes in. c. abbas, quod metus cau. & in deci. ccii. de renu. in antiq. cum concor. ut late scribit Deci. in confi. ccix. Et codem modo de ebrio dicendum est, ut in cle. si furiosus. de homi. 2 & in d. glo. summæ. ¶ Tam aduentus est, quia de resignatione facta colore iracundiae ex eo, quia per prius epis male illum tractauerat, Do. & Praepo. aliquip in. c. q. periculum. vii. q. i. tenet, tali renunciatione ualere, licet possit statim beneficium repeti, secus tñ ex inter uallo. Ita dicunt ibi doc. & sequitur Decius in. c. ii. in. ii. col. de rescrip. Itaq. ad istas passiones non adaptatur regula, quæ requirit talen infirmitatem, quæ non impedit renunciacionem. Sed passiones animi præfatae, quia occupant intellectum, & libertatem iudicij non adaptantur huius regulae, cu resignatio facta, durantibus huiusmodi animi infirmitatibus, sit nulla, neq. potest in ea militare distinctio istius regule, uidelicet, si renunciā moriat infra. xx. dies, uel post, quia ista distinctio præsupponit resignationē validā, ab infirmo sane metis factā.

Quæstio Undecima.

VNDECIMO Quarto, + quid si infirmus ex uulnere non letali, ex quo non putabat se moritur, renunciet, qui postea ex superueniente infirmitate sua, aut medicorum culpa, non ratione uulnere decepit? utrum isto casu procedat regula?

SOLVITIO. Casus iste alias accedit in Rota in Tifisco, ut refert hic Fely. in quibusdam remissionibus, & nihil tam determinat, sed se remittit ad quasdam allegationes, quæ non reperiuntur in rerū natura. Et glosator etiā hic de ista, q. meminit, licet ea dubitatue resoluer, & uideatur magis inclinare in partē negatiuā, uidelicet, non habere locū regula: Motus q. regula requirit infirmū de ipsa infirmitate mortuū, qui uero moriat ex superueniente, non dicitur ex eadē infirmitate mori. Et omisso causulationib. ista opinio mihi placet. Pro qua c. decisi. Bar. Veroneñ. in. c. xii. magnifice, &c. & Soci. confi. clviii. primo asperetu. cū pluribus aliis cōcōr. quas cōgerit quidā Moder. Neapolitanus in quibusdā uotis suis, nuper impressis, uoto. xxiiii. col. pen. Et ista opinionē in terminis istius regulæ tenent Moderni de Sylva in trac. be. in. iii. parte. q. xlvi. p. rationē, quā ponit glo. hic. ¶ Et ista opinio ratione suaderi potest, q. illa uerba, de ipsa infirmitate, &c. hic posita, denotat cām finalē, & ppter quā respectu dictionis, De, quæ secundū cōmunes doctrinas cām proximā, & immēdiatā, & sic finalē importat, ueniorat Bar. & moder. in. l. nō dubitū, per illu. tex. C. de legibus. cū cōcōr. vt cōgerit Decius, & aliis moder. super titu. s̄. c̄. pet. in. ii. & iii. Lectura. & in L. cōdictio. in. princi. ff. si cor. pet. Cessante igit̄ causa finali, uidelicet, quæ renunciā nō de ipsa infirmitate, sed de alia noua supuertēti moriat, cessat ratio regule, & p cōsequē dispositione. Vacabit igit̄ beneficiū p. resignationē, & nō p. obitū, ut uoluit ista regu. Et ita s̄. m. ista opinione iudicauit Rota in una Cōpostellana corā me, de anno preterito, pro I. Gaioro. ¶ Est tamen aduentus, q. ad effectū, ut quis dicatur mori ex noua infirmitate, & nō ex eadem antiqua, debet hoc plene probari per iuramenta medicorum, & probationes consudentes, ut fuit seruatum in illa Cōpostellana. Et quamuis glo. in l. prima, C. de emēda. ser. teneat, quod probetur noua infirmitas si infirmus post triduum uifus fuerit ire cum baculo. Quam glo. sequitur Angel. in tractatu maleficiorum. in uerbo & dictus Titius. in principio. & Angel. in. l. quod si nolit. q. qui mancipium. ff. de adil. adict. & Pet. de Ancha. in confi. ccxxiiii. incip. iure stricto, & alibi sape. Amen Abb. & plerique alii in ea. ii. de cle. percuti. non tenent illam glo. Ima uolunt; quod si uulnératus moriat post viii. dies, etiā infra. viii. mēses præsumitur mortuus ex eadē uulnere, p. tex. ibi ad idē tex. in. c. continebatur de homi. Et propter hanc op. diuersitatem fortassis Bar. in. l. si in rixa, ff. de

REG. DE INFIR. RESIG.

XLIV

ff. de sica. colum. ff. tenuit, quod hoc sic arbitrium iudicis, & sequitur Bar. Veroneñ. in. c. xii. inci. licet iniurias. in. v. col. & in multis locis hoc doc. dicit. quos breuitatis cā non refero. ¶ Scd quia ex praedictis non habetur clara resolutio huius dubii, ego pro decisione istius materiae distinguere tres casus. Primum est, quando cōstat aperte, uulnerati omnino ex uulnere cōvaluisse, & agebat ea, quæ sanū facere consueuerunt, vel longo interuallo post decessit. Nam isto casu regula ista nō habet locū: tñ quia, quæ ex interuallo sunt, nō dicuntur inesse: Sed præsumetur hoc casu infirmus mortuus ex noua causa, & non ex infirmitate anti quia. Hoc expresse tener Bal. ut plures alios omittā, in. c. cccxviii. an uulnus fuerit mortale, &c. in. ii. vo. Secundus est casus, quod adhuc infirmus ex uulnere nō letali nō erat totaliter sanus, sed tñ erat iam extra periculū: quia uifus fuit forte post triduum cū baculo incendere, iuxta glo. in. d. l. i. nec sunt aliae probations. Et tali casu, quia potuit uulnerato, superuenire spasmus, uel aliquod aliud accidēs, & tunc tales cōiecturæ arbitrio iudicis relinquuntur, qui ex uariis argumentis motu animi sui formare potest. Et ita procedat, quod dicit Bar. in. d. l. si rixa, cū simi. Et isto casu onus probadi incubit dicenti esse mortuū ex noua causa. Quia in dubio præsumitur mortuus ex eadē infirmitate. Et ita Rota sape interpretata est regu. ista in causa Cōpostellana corā me, & in alia, corā R. P. D. Nicol. Tertiū casus est, quod sumus in dubio, quod nō sunt aliquid cōiecturæ præter hoc, quod uulnus nō erat letale: Et tali casu præsumendum est, infirmū mortuū ex uulnere, & erit locus isti regulae. Et hoc casu militant, quæ dicit Bal. in. c. i. in prin. qui mo. feu. amit. & Ang. & Saly. in. d. l. i. volentes, uulnerati præsumi in dubio mortuū ex uulnere. Limitatur tamen iste ultimus casus nō procedere quādo ageretur de puniendo uulnerantē poena mortis: tñ quia tunc in dubio mītor interpretatio facienda esset, ut notabiliter declarat Hippolytus de Marsiliis in cōsi. suo. vii. incip. summi Cœli Deus. super istis tamē uide Fely. in. c. presbyterum. de homi. qui notabiliter ista declarat. Et ex praedictis ad alia questionē infert, quā propositus R. P. D. Marcel. Episcopus Marsicanus die. v. Julij M. D. xxviii in una Leodiensi. canoniciatus, videlicet, tñ nō quid infirmus ex morbo Gallico, quæ manifeste cōstat, non esse morbi periculose uitæ, præsumatur mortuus infra. xx. dies, ex eodem, an uero ex superueniente infirmitate. Et resolutio apparet ex praedictis, quod præsumitur mortuus ex eadem infirmitate, & qui dicit contrarium, tenetur probare. Et ita Domini transferunt, licet materia alias disputata non fuerit, quæ in ueritate disputatione non indigeret.

Quæstio Duodecima.

DODECIMO, + Quid si aliquis sanus renunciat, sed in actu præstandi cōseruatur, & ibi moritur, an dicatur beneficium uacare per obitum, aut per resūgationem, quoad effectum regula?

SOLVITIO. Considerato principio, dicitur uacare beneficium per renunciationē, cū tunc infirmus nō fuerit, qd requirit iste tex. Sed attēto fine, id est, cōsensu, qui pfectit renunciationē, & cōsiderat hic i regula ad effectū numeratiōis. xx. dierū, videlicet cōcludēdū cōtrarii. ¶ Quid tenendum? Putare, ista duo tempora cōsiderari, quo ad hoc, ut iste tex. pcedat, uidelicet, in principio, & in fine, resignatē fuisse infirmū. Nā ista regula regrit infirmitatē, & sicutā qualitatē: Et tō debet oī tpe cōcurrere, luxa ea, quæ dicit Bal. in. c. cōstitutus. de rescrip. Sicut dicimus in testamēto, tñ tribus tibis capacitas requirit. q. in extraneis. insti. de hære. quali. & differ. Si tñ renūciatio per papā fuit admis̄a tpe sanitatis, licet repore cōsensu repertor infirmus, pto beneficū uacare per renunciationē, quæ tñ dicitur vere facta, qn papa admis̄it. Nam consensus, qui postea præstatur, trahitur ad repus admis̄e renunciationis, cū sit potius ad executionē inuenit, q. ad ualiditatē gratiæ, ut traditur in. c. quodā. de renu. Ita refert Calodorus fuisse in Rota tentum. Et hinc est, quod ille consensus post obitum resignatōis præstaſi potest, uigore bullæ Alexadrina, ut sepe in Rota, me præsente, practicatu fuit. Praetern in una Placentina Archidiaconatus, coram R. P. D. Marcelllo. & alibi dixi. Et ponit idem D. Gudiel. in alia decisi. Et licet regula illa Moderna cōputet illos. xx. dies, tempore præstiti cōsensus: Requiritur tamen, quod tempore cessionis resignatē fuerit infirmus: & q. ex illa infirmitate infra uigintides, computandos a die consensus, decesserit. Hodie tamen per extravagantem bonæ memoriae Clementis Septimi, & per Regulam S. D. N. Pauli III. sublata est ista difficultas, qui tantum voluerunt infirmitatem tempore præstandi consensus adesse, licet resignans sanus fuerit.

COMMEN. R.P.D. LVOVICI GOMES.
SECUNDA PARS CONCERNENS
BENEFICIA.

Quæstio Decimateria.

DECIMO TERTIO Quarto, + utrum ista regula locum habeat in eo, qui cedit commendæ?

SOLVATIO. Iste casus contigit in Rota de anno M. D. XIX. in causa de Funes, coram D. Bartholomao de Petra sancta: cuius facti seruum D. Gulielmus Casiod. olim Rota Auditor, in quibusdam collectaneis decisionum Rotæ refert, quæ modo præ manus plurimum uersantur: ut ibi per eum. Et tunc causa sibi posita, Rota variauit: Nam quinque ex Dominis tenuerunt partem negotiata, videlicet, regulam locum non habere. Alij aliam partem sunt sequuti. Sed ut clarius veritas istius questionis per contraria demonstretur, quadam motiva, & argumenta pro utraque parte referam: Ex quibus postea resolutio huius questionis colligetur.

Quod igitur ista regula non haber locum in cessione commendæ, adducitur primo, quia regula ista non facit mentionem de cessione commendæ, sed de resignatione beneficij, + ideo casus omisitus, dispositioni iuris communis relinquitur, iuxta usq. c. suscepimus, de scriptis, libro sexto, &c. l. commodissime, ff. de libe. & posth.

Praterea quia uerba istius regulæ non uidentur posse adaptari ad commendam, sed potius repugnat, si de beneficio collati uoloquatur, & quod in titulu datur, ut patet ibi cōfereat &c. & de beneficio in quo inducitur uacatio, ut patet ibi, uacare cēfatur &c. Sed beneficia commendata non conferuntur, neq; uacare dicuntur, ut tenet Fede. de Se. in trac. de permitt. beneficiorū. q. xv. & Roma. consil. cccl. & Rota in antiqu. deci. i. de cōcess. præb. Et hoc idem pro filio Cancellaria Apostolica introduxit, quæ ex eo, q; menté Pontificis interpretari uidetur, consistoriorum papæ appellatur, ut inquit decisio. ccclii. in no. Igitur celsantibus verbis regulæ, eius ratio, & dispositio cessat.

Accedit, + quia intentio papæ non presumitur suisse de eo, quod uerba nō importat, l. quod cōstitutū, ff. de testa, mili. & tradunt Moderni Papistē. in l. i. in iii. col. versi. tertio facit. ff. si quis in ius uocca. nō ierit. Itē quia ratio istius regulæ sumpta ex vi securibus. c. fi. de renuncia. lib. vi. quæ fuit, ut fraudes existentur, quibus expectantes, & ordinarii deludi potest, cessat in commendam, cū in ea prædicti non fraudetur: Ex eo, quia commendata inducit quodammodo reservationem, vel saltē afficit beneficium, ut declarat Roma, in cōsil. prædicto, post Arch. in c. is cui. de elec. lib. vi. & Cōpo. in c. cū a nobis. eo. ti. & sequitur Ioā. Franc. Passus in tract. de offi. & pot. cap. sede vac. in. iii. q. secundæ partis, & Lapis in Addi. ad tracta. Fede. de permitt. be. q. xv. + Et tamen ordinarii, nec expectantes coferre, uel accepta, re possunt beneficia reseruata, vel affecta, ut concludit idem Roma, in cōsil. ccclii. & in cōsil. clx. in proposito casu. & cōsil. eccclii. post Calde. consil. ix. titu. de preb. Ethodi habemus regulam Cancellariae, secundū quam ita iudicauit Rota in una Zamorensi. Archidiaconatus corā R.P.D. Marcello de mense Ianuario M.D. xxii. Et q; expectantes beneficia commendata (eo quia affecta acceptare non possunt) tenuit Rota in una Valentina parochialis de Pego, corā. R.D. Io. Paulo de Mése Nouēb. M.D. xxix. quicquid dixerit Socin. in consil. xxii. sequitur Roma, in quoddam consil. qui hoc non dicit, & illud consil. fuita Rota reprobatum, ut referat R.P.D. Jacobus Simonetta in tract. reserua.

Sicutadetur ista opinio ex eo, quia ista regula est correctoria, poenalis, & exorbitans a iure communis, liberâ facultatem a iure tributâ, possessoribus auferens, resignandi sua beneficia, & poenam annulationis prouisionis inducens. iuxta l. senatus. ff. de cōtrahe. empt. & c. decet, cum simil. de immuni. eccl. lib. vi. + Sed in poenalibus, & exorbitantibus secundū cōmunes doctrinas, verba proprie, & stricte capi debent. l. cum quidam. de libe. & posth. c. odia, de reg. iur. lib. vi. Et adeo hoc uerum est, quod in tali materia, etiam a maioritate, vel idēcitate extēcio prohibetur, ut not. in auth. quas actiones. C. de fac. san. eccl. Cum igitur uerba istius regulæ sonent de beneficiis, quæ in titulum dantur, ad commendam trahi non debent, quæ a titulo differt, ut in cap. dudu. de electio. & c. qui plures. xx. quæstione. i.

Coſtituitur ista opinio ex his, quæ scribit Oldra. cōsil. clxxix. queritur. Vbi cōcludit. + Ex traugantem iniunctæ Bonifac. VIII. positâ sub titu. de electio. quæ loquitur de literis expediendis

REG. DE INFIR. RESIG.

XLV

pediēdis super ecclesiariū prouisionibus, nō habere locū in ecclesia cōmendata. Et sequitur Frā. Pauli, olim Rotæ auditor egregius. in. d. trac. de offi. & pot. cap. fe. uac. fol. xli. Cessantibus igit̄ verbis, & ratiōne regule eius dispositio cessare debet, c. suggestū. de deci. cū vulg. **P**raterea, quia ut dictum est, ista regula loquitur de beneficiis, quæ dantur in titulum, sed commenda non est titulus, & propterea incompatibilitatē non inducit, ut in. c. dudum. el 7 secundo. de elect. Sicut etiā uidemus, t̄ p̄ habens beneficium regulare in commendam, cogi nō potest, ut profiteatur religionem, ad quam titularis compelletur. Ista sum in effectu, quæ pro ista parte negativa facere videntur. **Q**uibus non obstantibus, contraria pars, suis etiā rationibus, & argumentis defendi potest. In primis facit, quia cōmendæ nostri ē portis ex vī patris familiæ, hodie loco titulorum habentur; & beneficiati, de fructibus illarum disponunt, ut de beneficiis titularibus, quæ ad modū tradit Præpositus, vulgo Cardi. Alex. in. c. cū autem. xlivii. distinet. in. vi. colum. & in. c. si quis. in penul. col. lviii. distinet. **Q**uam interpretationem saepe accepit Rota. Et sequitur Tractus de Maluitis in consil. suo 8 in materia cōmendam post tract. sum in fortib. impresso. **C** Secundo pro hac parte facit, quia regula. xxx. de familiaribus Cardinalium, habet locum in commendanda, attenta eius mente, licet de ea mentionē nō faciat, ut saepe in Rota iudicatum fuerat. Et hoc idem dicebatur de regula de uerisimili notitia, & de regula de idiome. In quibus licet de commendanda nullum sit uerbum, ex mente tamen ad commendandas adaptantur: Quia virtus legis nō in cortice verborum, sed in sensu, & mente, quæ uerbis est præferenda, consistit. l. scire. ff. de leg. & l. scire oportet. §. aliud. de excu. tu. cū simil. ut traditur in. c. intelligēria. de uerbis. sig. & in. c. Melchior. i. q. i. Sed ratio, & mens huius regulæ, est fundata ad obviādū fratribus, quæ possent ita fieri per cōmendatarios cedentes, sicut per titulares resignantes. Igitur &c. Er ad colligendū mentē regulæ, illud afferri potest, quia si Papa fuisset de ea interrogatus, uerisimilitate ira statuisse. Igitur habēdit est pro expresso. l. tale tractū. §. f. cū ibi nor. ff. de part. Que quidē lex procedit, non solum si per modū statut, sed etiā rescripti conuentio. & alterius dispositionis aliquid cautū existat, secundū Bal. Paul. de Cast. & Moder. 9 ibi, & Card. consil. li. ii. col. + Attenta igitur mente, & similitudine rationis fit extensio de casu expresso, ad alium non expressum, luxa glos. in. c. si postq. de electio. lib. vi. & clem. i. eodem iū. cum concor. ut scribit Decius consil. xv. in. iii. col. **C** Accedit prædictis, quia quandoq; videamus causas a sede Apostolica cōmendatarii, sicut titularibus cōmerti. Ergo nō debet inter eos fieri aliqua differēcia. Plura alia fundamēta, & rationes pro vīraq; parte adduci, & excogitari possent: Sed quia ab eo, q; decreui, breuitatis instituto, longius, q; par sit, ditigarer, omitto: Praesertim cum hāc candē. q. nouis aliis mortuis latissime dispergo, in regula de triennali. q. iv. & in pluribus aliis regulis huius tractatus, vbi uidendum erit.

C Pro resolutione tamē potest breuiter dici, q; aut loquimur in cōmendis temporalibus, & procedunt omnia argumenta, quæ pro parte negativa adducuntur aut loquimur de cōmēdis perpetuis. Et ex quo illæ aequiparātur titulis, ut dictū fuit, tali casu procedunt rationes in contraria allegata. Quibus accedant, quæ Collectarius in. c. fi. de fil. presby. Gaspar de Perusio, & Aeneas Sabineū. in trac. reser. in. ii. & vii. fol. tradunt. Vbi ip̄ simili quæstione queruntur, an per dationē in commendam, definit beneficium esse reseruatum, & distinguunt, aut commendata est temporalis, & non definīt, iuxta consil. Soci. xxii. Aut est perpetua: & quia tunc papa de beneficio plene disponit, sicut per collationem, expirat reseruatio. Ita dicunt præfati doctores ibidem, plura ad hoc allegantes, quæ breuitatis causa non refero.

Quæstio Decimaquarta.

DECIMO QVARTO Quarto, + an ista regula comprehendat ecclesiā, sine beneficia cōfessorialia?

SOLVATIO. Natura est difficultas, haec tenus non decisa, ex eo, quia talibus ecclesiis prælati, habita prius discussione in consistorio, præficiuntur: & sic absolute actus resignationis non est liber. Et propterea Cancellaria consuevit transire expeditionem in similibus ecclesiis cum dēc. ratione istius regulæ, ad maiorem cautelam, prout etiam at testatur Recuerendissimus Dominus meus, multis seculis memorandus. Dominus Iauventius Puccius Cardinalis Sanctorum quatuor, in quibusdam suis memorialibus. Cuius quidem stilus, quando iura non refragatur, sequendus esset. arg. c. olim. de censu.

H. iii.

In contrarium facit, quia ille stilus non habet in se fundamentum iuris, & regula ista generaliter loquitur, & eius ratio militat in istis beneficiis. Ergo regula in eis habebit locum: 2. quia si lex non excipit, nec nos exciperem debemus. l.i. ff. de usu alee. &c. Et quia ista beneficia consistorialia regulariter sunt magni momenti: & facilius in eis fraudes committi possunt, cum a pluribus appetantur, & desiderentur. Et propterea magis militar dispositio istius regulae, quae ad excludendas fraudes emanauit. ¶ Breuiter puto primam opinionem de iure uerio rem: pro qua est decisio Lapi in alleg. lxxxviii. colum. penulti. vbi querit, an in generali confessione etiam ad resuata, & detroluta, ueniant Abbatiae, de quibus consistorialiter priuicietur. Et dicit, quod non, per plures rationes, quae militant in casu nostro, quas non refresco, cum ibi uideri possint. Et pro ista opinione ulterius facit, quia videmus, regulam de publicis dis resignationibus, in consistorialibus locu non habere, vt alias Rota tenuit, vt resultat mihi olim D. Petrus And. Gamarus. Et ratio decisiois fuit, quia in hīmōi bñficiis cessant fraudes, ppter quas repellendas, regula ista cōdita fuit, yidelicet, ne per hīmōi resignationes infirmorum forte procuratas, ordinarii, & expectantes ab eorū iuribus excluderentur, quae ratio cest. sat in istis beneficiis consistorialibus, cum t̄ de illis etiam per obitum vacantibus, ordinarii prouidere non possunt, neq; illa expectantes acceptare valeant, & sic per huiusmodi resignationes non fraudantur, pfectum, quia ista beneficia non confituerunt prius cōcedi, q; persona resignararii per papam, & Cardinales approbata fuerit, & ideo in conferendis huiusmodi beneficiis alius modus ab aliis diuersis obseruatur, vt patet in regulis, pfectum Clementis VII. & aliorum Pontificū, super hoc additis. Nam per cedulam, & non per supplicationem huiusmodi beneficia papa in consistorio proponit, & de illis prouidet, & dato, q; in renunciatione infirmi consideraretur aliqua sinistra suspicio pfecta certa scientia papae proponentis, purgantem suspicionē, & ideo in eo non deber serua ri subtilitas istius regulæ, quia, ut dicit Bal. in. l. rescripta. in. iii. col. C. de precibus imper. offer. in consistorio Principis nō curatur de solennitatibus iuris: quia ibi magis attenditur veritas, q; iudiciorū ritus, seu solennitas, arg. l. prime. q. si quis. ff. de quarto. Hinc dicitur, in causis, quae in consistorio t̄ Principis agitantur, nullū fatale currat, ut dicit antiquus ille doctor Vbertus de Bonacurso, de quo Specul. & Ioan. And. tam saepe faciunt mentionē in practica sua, titu. de imp. execu. Errationem adducit, quia nemo est tantè autheritatis, qui possit nollement principem ad conuocandum consiliarios coartare, vt in authenticā de appellatio. & intra quā temp. q. ad hoc sancimus. collatio. iiiii. Quae habetur. C. de tempo. appell. authen. sed et is. Aliam tamē rationem assignat docto. quae facit ad proposiū, quia coram principe ordo iuris nō seruatur, ut est tex. in. c. ad petitionem. de accusa. quem nota. dicit Bal. in. c. i. q. fi. col. fi. in fi. de no. for. fide. Et hoc tenet idem Bal. in. l. fi. C. de legib. post Inno. in. c. in causis. de reiud. Nam coram principe silet cōmis lexi: cu ipse idem sit lex animata in terris. Vnde patiente coram se contra iuris ordinem procedi, uidetur dispensare. secundum Innocen. in. c. primo. de lit. contest. & tenet Ican. And. & Abb. in. d. cap. in causis. & Angel. in. l. princeps. ff. de leg. Hinc est, q; quādo causa examinatur in consistorio dantur nouæ dilatationes, nec artendit subtilitas iuris, vt tradit Bar. in. l. in offerendis. per illum tex. C. de appella. Multam enim introducta sunt præter ordinē iuris in consistorio, in quo, ut dixi, silet omnis lex: & ille stilus procedendi multum differt ab aliis observationibus curie. Inde est, q; licet t̄ de iure cōmuni in generali dispensatione per iuris absoluitudine, tamē in negotiis tractandis in consistorio numquam censetur sub generali dispensatione per iuris includi, nisi specialiter absoluatur propter seritatem, & maiestatem loci, vt tradit Fely. in. c. testimoniu. in. viii. col. de testi. ¶ Ita tamē quae dicta sunt limitatū non procedere, quando propositio eortūdem beneficium fieret coram solis Cardinalibus congregatis, papa absente: quia tunc solennitas iuris, & regulæ requireretur, ut dicit Bal. in authen. sed & si quis. col. penul. versi. quicquid. C. de testib. & ide dicendum est, quādo hoc fieret corā solo papa sine Cardinalibus. Nā licet Papa possit quāda sine Cardinalibus expedire, illa tamē sunt parui momenti, secundum Anto. de Bus. post lo. And. & Hosti. in. c. antiqua. de priu. Sed ubi sunt negotia consistorialia, illa solus expedire non potest, ut dicit Bal. in. l. fi. per illum tex. C. de diuer. rescrip. vbi referit Urbanū Papā, Oratoribus Florentini suppliātibus, ut quāda negotia sitē patriæ prout tam expēdier, respōdisce illud esse negotium consistoriale, & q; summi Pontifices non confituerunt talia negotia consistorialia in Camera expedire, sed in publico consistorio: quid etiā

Carolum

Carolū Imperatore, aliis idem supplicantibus, respondisse refert. & sequuntur Mos der. Papien. in rubri. de constitut. indecima septima colum. Tñ hoc dictum Bal. in. d. l. fi. dubitabile videtur. ¶ Nā clarū est, q; cōdere legem, per quā omnes subditi ligentur, dicitur de rebus arduis, & est maximū imperiū, vt dicit Bar. in. l. imperiū. ff de iu. o. iud. p. tex. in. l. i. ff. de cōst. prin. & in. l. nō ambiguit. ff de legi. & tñ papa, & Imperator p̄nt facere leges in camera sua sine aliquo cōsilio, iudicis Cynus in. l. humatiū. C. de legib. Sequitur Bonifa. Rotæ auditor in procē. in. clem. q. hēc sane. in. iii. col. num. 3. & hoc sentit Bar. & Bal. in. l. fi. C. de legi. Dictum igitur Bal. in. d. l. fi. procedit de honestate, non de potestate. Reliqua ad consistorium Papæ pertinentia videnda sunt, per Card. papien. cui pulcherrimam epistolam scribit ordine. cclxxviii. citius initium est. Magna est authoritas consistoriū &c. quo in loco designat ordinem, & stūlum quem habere solent, & debent pontifices, & cardinales, proponendis causis, & negotiis in consistorio longe differentem ab aliis curiæ consuetudinibus. ¶ Ex p̄dictis igitur habes conclusionem, q; ista regula non habet locum in beneficiis, quae conceduntur per renunciationem in consistorio Papæ: Quia, ut dixi, ibi cestat omnis solennitas regularum. Vbi etiam de regula de ualore exprimendo, uidentur, quae in consistorialibus locum non haber, ut ibi latius scribam.

¶ Questio Decimaquinta.

DE CIMO QVINTO Quāro, t̄ an ista regula habeat locum in beneficio unito? **SOLVITIO.** Dicas, q; non: quia regula loquitur de beneficiis, & beneficium unitū, non dicitur amplius beneficium, sicut ante ynonem, sed perdit nomen beneficii, vt conclu dicit Rota deci. cclxx. nota q; ubi beneficium in antiquis, & deci. x. de rebus eccl. non alien. sequitur Marianus Soci. in. c. sicut vñre. de excel. prela. arti. viii. q. xii. & Dominicus in. c. sicut persone. q. fi. col. fi. de priu. lib. vi. Cedēs igitur tali beneficio, nihil dicitur cedere, cum sub titulo illius beneficii, cui vñio facta fuit, sit confusum, & effectum una massa, & corpus. ¶ Hinc est, t̄ q; non ualeat de tali permittatio, ut concidit Egid. in tract. permitt. in tercia parte: & ultra ipsum probat hoc idem in alio tract. simili, quidam doctor in nomi natu, qui habet in formis, vt dicā in regu. de annali, & trienalī posse fore, ad quę cōferūt, quę scribit Pet. de Perusio, & lo. baptista cacialup. in tract. de reuo. unionum. in. vii. cap. & Moderni in tract. reservationum. in ultima parte. q. xii. & alii Moder. in tract. benefic. q. xii. iii. partis.

¶ Questio Decimasexta.

DE CIMO SEXTO Quāro, t̄ an ista regula procedat in translationibus pensionum? **SOLVITIO.** Dubium prima facie faciunt ea, quę adducit And. Sicul. in. c. ad au dientiam, el secundo. de rescrip. Dum multis rationibus contendit, pensiones regulari de bere secundum naturam beneficiorum: facit etiam pro ista opinione, quia tex. in. c. mandatum de rescrip. loquens de beneficis habet locum in pensionibus, prout tenet ibi Imol. in priu. & And. Sicul. ibi in. iii. col. num. xv. & etiā Anto. Corsettus ibidem: Quorum opiniōnem sepe Rota, me præstante, sequuitur. Ergo parformiter regula ista, quę emana uit ad tollendas fraudes resignantis infirmi in translatione pensionis procedet: Nam uide 2 mus, t̄ q; sicut de beneficio in impecrationibus, ita hodie debet fieri mentio de pensione, vt tradit glo. in regula. lxi. in fi. & Moder. in. c. in nostra. de rescrip. ¶ P̄dictis tamen non obstantibus veritas se habet in oppositum. Et ita tenet Rota, quod ista regula in translationibus pensionis non procedat. Et iste casus contigit tempore Leonis X. in personam Ioan. de Vrias episcopi, & Ferdinandi hispaniarum Regis oratoris, qui in articulo mortis, nutu magis, q; verbis in suū nepotem pensionem milie ducentorum transtulit, & tunc post plures disputationes fuit tentum translationem valuisse, non obstan. regulari: & hoc in ratione fundatur, quia regula ista loquitur de renunciatione, sed pensione renunciari non potest, licet possit transferri de licentia Papæ, quę quidem licentia,

nec regulariter hodie, neq; tempore Clemens VII, concedebat, ista ratione, quia pension est, quædam seruitus super beneficiis non seruitibus ecclesiæ concessa: Nam pensionarii non laborat in ecclesia, neq; seminant, & tamè merunt, & fructus sine labore manducant, cõtra naturæ ordinem, nam conueniens est, quod qui cõmodum percipit, etiam incommode sentiatidicte Apostolo, qui non laborat, non manducet, ut in. c. clerici. i. q. ii. &. I. secundū naturam, ff. de re. iur. frangit enim pensionis impositio equalitatē iustitiae, quæ dictat præmia unicuique di secundum qualitatem laborum. c. ius militare. i. dist. nam qui altari non seruit, inde præmium habere nō meretur. c. charitatem. & c. ecclesiasticis. xii. q. ii. Cū igitur pensionis impositio odiosa sit, merito eius translatio prohibita fuit, ne inconvenientia multiplicentur, regula ergo ista, quæ in renunciatione loquitur, non habebit locum in translatione, quæ non solet, uel saltē de raro concedi, & iura ad ea, quæ raro fiunt, non adaptantur, vulg. I. nam ad ea. ff. de legi Praesertim, quia ista regula de beneficiis loquitur quæ ratione tituli spiritualia sunt. Pension vero in temporalitate consistit, ergo de uno ad aliud non bene inferatur, quia ex diuersis non fit illatio. c. i. de transla. episc. I. papinianus, exili. ff. de mihi. & I. ff. de calum. Er hoc late probat Io. baptista de sancto Seuerino in suo tract. pensionum, post Modernos in. c. cum. m. post glos. ibi. de confi. & in. d. c. ad audentiam. Nam clarum est appellatione beneficij pensiones non contineri, ut dicit D. mi. in. c. quamuis. de præb. lib. vi. in principio Hinc est, q; licet beneficium vacet propter crimen, non tamen vacat pension, quia non est beneficium, & teneri non potest a laico, ut tecum Cardinalis in cle. i. q. eadem. de suppl. neglig. prala. sequuntur Moderni de Ripa in rep. c. ii. numero. 1. 28. de iudic. Ex hoc enim inferitur, q; licet habens beneficium tenetur ad officium, id est, recitat horas canonicas, ut in. c. fi. de rescrip. lib. vi. & referunt c. i. nes in. c. i. de celebratione missarum. ¶ Tamen habens pensionem, ad illud non obligatur, vt tenuer ille antiquus doctor practicus Hiero. Paulus Hispanus, in illo libello, qui vulgo practica Cancellaria appellatur. fol. li. & sequitur Jacob. de Ferrariis in tract. de hor. caano. & sentit Io. bap. de sancto Seuerino in tract. pension. q. fi. & reassumit D. Pet. And. Gai marus Rota Auditor in tract. de offi. lega. Vbi latius sup hoc diuagatur. Et ratio prædictorum est, quia officium sequitur beneficium, sicut venator leporem. Qui haberit igitur beneficium, dicat officium: Alias sequeretur, quod si ex uno beneficio darentur tres pensiones, q; vñum beneficium obligaret, quatuor personas ad dicendum officium, quod est absurdum. Ille igitur, qui haberit titulum spiritualitatis ad officium tenetur, non autem habentes pensiones, quæ commodum mere temporale continent, quod in laicum cadere potest. ¶ Nam pensiones æquiperantur contrahitibus profanis, ut tradit Roma. in confi. ccxxxix. cclum. iii. beneficia uero vñtimis uoluntatibus æquiparantur, quæ sunt pia, ut per glos. sive in. c. i. de concess. præben. lib. vi. Hinc est, q; sola uoluntate potest cassari, & remitti pension, absq; licentia Papæ, sicut quælibet res profana, ut tenet Præp. post glos. in. c. Agathosa. lxiii. distinct. quem sape, tempore meo, Rota approbavit. Secus tamen est in beneficiis, quæ si ne uoluntate superioris dimittit non possunt. Sic etiam uidemus, q; pensiones sicut beneficia non permittuntur: quia non uenient appellatione beneficiorum, ut dicit Card. in cle. I. in. xvii. q. de re. eccl. non alie. Ex pari modo per promotionem pensionarii non uacat pësio, sicut beneficium, secundum Card. in cle. i. q. i. in. vi. q. de sup. negl. pral.

¶ Ex quibus omnibus appareat, inter beneficium, & pensionem longum esse discrimen. Dispositio igitur istius regulæ in uio loquens, in alio locum non habet. arg. c. suscepsum. de rescrip. lib. vi. Praesertim quia cessat omnimodo ratio istius regulæ, quæ fuit, ne per huius modi resignationes ordinarii, vel expectantes defraudentur: ad quos dispositio beneficij, uel acceptatio pertinenter, si fraudulentia cessio non praecessisset. Sed ista ratio non habet locum in translationib; pensioni, per quas nullus prædictorum defraudatur. Igitur. &c. Et tenendo ista opinionem ad rationes in contrariū factas per And. Sicut, late rescrip. idem moder. in tract. beneficior. in. iii. q. prime partis. col. vii. ubi videndū erit. Tñ licet iste ratios de rigore iuriis sint vere, iustius tamè videtur hmoi translationes sub regula cõprehendi, quia ex hoc major ecclesiarum favor resultaret, & diuinis cultus augmentum, nam admittere translationes super beneficis ecclesiasticis, nihil aliud est q; seruitutem propagare.

¶ Quæstio Decimaseptima.

D E C I M O S E P T I M O Quero, t utrum ista regula procedat in beneficiis iuriis patronatus, ad quæ per presentationem quis assumitur?

Solutio.

T SOLVTIO. Decius in confi. ccxiii. incipiente in casu proposito, cõtendit probare negatiuā, ex eo, quia ista regula est exorbitā, & odiosa, & in beneficiis collatiuī loquitur ergo non debet extēdi ad istū casum, ut ibi late p. eū. Adde p. ista opinione, quia uidemus hmoi beneficia sub nominationibus regum non cadere, ut traditum Moderni in tract. benefic. q. iii. secundū partis, neq; sub quacunq; gratia, etiam amplissima, ut late probant idem Moderni in. d. tract. in. xi. q. iii. partis. & communiter docto. in. c. ii. de præben. li. vi. Lap. ala lig. xvi. sicut etiam extra ag. execrabilis, beneficia huiusmodi iuriis patronatus non comprehendit, ut idem Moderni dicunt in. d. q. xi.

¶ Un contrarium facit, quia considerata mente regulæ idem dicendum videtur in beneficiis iuriis patronatus, prout olim futurū Rota disputatum in causa Naneten. capellaniæ, per

2 Ludoisicum de Interamne aduocatum, qui postea fuit auditor, per istam rationem: ¶ Quia ex quo dicta regula annullat collationem, per consequens uideretur prohibere omne necessarium antecedens ad illam. I. oratio, ff. de sponfa. & c. solitæ. de maio. & obed. cum similib; Sed præsentatio est antecedens ad institutionem, quæ sub nomine collationis comprehendiatur, sicut &c. Ita dicebat ille aduocatus. Et tenendo istam opinionem, ad dicta

3 Decii potest facile responderi. ¶ Nam non obstat, q; ista regula sit exorbitans, quia hoc non est verum simpliciter, cum potius considerata eius mente, & ratione concordet cum iure communi, de quolin. c. secundo, de renunci. lib. vi. Vnde spiritum rationis accepit, ut dicunt Moderni, in tract. benefi. in. iii. parte. q. xviii. & ante ipsos hoc dixit Io. de Anania in c. si. de collu. deteg. Et hoc idem in terminis tener Cardinalis Maurocenus in. d. c. secundo, in ultima. q. que refert, & sequitur Ioā. Aloisius Tuscanus olim aduocatus consistorialis doctissimus in quoddam suo consilio: quo loco late probat hanc regulam. & tex. in. d. c. ii. eundem spiritum, & mentem habuisse, licet in tempore sic addito differant. Sic itaq; isto respectu, quia ista regula iuriis communis concursum habet, favorabilis dici potest.

Et licet secundum quid regula posset dici exorbitans, ex quo collationem ordinarii tollit, ut dicit Roma. in confi. ccxl. incipiente, quoad primum. Secundum quod posset procedere dictum Decii. Per hoc tamen absolute concluditur potest, q; sit odiosa: ¶ Quia

quando actus se potest habere ad fauorem, & odium, iudicatur favorabilis, prout de status, quod stantibus masculis, filiæ non succedant, dicunt Moderni in. l. vena: C. de in ius uoc. facit illud, quod de Velleiano dicitur, in. l. qui exceptionem, ff. de condì. indebi. Et quia emanauit ad repellendas fraudes, q; utilitatem animæ respicit, favorabilis dicitur, per ea, quæ Bar. & Moder. tradunt in. l. si constante. in. ix. col. in prin. ff. solu. matri. cum aliis, quæ scribit Ias. in. l. q. ff. de in ius uocan. Et secundum hoc lata fieri debet interpretatione. Et quantumis regula de collatione loquitur, quo casu uideretur excludi præsentatio, iuxta casu c. cum in illis. q. primo. de præben. in. vi. illud in ambituosis procedit, ubi stricta sit interpretatione, ut ibi dicunt Domi. & Philip. Secus uero in materia favorabili, uel in differente, ut ista: ¶ Quia tali casu uerbum collatio, lato sumpto vocabulo præsentationem comprehendit, ut concludit Rota in deci. cccxl viii. incip. fuit dubitatum, utrum habens. in tuis de præben. in nouis. Hinc indenius, q; tex. in. c. auaritie. & in. c. q. sit. & in. c. vt quis duas. & c. fi. de electio. lib. vi. licet loquantur in electionibus, & confirmationibus, tamen habet locum in præsentatione iuri patro. vt concludit Lapus alleg. viii. & Calde. titulo de elect. consil. viii. cum concor. ut scribit Roch. Curtius in tract. iur. part. in uer. honorificum. q. xxix. & reassumit Moderni in nouo tracta. iu. pat. fol. ccc. cum quatuor seq. Et ita quoad tex. in. c. auaritie. conclusit Rota in una Salamantina capellaniæ coram R. P. D. Marcello. xiii. Januarii M. D. xxix. Sic etiam & tex. in. c. i. vt lit. pen. lib. vi. licet de presentatione, seu beneficij iuri patro. nullam faciat mentionem, tamen propter paucis rationem habet locum in dictis beneficiis, vt idem Curtius late probat in. d. tract. in uerbo honorificum. q. xxix. & repeatit Moderni in nouissimo tracta. iu. pat. fol. ccviii. & seq. Et ita Rota tenet in una Barchino. beneficij sancti Christophori coram eodem. D. Marcelllo die. xxvi. Nouembris M. D. xxv. Et ita uideatur etiam hic dicendum, q; regula ista, licet de beneficis iuri patro. mentionem non faciat, nihilominus ppter eandem rationem habeat locum in eis.

¶ Pro resolutione tamen huius quæstionis, distinguo plures casus. Primus est in præsentatione, & in ista, regula locum non habet. Ratio est, quia præsentatio pertinet ad patrum: respectu uero præsentati regula etiam adaptari nō potest. Quia si præsentatus in firmitate constitutus renunciat presentationi de se factæ, non dicitur beneficij renunciasse,

6. de quo loquitur ista regula. Ratio est, † quia per presentationem solum acquiritur ius ad rem, ut dicunt Domini in decisione. cccxviii in antiquo. & tradit Abb. & alii communiter in capitulo, quod autem de iure patro. Imo plus voluit Abb. in. c. cū Bertoldus, post glossam. iii. ibi in. ii. col. de re iudic. q. presentatus ante institutionem, nullum ius habet in beneficio, sed bene habet ius ad potendum illud, perseverante patrone in eadem voluntate. Et hoc dictum Abb. sequitur ibi Fely. & plures alii, quos cumulantur Curtius in tract. iuris pat. in uero bo ius in. iii. q. & dixi latius superius in reg. proxima. questione prima. Et adeo hoc est verum, q. si presentatus tunc in curia moreretur, non dicerebat pro hoc in curia beneficium vacare. Quia, ut dicatur beneficium in curia vacare, requiritur, q. beneficium suum dicatur, & non debitur, ut not. Arch. in. c. si electio. de elect. li. vi. & alii, quos allegant Moder. in tract. de beneficio. in. i. q. iii. partis. Sic igitur isto casu concludendum est, regulam istam locum non habere. ¶ Secundus casus est, si presentato, & in instituto renunciante tali beneficio in infirmitate, & presentare adhuc regulam istam non comprehendere istum casum. Ratio est, quia regula ista loquitur in beneficiis, quae libere possunt renunciari; & quae per collationem superioris conceduntur. Sed beneficium iuris patro. non est huiusmodi, † quia presentatus, & institutus non potest sine consensu patroni beneficium renunciare, ut dicit Inno. in. c. si. in. si. de renun. & hoc clarissim. firmat Abb. in. c. significatum. in. ii. col. de preben. cū. Dc. concor. quae congerunt quidam Moder. in tract. nouo iuris patro. fol. cccc. Et ante ipsum Rochus Curtius in eodem tractatu, in uero honorificum. in. iii. & li. q. Adeo q. si presentatus sine consensu patroni renunciasset, patronus posserat tale beneficium sic per renunciationem vacas, iterum alium presentare. Ita q. cum presentatus, & institutus in infirmitate renunciants non ualeat, nisi cum consensu patroni libere renunciare, cessat in eo fraus, quae consideratur in ista regula. Nam, ut saepe dictum est, ratio istius regulae fuit, ne infirmi ex illa infirmitate morituri sub colore renunciationis, de beneficiis, sicut de rebus profanis post mortem eorum disponere videatur: & per hoc fraudarentur expectantes, & fieret praetulicium ordinario. Cum igitur talis consideratio non possit habere locum, hoc casu deficiet per consequens dispositio istius regulae.
- ¶ Tertius casus est, quando infirmus renunciatur in favorem certae personae beneficium iuris patro. de consensu patroni. Et iste casus est magis dubius, si renunciants infra viaginta dies moriantur. Et certe adhuc putare, cessare regulam, ex eo, quia ubi est consensus patroni, ad quem in omnem eventum pertineret presentatio beneficii vacantis, siue per renunciationem, siue per mortem, cessare uidetur fraus. arg. eorum, quae dicuntur in. l. fi. C. de bonisq. lib. ubi minor alienas, presumunt circumstantes. † Vbi uero interuenient consensus eorum, ad quos pertinet, cessare fraus, facit etiam. l. fi. C. de pact. Sic erit hic dicendum. Et isto casu militarent omnes rationes Decii in. d. confil. Est bene verum, q. ubi appareret, parvorum per sordes consensisse, aut inhabilem approbassem, q. tali casu videtur locus esse regulae. Præferim si patronus esset clericus in quo maior puritas requiriatur. Hoc tamen non tenet pro constanti. Remota tamen fraude patroni, mihi placet opinio Decii propter dissimilitudinem collationis, & institutionis. Inter, quæ est magnum disscrimen, ut late probat ibi Decius. Et quia quidam Papa mouetur sola voluntate, taxando numerum dierum, ut hic, non proceditur de similibus ad similia: sed prohibetur extensio, secundum Bal. in. l. iii. col. ii. versi. ex quo. C. de iure dot. Solum obstat hic vnuini, quia licet isto casu non fiat praetulicium ordinario, nec fraudarentur expectantes, tamen militaria ratio, videlicet, ne de beneficiis per obitum vacaturis, per modum ultimæ voluntatis disponatur. Et ista ratio procedit, siue consentiat patronus, siue non: quia consensus patroni non potest facere iuritum, quod prohibetur, ut illicitum. arg. l. nemo potest. de leg. i. Et ideo ex alio opere. Decii potest sustineri, ex eo, quia si sub dispositione istius regulæ beneficia iuripat, comprehendentur, patroni priuarentur sine culpa facultate presentandi, & sic videtur haec const. in praetulicium patronorum inducta, & ac de causa patroni abstraheretur a foundationibus, & donatione ecclesiastum, propter quam ratione indicunt communiter docto. in. c. ii. de preben. lib. vi. & Fely. in tract. quando literæ apostolice. no. pat. in. i. & ii. col. † q. dispositio quantumcum favorabilis non comprehendit beneficia iuris patro. nisi specialiter fiat mentio. Et ista consideratio militat omni casu, quo patroni priuarentur iure presentandi. Secus vero ubi tale ius principaliter illis non tollitur, licet secundario, & ex post presentati ab eis, aliqua exceptione summouerentur, ut in regula de Annali. quæ tali casu

casu comprehendit beneficia iuris patro. laicorum non tollendo principaliter presentationem, sed submouendo presentatum, impetrantem prouisionem a papa de consensu patroni, non facta mentione regule, unde exceptione illius repellitur propter eius negligentiæ. Et licet secundario ex hoc videatur patro. frustrari, presentatiæ facta, nihilominus hoc non sit principaliter in odium patroni, sed impetrantis, & ideo considerari non debet. arg. I. si quis nec causam, & quæ ibi late norant Moder. ff. si cer. Pet. vt dixi in. d. regula de anna li. q. xxvii. & in regula proxima. q. iii. Habes igitur ex predictis intellectum ad dicta doct. volentium sub generalibus dispositionibus non comprehendendi beneficia iur. patr. qualiter intelligantur.

¶ Questione Decima octaua.

D E C I M O O C T A V O Quæsto, † an regula procedat in eo infirmo, qui renunciavit iuri suo quiescit in beneficio vigore aliquius gratia?

C O S O L V T I O. Ille casus contigit præteritis temporibus in Rota in una Valentina canonicatus, & prebendé coram D. Martino de Spinosa. In qua fuit dubitatum utrum ista regula haberet locum in eo, qui resignavit ius, quod habebat solum per supplicationem signatum, nec habuerat possessionem, nec literas expeditas. Dubium faciebat, quia ex quo resignatio fuerat facta literis non expeditis, causa illa reducta erat ad non causam, secundum Egid. deci. dcliiii. incip. si papa prouidet nihil. & dcix. Impetrans beneficium. Nam supplicatio sine literis est gratia informis, ideo nihil tribuit, quia forma est, quæ dat esse rei: ideo uoluerunt docto, literas haberi loco tituli, ut Cōpostel. in. c. statutum. ad fi. de ref. & Io. And. in. c. i. delit. contest. lib. vi. Rota. ccclvii. in no. Milis in uero gratia apostolica. Accedit quia recte considerando cessat hoc casu ratio istius dispositionis, quæ fuit, ne per huiusmodi renunciationes infirmorum defraudentur ordinarii in conferendis beneficiis vacantibus: & expectantes etiam excludantur ab acceptando talia beneficia. Ideo inducta fuit prouisio istius regulæ, ut fraudes huiusmodi tollantur. Sed ista ratio non uideatur in militare in resignatione iuris: quia in eo non fraudantur ordinarii, nec expectantes.

¶ quia ordinarius conferre non potest, nec expectantes acceptare, nisi beneficia vacantia de iure, & de facto, ut in. c. cum nostris. cum similibus. de concess. preben. & in deci. cxvi. habens gratiam. in no. & deci. liii. titu. de concess. preben. in antiquo. alias numero. dclviii. incip. si aliquis expectans.

¶ Iffistamen non obstabit, contrariam opinionem tenuit Rota in praedicta causa Valentina in qua die. xiii. Martii. M. D. xiiii. omnes Domini ita conluerunt, excepto D. Paulo Capisucco, a quo in scriptis istam decisionem habuit, qui tenuerat partem negatiuam. Et ratio Dominorum fuit, † quia statim, q. supplicatio est signata, incontinenti est ius quiescitum. & gratia est in se perfecta per nota. per Archi. Io. And. & alios in procem. vi. in nouella, unde cum ius sit quiescitum succedit illud, quod paria sunt habere ius quiescitum ad rem, vel habererem. l. qui habet. ff. de re. iur. unde siue ista regula procedit in resignatione beneficium plenum. Ia. locum habebit in resignatione ius: pro qua decisione optime facie Rota. dccccxxii. incip. Nota q. ubi gratia est facta, in antiquis. Præterea pro ista opinione facit mens istius regulæ. Quia clarum est, regulam habere locum, quando ille in favore eius resignatione admittitur, consequitur commodum resignationis, propter quod arguitur fraus: uel quia renunciants, cogitans se morituum inducit ad renunciandum. Quo casu, ne detur successio in beneficiis, & licentia libera, ut quis de illis valeat disponere sicut de rebus temporalibus, fuit hec regula introducta. Sed iste rationes omnino militant in renunciatione iuris: quia per illam acquiritur commodum resignatio, & resignans consequitur effectum, quem intendit. Igitur regula in illis procedet.

¶ Nec oblitus si dicereatur renunciatione iuris posse fieri in manibus simplicis notarii, vel etiam laici. Et tamen resignatione beneficij fieri non potest, nisi in manibus habentis auctoritatem instituendi, & destituendi, prout dicit decisio Rote. cxc. in antiquo. incip. non quælibet. Quia illud procedit respectu iuris querendi. Et ita loquitur praedicta decisio. Secus uero ratione iuris quiescitum: quia tale ius debet in manibus superioris renunciari, sicut beneficium, ut declarat decisio. dclxxiiii, quidam Cardinalis. sub titulo de renuncia, & decisio. dccccxlv. patronus &c. in antiquo.

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

Nec obstat, q̄ ius per supplicationem, literis non expeditis, sit informe, quia illud est verum quo ad effe: tum canonizationis in iudicio fiendae in quo datum eset de regula de nō iudicando literis non expeditis. Secus vero de iure, quia sola supplicatio tribuit ius considerabile in extrajudicialibus, vt dicit prædicta deci. cccclxxxi. in antiquis. Imo etiam consideraretur tale ius in iudicio ad effectum canonizationis, nisi exciperetur de regula, itaq; de iure op̄i. Compositel. non procedit, cum sola supplicatio in beneficialibus signata, tribuat ius, & operetur plures effectus, quos enumerabat latius in regula de non iudic. literis non expeditis. Nec etiam obstat si diceretur, q̄ beneficium vacans de iure, licet non de facto, conferri non posse, nec acceptari; quia illud non est uerum, vt est glos. communiter approbata in. c. licer episcopis. de præben. lib. vi. quia cum collatio, & acceptatio sint actus extrajudiciales, fieri possunt, nulla facta citatione possessoris; t̄ quia quilibet potest conferre ius ad se perrinens, licet non uacare de facto, ut dicit ibi glos. quam sequitur Abb. in consil. xxxiii. col. f. lib. ii. & ante ipsum Cardinalis consil. cxxxii. col. f. & alii plures, quos omittit. Nam non est dubium beneficium dici uacare per obitum illius, qui solam supplicationem habebat, licet neḡ literas expeditas, nec possessionem haberet, vt dicit prædicta decisi. cccclxxxi. Et ideo conferri potest. Et illa, qua in contrarium fuerint adducta respicunt subreptionem, ut videlicet, non ualeat collatio episcopi de beneficio vacante de iure, & non de facto, non facta mentione possessionis, illa enim respicunt impenetrantē, qui deber possesse alterius facere mentionem, ut ibi. Quod etiam procedit, quando possessionis alterius esset colorata; si tero esset notorie iniusta, etiam nulla facta mentione ualeat collatio, & acceptatio quoad impenetrantē, ut declarat Abb. in. d. c. cum nostris. & res a sumit Fely. in. c. in nostra. in. xxvi. corr. de rescrip. Et ita, ut dixi, secundum istam opinionem conclusit Rota de qua, q̄ dicam etiam in regula de publicandis resigna. quia etiā ibi contigit in facto.

Quæstio Decimanona.

DE C I M O N O N O Quero, t̄ quid in renunciante causa permutationis de imparibus beneficiis, an ista regula habeat locum?

SOLV TIO. D. Pet. And. Gammarus auditor Rota, vir cerne de hac iuris disciplina beneheritus, in repe. c. primi. in. v. col. versi. sed quid dicimus, de rer. permuta. li. vi. tener simpliciter istam regulam habere locum in resignatione facta ex causa permutacionis. Ethoc non uidetur habere dubium, cū in regulis antiquis, & Modernis expresse hoc dicatur, sed regula non declarant modum permutacionis. Et ideo maius dubium est, an regula intelligatur in omnipermutatione, tam de beneficiis paribus, q̄ imparibus. Et ad hoc videtur dicendum, regulam tantum restringi debere secundum terminos, c. secund. de renunc. libro sexto. vt, videlicet, debeat tantum intelligi de permutatione impari, quae videtur fraudulenta, non dealia. Nam ista regula sumpta fuit ex usicribus d. ca. ii. A quo quidem tex. ut superius dixi, ista constitutio spiritu vita accepit, iuxta tradita per Io. de Ana. in. c. audiuimus. in. ii. notabilis. de col. deteg. q̄ de ista reg. meminit, tex. ergo in. d. c. secundo, loquitur de permutatione beneficii pinguis, cīm tenui ab infirmo facta, ad esse etiā, ut beneficium tenue vacaret, & sic fraudulentur ordinarii, uel expectantes. Ergo ista regula debet intelligi secundum terminos illius tex. Et ita de tali permutatione loquitur decisi. Rota. Thomae factolli in causa sexta, dubio. xx. & decisi. ccclx. nota presumitur, in antiqui. Et in eadem loquitur dictus ille glosator Pragmatica. fol. xcviij. Et reassumunt Moder. in tract. de beneficio. in. xlviij. q. iii. partis. colum. penul. & ratio istius decisionis est, quia eo ipso, t̄ q̄ permutatione de beneficio pinguis cum tenui sit in infirmitate, presumitur fraudulenta, uerdic. Imo. in. l. filiae meae. & ibi Bal. ff. solu. matr. Sequitur Soci. consil. lxxiiij. miror. & c. lib. iii. Nam licet sola permutatio beneficii pinguis cum tenui, nō arguat fraudem, ut in deci. secunda, de rer. permu. in antiquiori. Vbi tamen sit ab infirmo, presertim cum amico, uel cōsanguineo, nemini est dubium, talem permutacionem fraudulentam presumi, ut dicunt prædicti doctores. Facit ad hoc, q̄ in notabilis casu infirmi permutacionis disparis ab infirmo facta, quod fraudulenta presumatur, consultum Oldra. in. consil. cccxliii. in. iii. col. Et hoc in terminis tenuit Egid. deci. cccxlviij. facit decisi eiusdem cccclxxv.

REG. DE INFIR. RESIG.

XLIX

cccccxxv. faciunt ea, quae scribit Soci. consil. lxxii. uersi. præterea dicit. lib. iii. Et ita in similibus terminis tenuit Rota in una Taraconen, parochiali corā. D. Paulo Capisucco. xxviii. Januarii. M. D. xxx. q̄ voluit, extrauag. sicut bonus pastor, non habere locū in bīficio fīte permutato cū vero, prout est beneficium de pertica, quod secundā consuetudinē illius dioc. ad effectū permutationis faciēt singi soler, & appellat de pertica, ut latius scribo in dec. super hoc facta. Cōcludo igit̄ breuiter, q̄ ista regula tñ intelligat de illa permutatione infirmi, de qua tex. in. d. c. ii. & prædicti doctores præsumunt fraudē; quā in terminis istius regulē considerat Fely. in. c. quia uerisimile de præsumptio, post Abb. & alios ibi, & latius Pet. de anchora. in consil. ccclxviii. cū aliis superioris allegatis. Secus vero in permutatione, quā infirmi mus cum alio facit debīficio aequali, & pari. Nā in tali permutatione non puto regulā procedere. Et ad hoc ita dicēdū suaderet ratio naturalis & equitas: in primis, q̄a negari nō potest regulā ita exorbitare a iure, & esse penalē, debet igit̄ restringi tñ ad casum, ubi de fraude suspicatur: ubi uero beneficia permutata cū infirmo, essent aequalia, cessat fraude, nisi præiudicū ordinariorū, & expectantū. Nā licet infirmus hoc casu dimittat per resignationem beneficium, quod habet nihilominus tñ aliud simile, & equale beneficium acquirit, quod subintrat in locū dimissi, & vacabit tandem per infirmi obitū, quod ordinarii cōferre, & expectantes acceptare poterunt, q̄ ratio cessat q̄ infirmus pinguē beneficium pro tenue permutat, quia in tali casu manifesta est fraude, & præiudicū prædictorū per predictos doct. conjecturatum, & ideo hoc tñ casu regula locū habere debet, ut q̄tū fieri potest, concordet cū iure cōmuni. iux. not. in. c. causam. de rescrip. & c. cū dilectus. de cōsue. **N**ec obstat q̄ regula ista gñaliter & simpliciter loquitur de permutatione, & sic debet utrāq; permutationem includere, licet minor ratio sit in una, q̄ in alia. arg. tex. in. l. i. q. aūt. ff. de lusu aleq; & ale 3 at. t̄ Nā plus, & minus nō differunt specie, ut in. l. f. ff. de fusa. instruct. quia rñdeunt, q̄ generalis dispositionis ampliatur, & restringit secundū subiectam materiā, ut dixit glos. f. per illū tex. in. c. sū papa. de priu. li. vi. Nec est referenda ad ea de quib; nō est verissimile disponē cogitasse, ut tradit Ias. in. l. Lucius. de lib. & post. & latius in. l. f. de certa. C. de transac. Et hoc casu plus, & minus differunt, q̄n est diversa ratio, ut dicit glos. & Bar. in. l. penul. ff. de noua. Declarat Ias. in. l. qui bis ide. in. iii. col. ff. de ver. obli. dixi in tract. expecta. nu. 99. cum seq. Et ultra prædicta circa hñmōi permutationes beneficiorū tenuit cum pinguis ab infirmis factas, uidēndi est p̄ Pet. de anchora. in consil. ccclxviii. & in consil. ccclxv. & Pet. de Perusio in tract. dere. permuta. col. vii. & And. Sicul. in quoddā suo consilio, cuius numerus nunc euauit in memoria, interrupcione facta alterius negotii.

Quæstio Vigesima.

VIGE SIMO Quero, t̄ an regula ista habeat locum, quando sit resignatio, rescriptus fructibus?

SOLV TIO. Olim R. P. D. Dominicus de Jacobatiis, insignis auditor Rota, & postea Cardinalis in quibusdā suis apostillis ab eo scriptis, adnotauit istū casū, & refert Rotam forte tenuisse temporibus suis regulam non habere locū, per ea, quae dixit Cardinalis in capitulo cum olim. el. ii. de priu. colum. f. versi. quanto quomodo scient &c. Et nihil aliud dicit. Tamen ego satis dubito de ista decisione, ex eo, quia illa talis referatio in infirmo iam morituro, ex quo est parum duratura, uidetur quādam palliata fraude ad effectū circumueniendi regulam. Nam per huiusmodi reservationem fructum non cessat ratio regulē superius allegata. Nec collitur præiudicium, quod infertur ordinariis & expectantibus, ad quod obuiandū processit ista regula. Et dictū Cardinalis loquentis in eo, qui vendit rem, referto usi structu, nō videtur posse bene ad propositū adaptari. Et ideo cogitandum est melius super hoc.

Quæstio Vigesimaprima.

VIGE SIMO PRIMO Quero, t̄ an ista regula habeat locum in beneficio patrimoniali?

SOLV TIO. Fely. hic in quibusdā suis additionibus dicit, q̄ nō, ex eo, quia illius renication nō nocet expectantibus, nec ordinario, & p̄pterea cessat fraude, & dolus in ista regula.

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

CSed adverte, quia ista opinio non uidetur vera. In primis negari non potest, beneficia patrimonialia, quae hodie dantur in titulum perpetui beneficii, esse uerae, & realiter beneficia ecclie saistica, & eoz appellatione comprehendi, ut tradit Fely. in. c. postulasti. in. viii. ccl. de res. sicut est de praestimoniis, & de hospitalibus dicit Fely. ibidem. in. i. col. & in. c. in nr. co. ii. & in. c. de quarta. de prescri. Cu[m] igit[ur] regu. ista simpliciter de beneficiis loquatur, non erit dubium talia comprehendere. **N**on ob. ro. Fely. v. p[ro] renunciatione beneficiorum patrimonialium non sicut dicit ordinario, nec expectatibus, q[uod] hoc non sufficit. **N**am quoniam in lege considerantur plures rationes, licet una ratione cesset, aliae militare virum, q[uod] affinitatis, cu[m] uulg. inst. de nupt. Nam propter illa ratione, reg. ista h[ab]et alia, v. p[ro] renunciatione, ne beneficii valet in via successione, posse ei renunciari ut non potest. **N**am infirmus videns se tam moritur ex illa infirmitate, forte consilio medicorum, ne beneficii valet p[ro] obitu in favore alicuius consanguinei, vel amici renunciari. Et sic isto modo disponit de beneficio suo non alias facturus, si infirmitatem euadere se putaret. Et hoc modo aperitur via disponendi in articulo mortis de beneficiis ecclesiasticis quasi per viam testamenti, & ultimae uolutatis, & affectiois carnalis, quod esse non debet. c. i. & c. ratio. de prae. Quoniam Romanus poterit ad evitandas h[ab]emt[ur]i fraudes, disponit hic, q[uod] si infirmus renunciari moriat infra xx. dies, beneficii ceseatur vacare p[ro] obitu, & licet hoc casu ratio Fely. cesset, quia h[ab]emt[ur]i p[ri]moniale beneficii vacans per obitum, non potest ordinarius conferre, nec expectas acceptare. Tamen non cessat ratio p[re]dicta, in q[uod] sustinetur dispositio, iuxta si eo tpe. de rescrip. lib. vi. **N**ec obstat, q[uod] presumitur debet ista fraus in infirmo maxime morituro, cu[m] presumatur potius memor salutis aeternae &c. quia hoc non sufficit, p[ro] ea q[uod] dicit Bal. in auth. si dicat. C. de testa. & in. c. si cur de testi. & in. l. g[ra]m[atica]. C. de non num. pecu. & Bar. in. l. sequitur in graui. q[uod] i. ff. ad fille. dicentes, q[uod] quis aliquis sit in extremis, non p[ro]p[ter]ea in factis suis presumit ee lo. Euia. et si corpus Domini receperit, ut dicit Bal. in. q[uod] c[on]f. o. in. f. in. t. de pa. c[on]f. Opi. in. Fely. posset uno causa sustineri, v. q[uod] renunciari p[ro] infirmum fieri non posset liberare sine consensu filiorum p[ri]moniali, ad quos presentatio, vel nominatio p[ro] obitu vigore statutorum, privilegiorum, vel consuetudinis pertineret. Nam tali casu ex quo persona resignatarii celeretur approbata p[ro] plures non habent interessus sanguinis, presumere facta talis resignatio potius intuitu iustitia, & uilitatis ecclie, q[uod] amore carnali, sicut diximus de beneficiis iurispa. Nam p[ro] talen conuenit tollitur ois suspicio fraudis, argu. l. f. C. de pact. cum similibus, tenenda tamen est op[er]i. Rotae proper eius auctoritatem.

Quæstio Vigesimasecunda.

VIGESIMO SECUNDO Quæsto, tan ista regula habeat locum in officiis curie? **C**SOLVTO. Ista quæstio habet tria capitula, quia aut loquitur de officiis secularibus, ut sunt scriptorij apostolicarum, portiones, & similia officia, quæ venduntur, & retinentur ab uxoratis. Et iste casus binum regulam Iulii, & Had. expeditus erat, qui expresse uoluerunt talia officia comprehendendi. Tamen regula antiquas, & moder. in quibus nihil de officiis dicit, non comprehendendatur; non solus, quia de illis non fit mentio, sed quia in eis cessat ratio finalis regulae, quæ de beneficiis ecclesiasticis loquitur, quæ vendi non possunt, ut officia, sed per collationem conceduntur clericis non uxoratis. **N**ec obstat, q[uod] in aliquibus officiis & equiparantur beneficiis ecclesiasticis, ut notat Soci. in cons. liii. miror, q[uod] in praesenti. lib. iii. sequitur Dec. in. l. f. in. f. nu. 3. C. de pact. quia in talu, in quo loquitur Soci. militari alia ratio multo diuersa a casu nostro: in qua non solus uerba iustius regula, sed et mens aduersatur. Nam in officiis secularibus curie non est prohibita successio, ex quo illa vendi possint, & p[ro] consequens in articulo mortis transferri tamquam res profana, nihil est igitur, q[uod] ibi de successione illicita, vel de fraude ordinariorum, vel expectanti suspicemur. Et ideo ista regula in illo non procedit. Aut vero loquitur de officiis spiritualibus, de quibus loquitur rex. in. c. ci. accessissent. de const. & c. dudum, el primo. de electio. & c. quod dei timore, de stat. mo. & binum ratione quam in simili. q[uod] ponit Fede. & ceteris aliis regula non habet locum, sed Collectarius contrarium tenet in. c. pe. in. iii. col. versi. quid si mandet. de uerbo. sig. Et pro ista op[er]i facit ea, quæ tradidit Moder. in tract. beneficiorum. q[uod] ii. i. partis. Quia in istis officiis ecclesiasticis mens, & ratio regule co[on]currit, Aut loquitur de officiis mixtis, ut officiis Viccancellarii, camerarii, vel maioris poenitentiarum, & similibus: quae non dantur, nisi habentibus aliquem ordinem factum. Etsi talia officia possunt libere resignari, subiacent isti regulæ, propter predictas rationes. Nam licet participant de qualitate, & aliquam talia officia vendantur; non quia sunt

REG. DE INFIR. RESIG.

L

sunt annexa ordini, & etiam hodie adhaerent pileo Cardinalatus, iudicantur, ut spiritualia, arg. c. quanto, de iudic. Et tenet Nicolaus de Vbal. in tract. successi, ab intest. cleri colum. penult. Verum hodiernis tamen temporibus praedicta officia non ita dantur, ut liberte ce[re]di possint sine licentia Papæ. Ideo in eis cessat ista regula, sicut in consistorialibus.

Quæstio Vigesimatercia.

VIGESIMO TERTIO Quæsto, tan ista regula procedat in altaribus, uel in patrimonio, ad quæ quis in titulum beneficij ordinatur?

CSOLVTO. De patrimonio non est dubium, sed maior difficultas est in altaribus: tamen si illud datur in titulum, collitur ois difficultas, ex eo, quia tunc dicitur beneficium, ut notat glos. i. circa finem in clem. ii. de deci. Quæ uult, q[uod] illa clem., quæ loquitur de beneficiis habebat locum in altari, uel capella, quæ dantur in titulum. Et candem opinionem tenet Domi. in. c. i. col. si. de consue. lib. vi. Et quod altare sit beneficium simplex, tenet Abb. in c. recolentes. in versi. altaria. de sta. mona. Sequitur Deci. in cons. cxi. usq[ue] p[ro]p[ter]o. in. i. col. Ethoc idem in oratorio uidetur dicendum, quia ex quo dati possunt in titulum beneficij, ueniunt eorum appellatione, ut notat Abb. in c. f. in fi. de censi. Distinguendo tamen, ut per Moder. in c. ex parte. ii. nu. 4. de rescip. Regula ergo ista, quæ de beneficiis loquitur, habebit locum in altaribus, capellis, uel oratoriis, quæ in titulum perpetui beneficij concedi solent, de quibus scribitur quidam Moder. in. i. quo tract. iur. pat. fol. xl. & xcvi. q[uod] non refero. Sed in titulo patrimonii locum non habebit, ex quo illuc datur quousque episopus de redditibus ecclesiasticis proutideat, ut not. in. c. tuis. de preben. & non est proprie beneficium ecclesiasticum, licet loco titulidetur, de quibus tamen aliquid dicam in regula de annuali.

Quæstio Vigesimaquarta.

VIGESIMO QUINTO VAR TO Quæsto, tan ista regula procedat in hospitalibus?

CIDE ista quæstione dicam latius in regulis de annali, & triennali, & in quibusdam aliis regulis: Ideo hic nihil scribam; quia ex rationibus ibi positis, q[uod] ista potest decidiri.

TERTIA PARS VARIO CONTINET CASVS.

Quæstio Vigesimaquinta.

VIGESIMO QUINTO Quæsto, quare magis Papa per istam regulam terminum viginti dierum, q[uod] xv. uel trigesima, praefixit in infirmo resignantibus?

CSOLVTO. Decius in cons. xx. in. li. parte. alias cons. ccxliii. dicit, hoc fuisse arbitriatum, iuxta glos. ratus. in. l. i. ff. de postulando. Cuius op[er]io ex eo suaderi potest, quia videmus antiquos renunciationem fraudulentam existimasse, si infirmus resignans moreretur infra octo dies, ut patet in decisione ccclxi. in antiq. repetita per Egid. in decisi. cccliiii. Aliquando enim requirebatur tempus decem, vel duodecim dierum, ut Fastolus in quadam decisione refert. Papa uero hic constituit tempus viginti dierum. Extra ragans vero Inno. quæ incipit sicut bonus pastor. eodē casu mensem statuit. Ex quibus appetet, hoc arbitriatum fuisse.

CQuid igitur dicendum? Puto tempus viginti dierum non fuisse arbitriatum, sed certa, & verisimili ratione, & cum ministerio a tam multis pontificibus constitutum: Quod ex eo, argumentum capimus: quia presumere infirmos infra viginti dies ex eadem infirmitate obiisse, præsumib[us]a conjectura, & cogitatione mortis, non aliud proponit, nisi quia insigne medicos ex longa rerum experientia hoc scripsisse legimus, quos summos pontifices in hac parte consuluisse credendum est. Illi enim in morbis acutis terminum viginti dierum statuisse, quo deprehendi quæat mortal[is] infirmitas certum est. Nam, ut testis est, ea in re Hippocrates in Aphorismis, particula secunda. Aphorismo. xxiiii. & Galenus ibidem in sua Paraphrasi, infirmitatis acutæ tres habentur cognitiones indicatiæ crisis, quæ infra viginti dies terminantur. Abinde autem nulla est certior cogitatio, ex eo, quia ab inde declarat infirmitatem non esse de acutis.

I ii

CPrima igitur cognitio contingit quarto die infirmitatis, que est indicativa septimi, id est, in illa quarta die intelligimus, numquid in septimo die debet esse crisis, uel non. Et undecim dies infirmitatis est indicativa decimi septimi. Et dies decimus septimus est indicativa uigesimi. Itaque in istis tribus hebdomadibus finitur cognitio, & infirmus moritur.

3 Quod expressius declarat idem Hypocrates li. iii. pronosticorum, in hac uerba: t qui bus febris permanet, nec labore grauantur, nec multum molestantur uiae dolore, his aposthema futurum est in iuncturis inferiorum partium, post dics viginti. Quibus febris lo ge, & car. Et subdit viginti diebus transactis, post febrem oportet, ut expectetur exiura cum pertransita aegritudo vigeſimum diem. Hac ibi. Ex quibus verbis aperte colligiur, infirmitatem omnem, quae infra vigeſimum diem hominem interficit, esse de grauibus & acutis. Quae predictis signis cognoscitur: vbi igitur medicus uidit alia signa infirmitatis acutae, quae uelociſſime infra dictum tempus hominem necant, uerisimile est, medicu certiorum infirmitum reddidisse, prout illum, & eius consanguineos de periculoſa infirmitate admonere tenetur, ut animaſ ſite, & rebus ſuis consulat, ut habetur in capitulo cum infirmis, de pœni, & re. Qui quidem infirmi mortis cogitatione tacti, facile ab amicis uel conſanguineis ad faciendas huiusmodi resignationes inducuntur, & iſto modo infirmi de beneficiis ſuis, ſicut de re temporali disponunt. Videntes igitur Romani pontifices haec contingere posse, uelut uiris peritis edocti, quorum copia apud ipſos eſſe ſolet, coſtituerunt in hac regula terminum huiusmoди viginti dierum, infra quem ſi infirmi resignantes morerentur, uoluerunt, beneficia resignata, non per resignationem, ſed per obitum vacare censeri: hac, ut dixi, moti ratione, ne infirmi grauitate aegritanties certificati per medicos in primo, uel ſecondo crifi de genere infirmitatis mortalitatis, de beneficiis, ſicut de praeditis, & bonis immobilibus in consanguineos ſuos, uel alios amicos, quaſi testamentū condentes disponant. Qui quidem disponendi modus a ſacris eſt Canonibus reprobatuſ, ut appetat in c. pleriq. & in capitulo apostolico, viii. q. i. Ideo bona fuit iſta prouifio, quae frauduſu iuſmodi ſuſtulit: nec fortuito, ut Deci putabat, ſed optima, & certa consideratione fancita.

4 Ex quibus omnibus ſit breuis coſclusio: t q̄ infra. xx. diē poreſt cognosci infirmitas mortalitatis, in qua ſi resignans infirmus moritur, non ualeat resignation, quia praefumitur conſulto illam feciſſe, ob praeditam cauſam: praefertim quia, ut dicit Salyce, in l. furiosum. C. qui testa. fa. poſſi. infirmi grauitate laborantes non praefumuntur eſſe in ſana mente: ſed iſta ceſſant quando infirmus obiit poſt viginti dies. Quia signum regulariter eft, quod infirmitas non erat grauitas. Et ideo tali cauſa fraude, & dolus, & defectus mentis ceſſant. Iſta ſunt, que mihi ſuper iſta quaſtione occurruunt: quae licet morderi poſſent, ne tamen in infirmitum procedatur, acquieſco. Satis enim ſuiſ occupato uiro, cuiuſ modi ego ſum, uiam no uitati praefiſſe.

Quæſtio Vigeſimæ ſextæ.

VI GE SI M O S E X T O Quero, t an regula iſta procedat in renunciatione facta extra curiam coram ordinario, uel legato?

CS O L V T I O. Videtur dicendum, q̄ non, ut in terminis consuluit Deci, in confi. cc. xxiiii. in caſu propoſito, in fine. Mouetur duabus rationibus. **1** Prima, quia regula iſta de renunciatione loquens, debet intelligi in dubio de ea, quae fit in manibus Papæ. Et licet ad hoc nihil alleget, tñ facit, quod dicit Anto. de Butrio in c. ſua. de offi. vicarii, & facit. l. queritur, ff. de iſta. ho. **2** Secunda ratio Decii eſt, t qui ſummuſ pontiſex faciliuſ decipi, ac fraudari potest: q̄ ordinarius, ut not. in cle. i. de offi. ordi. Igitur necessaria magis ſuit pro uicio regulæ iſtius in resignationibus factis in curia coram papa, q̄ coram ordinario. Ita concludit Deci, in d. confi. **3** Addo, pro iſta opinione benefacere teſtum iſtius regulæ, dum diſponitis illos viginti dies computari debere a die praefiti conſensus, & non renunciationis factæ, non alia de cauſa, niſi ut apteſt tenderet ſtilum curiae, qui hanc formiam praefandi conſenſum, in cancellaria, uel in Camera introduxit, cum tam entra curiam unico contextu fiat renunciatione coram ordinario, & praefetur conſensus, imo actus ipſe renunciationis eſt unus, & idem cum conſensus. Ergo dicendum eſt, regulam tantum renunciationes factas in curia, non extra conſiderare. Et quia eſt recte intuenti renunciationi factæ extra curiam non conuenient verba regulæ. Igitur nec eius diſpoſitio locum habebit. l. hoſ aſcusare, q̄ in omnibus de accusa. cū ſimilibus. **4** Hoc etiam ſuaderet, t quia uidemus conſenſum

ſenſum in curia precedere aliquando, & interdum ſequi ſignatam ſupplicationē, iuxta c. cura, de iur. pat. & deci, v. de rer. permittat, in no, quod extra curiam non ſeruantur. Ultimo p iſta opinione facit, quia conſtat plures alias regulas in modo loquendi huius in ſtra ſimiles, non habere locum extra curiam, ut pater in regula de exprimendo ualore, & regula, q̄ diſpensationes non ſuffragant, niſi literis expeditis, quae non habent locum extra curiam, ſe cundum interpretationem Rotæ, ut ibi diceatur, ergo neq; iſta locū habere debet.

5 Scd predictis non obſtan, ueror uidetur opinio contraria, pro qua faciunt rationes ſe quentes. Prima, quia clarum eſt, regulā factam fuſſe, ut fraudib⁹ in ſirmi reuociantis, & il 4 ſorum in quorū fauorem renunciari ſuit, occurratur: t quia eo ipſo, q̄ renunciatio facta re peritur in infirmitate, preſumitur fraudulēta, ut dicit Alex. in l. filia. ff. ſolu. matri. Et hoc ex eo ſuaderet, quia infirmus non preſumitur eſſe in ſana mente, ut dicit Saly. in l. furio ſum. C. qui teſt facere poſſi. Sed iſta ratio militat extra curiam. Igitur regula eſit generalis. Et quia absurdum uideatur, q̄ in ſirmi cogitatione mortis inducuntur quas ad diſponendū per iſam ultimam voluntatis de benefitiis in fraudem ordinariorū, & expectantū, ut in ſpecie conſiderant quidam doctiſſimi reuocantib⁹, uideſet, quidam Guliel. Benedicti in re pet. c. Raynicius. fol. clxi. nū. 26. de teſta. quod prohibutum eſt, & reprobatum a iure, ut in c. apoloſtolica. viii. q. i. Iſta enim ratio generalis eſt, tam in curia, q̄ extra curiam. Ergo & regula crit generalis, ex qua non ſolum verba, ſed mens in ſpicienda eſt, ut dixit tex. in l. ſci re. q. aliud. ff. de excu. tut. Per quem tex. voluerunt Domini in una Saguntina parochialis de Prados Redondos, coram me, de anno M. D. xxxv. t q̄ regula prorogatiuarū ſcriptorum non militaret contra familiares Papæ, attenta eius mente, licet verba aliud ſuaderent. Ita dicendum eſt hic, uideſet, q̄ meis iſtius regule attendi debet, quæ licet nō ſit expreſſa, ſed ſit coniecturata limitat, & restringit verba legis ad limites rationis, ut notat Abb. in c. fi. col. v. de iur. iu. & in c. ſecondo requiriſ. in priu. de appella. Et breuiter non eundo per mendicata ſuſfragia ſecundum iſtan opinionem poſt longas diſputaciones in pluribus causis iudicauit Rotatex quibus ſuſſiciet exempli gratia, qua uor adnotare. Primo, n. hanc quaſtione propositi R. P. D. Simonetta in una Barchinonē, capellanię, in qua ita fuit conſlūſum. Et idē iudicatum fuit in una alia Salamanca coram D. Hugone de Spina, & in aliis diuibus coram D. Paulo de Capituccis, ut eas referr & de his attestatur Domi. Guliel. Caſſiodorus in recol. ſuis deciſ. Rotæ, quae nunc per manus plurium curialium versantur, ubi latius hoc ſcribit.

6 QN on obſtan modo, quæ in contrarium dicta fuerunt, quia ratio Decii in dicto confilio, uideſet, quod iſta regula debeat intelligi de renunciatione facta in manibus Papæ, non eſt uera, ex eo, quia regula iſta generaliter, & indiſtincte loquitur. Debet igitur generaliter intelligi de renunciatione facta in manibus cuiuſcumque ordinarii: ſicut etiam generaliter, & indiſtincte intelliguntur tituli de renunciatione, & de rerum permutatione. Et iſta interpretatio videtur necessaria iſto caſu, t quia ratio fraudis conſiderata in regula militat in renunciatione facta coram ordinario extra curiam. Et licet omnimoda ratio, uel ſi milituſ non concurrat, ſufficit, quod ex aliqua parte ratio diſpositionis militet, arg. tex. in lege prima. q. quod autem. ff. de uſu, & alea. & quæ notat Abb. in capitulo quenadmodum, in priu. notabili. de iur. iu. & per hoc paer reſponſio ad ſecundam rationem.

7 Nec obſtan, quod eſt dictu de conſenſu, ponderando uerba regula, quia reſpondetur, quod uerba de conſenſu poſſunt etiam in renunciationibus extra curiam verificari, vbi, & ante, & poſt potest quis conſentire, ſicut in curia, ut ego uidi in pluribus renunciationibus de paribus factum fuſſe, cum nihil ſit quod huic facto refragetur. Et licet illa uerba de conſenſu, fuerint addita per Iulium ſecundum ad euitandas curialium fraudes: quorum alii qui ſolebant interdum tenere ſupplicationes in Scarfella ſpectantes exitum infirmitatis de funeti, & poſt obitum conſentiebant. Nam hacc proutiſſo facta in curia per Iulium militare potest etiam extra curiam. Cum igitur iſta regula continueat in ſe plures rationes, de quibus ſaepē in ſuperioribus facta eſt mentio: ſive militent omnes in renunciationibus extra curiam: ſive aliqua curiarum diſpositione ſemper generaliter procedet, & habebit locum tā in curia, quā ſunt extra, iuxta ea, quae dicit Iaf. in l. cum filio. in. xxiii. col. ff. de leg. i. & in l. de di. la prima, in priu. notabili. ff. de con. cau. da. Et iſta ſuſſiciat propræſenti quaſtione, Reliqua vero, quæ hic deſiderari poſſunt repetenda ſunt ab hiſ, quæ latiſſimæ ſcripiſſi ſuperius in procœmio regularum. q. ii.

Quæstio Vigesimaseptima.

VIGESIMO SEPTIMO Quaro, † an si infirmus leui infirmitate, non letali, ut est podagra, quartana, uel simili, renunciat beneficio, & papa admittit resignatio nem, cum derogatione istius regulæ, per ista uerba, quatenus ex illa infirmitate moriatur; an si infirmus moriatur infra viginti dies ex superuenienti graui infirmitate, censetur dero gatum regulæ per dicta uerba?

SOLVITIO. Videatur q̄ non, ex eo, quia illa derogatio videtur tantum referri ad infirmitatem leuem existentem tempore renunciationis, & de illa uidetur cogitatum, non autem de superuenienti. Pro quo uidetur tex. norabilis in elem. f. & in. c. ad audiē tiam. de eccl. adi. & in. c. quod vero. xxxii. q. ii. Sic etiam uideamus. † quid emptio, uel pa cium non trahuntur ad ea, quia non apparent, seu quæ nesciuntur tempore contractus. l. Rutilia, ff. de contrahen. emp. & l. tres fratres. ff. de pæt. cum aliis, de quibus per Gem. in consil. lxi. col. penit. Et quia si tempore infirmitatis letalis percretur derogatio regu la, fortassis Papa eam non concederet, propter presumptionem fraudis, quæ non militat in leui infirmitate, de qua non est periculum, aut proximus timor mortis, ut in quartana, & aliis similibus, quæ iudicio medicorum infirmitates longe sunt, & non periculosæ, ut ha betur in l. quæstum. ff. de re iud. & in. l. qui tertiana. ff. de adi. & simi ego expertus in illa misera, & calamitosa yrbi direptione, quo tempore quartana febris per. xii. menses me corripuit. Cum igitur Papa hoc casu leuis infirmitatis concessit derogationem, quæc quis ex illa infirmitate decederet, non debet derogatio trahi ad neuam infirmitatem superuenientem, arg. eorum, quæ scribit Ias. in. l. qui feruum. ff. de uerbo, obliga. & Roma. in consil. xxii. in. ii. col. & consil. clxviii. & d. iii. col. f. dum allegat tex. in. c. cum inter. de renun cia. Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, ut dicit tex. in. l. de aerate. §. caus. ff. de interrog. actio. cum concor. ut in notabili casu tradit. Decius in consil. cccxxxv. in ii. col. In o si illa prima infirmitas, puta, quartana, quæ, ut dixi, iudicio medicorum non est mortal, alteraretur, & redigeretur in tertianam grauem, & periculosam, non extenderetur derogatio ad istum casum; † quia qualitas superuenientia alterat ipsum subiectum, & rep onit in diuersam speciem. l. quæstum. §. illud. de leg. iii. l. a. ff. de dona. & c. statut. de elec. lib. vi. Et ista quæstio, ut audiui, sicut ita in terminis uenitata, & decisâ tempore Innocen tis reuoluta mihi bonæ memoria: Cardinalis sanctorum Quatuor senior, nescio tamen quibus rationibus.

Quæstio Vigesimaloctava.

Graffen. fuerat etiam super hoc dubitatum: & vota diuersa fuerunt. Tertio loco idem D. Pet. iterum questionem proposuit, & post longam disputationem, Domini eam terminauit, in qua plura argumenta, & rationes facta fuerant, quorum precipua narrabo, ne fastidio sim curialibus occupatis: & quia istam, q. latissime in regula de triennali posse re, attingo: ex quo loco plura, dum casus iste occurret, mutuari poterunt. In primis igitur pro parte negativa, videlicet, q. regula ista in commendanda locum non habeat, quidam ex Dominis ponderabant tex. regula non facere mentionem de commendanda: Ergo neg: nos super plebe debenut. I. si scrutum. q. praeor ait. ff. de acqui. h. x. Addebat fortius, t. quia commendatarius per substitutum oriund ex loco deseruire potest, ex quo habere potest alia ecclesiam in titulum cui personaliter tenetur deseruire, ut tradunt docto. in. c. dudum. ii. p. illum tex. de electio. Et talis substitutus potest regula satisfacere, & supplere defectum commendatarii, quod non est in titulari, qui tenetur deseruire per se ipsum. Vnde si non intellegit, nec loquitur idioma, non poterit sacramenta ministrare, quae uerborum intellectum, & loquela requirent. Et ideo in titulari duntaxat regula locum habebit. Itaratio quorundam Dominorum sat dubiam materiam reddidit. Q. Sed in contrarium allegata fuit per alios Dominos praedicta decisio Domini Gulielmi, attestans Rotam contrarium iudicasse. Quae dubios reddidit Dominos, & negotium distulit ad Calendas Octobris. Tunc. n. in primis audientis causa iterum fuit posita. In qua pro opinione illorum Dominorum ponderabant uerba istius regulæ, ibi, prouidere, seu prouideri mandare, &c. Quae adaptari posse non uidentur ad commendandam. t. Quia commendanda non est prouisio, ut dicit expressio Collectarius in. c. si constituerit, in secunda col. de accusa. Facit, quod dicit Cardinalis in cle. causam. in. iii. q. de electio.

U. tis tamen non obstantibus, maior pars Dominorum tenuit contrarium, videlicet, regulam habere locum in commendanda. Quorum opinio istius motiuis defenditur. Primo considerando rationem finalē istius regulæ, quæ secundum communem opinionem in favore, & utilitate animarum fundatur, ut teneri expresse Bartholom. Belenzinus auditor. Rota in dicto tracta. de charita. subsid. q. lxvi. col. v. & dixi superiorius in i. & in. iii. questione. Sed salus animarum in hoc consistit, ut pastor iustum pecorum suorum insipiat, uisiter ecclesiæ, confessiones audiat, populo prædicet, & alia ad curam animarum pertinentia, sacramenta ministret, uisuperius in dictis questione. i. & .iii. dictū est, quæ oīa in commendatario militante, post q. capit fructus ecclesiæ, qui sibi propter dictū onus datur. Ergo in illo dispositio istius regulæ locum habebit. l. i. ff. ad municip. &. l. a. Tito. ff. 4. de furt. t. Frustra. n. in commendatario contemporanea ætas, & ordo sacerdotalis requireatur, ut dicte Domini. in. c. nemo. in primo notabili. de electio. lib. vi. per illum tex. nisi ad ea teneretur, ad quæ rector ipse tenerit, videlicet, administrâda sacramenta fidelibus parochianis, qui sine commercio linguae, & intelligentia idiomatis, ministrari non possunt. Et ob eam causam in commendanda necessitas, & utilitas ecclesiæ cōsideratur, ut ibi dicit Dominus. in tertio notabili. Et tamen regula ista ad alium effectum ædita non fuit, q. propter utilitatem ecclesiæ. Ergo uidetur in ea includi commendanda: cum eadem ratio sit in commendatario, quæ est in titulari, Ergo regula utrumq. comprehendere debet: maxime, quia ista regula generaliter loquitur. Ergo oīas casus comprehendere debet etiam si maior ratio sit in uno casu, q. in alio, iuxta tex. notabilē, qui de poena loquitur, in. l. i. q. quod aut. ff. de aleato. Et qui se exceptū dicit a regula, illud probare debet: t. quia lex indistincte oīas, quos non excipit, ligat. c. i. de consti. c. omnis anima, de censibus. c. solita, de maio. & obed. Cū 5. igitur commendatarius a regula non excipiatur, dicā sub illa comprehendendi. Confirmatur ulterius ista opinio: quia uidentur, regulam istam habere locum in gratia expectativa: quæ est quædam concessio temporalis, iux. c. fi. de concess. preben. Ergo eadem ratione habebit locum etiam in commendanda, quæ etiam concessio temporalis est. Preterea quia ista regula initium considerat, & sic tempus prouisionis beneficij, Quo tempore nisi peritia idiomatis in regula requisita concurrat, collatio, sive prouisio beneficij est nulla ipso iure, ut patet in tex., quia qualitas adiuncta verbo, debet adesse tempore verbii. c. statutum, de rescrip. lib. vi. l. miles. ff. de testa. mili. Et ista ratio æque militat in commendatario, sicut in titulari. Ergo. &c. Et per hoc illa ratio illius Domini resolutur, videlicet, q. commendatarius per substitutum deseruire poterat: quia est uerum, post q. commendata ualide præcessit, idest, quando concessa est habenti peritiam idiomatis, uel quando a principio in ipsa prouisione isti regulae

REG. DE IDIOMATE.

LXIII

gula & derogatum est, tunc enim valide substitutum ponet. Vbi vero a principio, tempore prouisionis ista non concurrunt, prouisio est nulla: & ideo tali casu de constitutione substituti disputare non attinet, qui postea sequitur: & sic eo tempore, quo iam prouisio commenda facta persona ignoranti idioma non ualuit.

¶ Non obstat etiam, q. tex. iste commendanda comprehendere non uideatur, ex quo loquitur de prouisione. Et prouisio non est commendanda: quia hoc est falsum: Quia imo sub tali uero cōprehenditur, ut in specie tener Domi. de. S. Gemi. in. c. nemo. in. ii. col. versi. item facit. de electio. lib. vi. Vbi ei hoc inferit, t. q. si Papa referuat prouisioni sua beneficium, si il lud dat in commendam, referuario exipiat, secus si collationi sua referuat. Rationem ibi ponit: quia commendari est prouidere. Et ita ibi Domi. sequitur Philip. Fran. in. iii. col. & Nicolaus milis summus practicus, & auditor Rota, in suo indice, in verbo beneficium vacans referatu &c. Et latius coeteris I. Aloisius Toscanus aduocatus consistorialis antiquus, & summus practicus, in quoddam consi. suo incipien. nūquid regula prohibet. Vbi noui soli tenet commendam sub ista regula cōprehendit, sed et sub quibuscumq. regulis de prouisione loquentibus. Cū quibus concordat egregius pater D. Jo. Fran. Paulinus Rota auditor in eleganti suo tract. de se. vacan. in. iii. q. principali. & Moder. in trac. referuationi. fol. vii. & in effectu. xxxviii. & fol. xxxii. Quicquid de hoc dubitet Roma. in consi. eccl. col. iii. cū quo unico verbo Fely. transire uidentur, in. c. in nostra. in. xxii. corr. in. ii. col. versi. scias ē. de rescrip. Reliqua, q. circa ista quæstionem desiderari poterunt, repetenda erūt ab illa quæstione nota digna, & multum per me discussa in regula de triennali. q. v.

Quæstio Sexta.

S E X T O Quarto, t. nunquid ista regula obseruari debeat, & liget extra curiam? **S E C O N D O** Glofator hic tener, quid non, rationib[us] de quibus hic per eum quē uide, Sed ueritas est in oppositum: Nam ex quo ratio istius regulæ, que utilitatē anima rū respicit, ita generaliter militat extra curiam, sicut i. curia, generaliter interpretari debet, a. eorū, quæ dicit Fely. in. c. ii. col. penul. de rescrip. Et ratio Glofatoris, q. ordinarius magis personas sive diocesis, q. alias cognoscat, non facit ad propositū: quia illud concernit no res, & probitatē viræ, non atriūrationē idiomatis, quia cognitio ordinarii nō tollit defectū personæ non intelligentis, uel loquētis idioma. Nā qn̄ clare illum esse incapacē, & expers lingua constat, illa ratio nihil valer. Et ita regulam de infirmis resignantibus, quæ parisor mic generaliter loquitur, extra curiam locum habere uidentur, ut Rota sapienter conclusit, & iudicauit, ut ibi late diximus. Pariformiter igitur in ista regula, idem dicendum est. Reliqua circa istam quæstionem dixi superiorius in proœmio, vbi plenius uiderendum erit. q. ii.

Quæstio Septima.

S E P T I M O Quero, t. Ponamus, Britonē Gallum impetrasse gratiam expectatiā. Sin diocesi Britonum Britonizantium, quorum idioma est diuersum, & inter eosdem minime intelligibile, de quo in expectativa mentionē nō fecit. Propter quod impetrat gratiā, quod perinde italeret dicta expectativa, ac si in ea facta fuisset metu de tali defectu quā gratiā expectans non expediuit ante uacationē, Poltea uacat beneficū, idē Brito Gallus acceptat; alius Brito de Britonizantibus est acceptat, & conatur excludere Britonē Gallum primū acceptantē, exceptione istius regule, quæ annullat expectatiā non intelligentis idiomā. &c. Brito Gallus replicat, gratiā suam expectatiā validari, uirtute gratiæ, perinde valere. Triplacit alter Brito Britonizans, gratiā perinde valere, non c. suffragari, quia literæ nō fuerunt expeditas: Et dat de regula, q. cōmissiones non ualeat, literis nō expeditis. Dubitat, ansola supplicatio sufficiat, quoad derogationē istius regule, & supplēdū eius defectū?

¶ **C O N C L U S I O** t. In ista quæstione conclusum fuit, solam supplicationē gratiæ pindē valere, non sufficere ad suppliciū defectum idiomatis, de quo loquitur ista regula, vt et dīxi in regula. xxv. de non iudicando iuxta formam supplicationis, nisi literis expeditis. Tamē per Dominos in præsenti quæstione duo capita considerata fuerunt. Primum, quando expectativa, & perinde valere, sunt eiusdem data. Et isto casu gratia perinde valere suppler defectum istius regule, & acceptatio illius vigore valeret. Ita Rota tempore Leonis

L iii

Papa secundi in causa Giennen, canonizatus, & præbendæ coram D. Vanilio pro quodā Valentino expectante, contra castellanum etiam expectantem sententiauit, nam Castellanus expectans excipiebat de ista regula contra Valentiniū etiam expectantem, qui tamen sibi eadem data expectatiæ fuit gratiam, perinde ualere impetraverat: Rota pro Valentino renuit. Secundum caput est, quando gratia perinde ualere, sub diuersa data cœcessa fuit. Er isto casu Rota de anno M. D. xix. tenuit, illam non supplere defectum istius regule, nisi literis expeditis, ante uacationem. Et ita pronunciauit D. Camillus de Balionibus in favorem Vulgalei de Vezardo Britonis Galli, contra Martinum Collant, Britonem Britoniam in causa Corosopiten, ad quam dioecesim vterq; gratiam suam expectatiuam habuerat, cuius sententia confirmata fuit per bonæ memorie D. Guliel. Calviadorum de anno M. D. xx. de mense Januario, ut ipse idem refert in suis collect. deci. Rotæ. fol. cciiii. & seq. Quibus autem rationib; moti fuerunt Domini, ponitib; latius D. Guliel. referendo motu Gemini. in consil. exviii. & Belame. deci. dcccvi. que breuitatis causa non referto, cum ibi uidetur possunt. Nam illæ decisiones iam fere per manus omnium curialium, circuferuntur, ideo omitto; quia de ista questione latius in regula. xxv. dicam.

¶ Questio Octava.

OC T A V O Quarto, † quid si aliquis pro parte intelligit, & pro parte non, an videatur satsfactum regulæ?

SOLV T I O. Tenerem, q; non, per istam rationem: quia hic ponitur clausula annullativa, formam inducit, secundum Bal. in. l. i. ff. de libe. & posth. tradunt Moderni in l. pacta, qua contra C. de paet. Sed in formalibus nihil dicitur actum quando aliquid defi cit, ut in. c. i. de bap. facit. c. defleat. de reg. iur. † Nam forma ita transgrexi dicitur in minimo defectu sicut in magno, vt tradit Fely. in. c. cum dilecta. de rescrip. Et est tex. notabilis in. c. queritur. q; episcopus. xxii. q. i. Nam qui male intelligit, non bene referre potest, ut dicit Specul. in tit. de aduocato. q. lxi. post medium. Ethoc ulterius suadetur, quia in tex. duo copulatiæ requiruntur, videlicet, q; intelligat, & intelligibiliter loquatur: quorum alterum non sufficit. I. si ita stipulatus, de verbo, oblig. Et uerba simpliciter prolata intelliguntur in perfecto significatu. l. ii. C. de his, qui ve. eta. impe. Illeigitur, qui pro parte loquitur, & intelligit, non perfecte dicitur habere idiomam, ut uerba regulæ adaptentur.

¶ Questio Nona.

NONO Quarto, † ponamus, q; in aliquo regno sint duo idiomata, siue lingua, una naturalis, altera accidentalis, ut in Lusitania, que habet propriam lingua Portu galensem, que est eorum naturalis, & linguam Castellanam, que est eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplēcēm linguam habent, & Sardi etiam, qui habent duplex idiomam, vide licet, Sardum, & Catallanum, quod est eis accidentale ex commercio, & vicinitate Catallorum acquisitum. Quid ergo si castellanus impetrat gratiam in regno Catabrorum, uel Portugalliar, ubi Castellanus non intelligit, neq; loquitur eorum idiomam naturale, sed bene illorum accidentale, videlicet, idiomam Castellanum, per quod intelligibiliter loquitur, & intelligit, an huic obster regula?

SOLV T I O. Videatur prima facie dicendum, q; non, ex eo, quia in tali imperante si nis, & mens regula seruatur, que attendi debent. arg. l. scire debes. ff. de legi. Nā habito si ne costitutionis modus nō curatur, ut notat Abb. & alii in. c. qm̄ cōtra p. illū tex. de prob. ¶ Contrariū fuit dictum tempore D. Jo. Vanulii quondam auditoris. De ratione dictio nis non constat, sed putarem, istam esse: † quia in regula, quæ interpretanda stricte est, maxime in beneficialibus, verba naturaliter, non accidentaliter intelligi debent. l. i. g. hoc interdictum, vbi Bar. ff. de fonte. Nā talis casu natura præualeat accidenti, ut notat Bar. in. l. quib; habet, per illum tex. ff. de turel. & tradit not. Ang. in cōsi. ccxcvii. Ludus pilæ. in. i. col. vnde ex quo mēs istius reg. fuit, ut cōmodius rector parochialis saluti aīarū in cōfessionibus, & sacramentis, & fidicationibus, populo exhibēdis, cōsulere posset, p. q; simplicibus, & ignaris hoībus, quales sunt mulieres, & populares artifices magis subueniunt: o isto casu regula obstat, quia uerū est dicere hādī impletatē castellanū nō callere idiomam propriā, & naturale

& naturale Cantabrorum, sed accidentale. Nec obstat, q; in illis partibus lingua Castellana, ut plurimū nobilibus, & ab aliis negotiatoribus intelligitur: & eam sufficienter loquuntur, quia hoc nō sufficit, nisi communiter mulieres, & alia simplices personæ illud idioma peregrinum, sicut naturale, & proprium intelligent, alias regula generaliter omnibus non prouideret, maxime in casibus istis necessariis sacramentorum, per rectorem parochialis exhibendorum, in quibus rudes personæ magis instrui debent, quod sine commercio lingue fieri nequib; Concludendum igitur est, regulam hoc casu habere locum.

Limitant aliqui hoc non procedere in imperante multum qualificato moribus, & scientia, qui illi patræ multum esset acceptus: quia tali casu putat sufficere, illū intelligere, & loqueretur peregrinum idioma, quod communiter ibi intelligitur. Quia tunc ex sufficientia 3 uiri, utilitas animarum compensari posset. In quo casu † illa regula iuris, uidelicet, quod naturale præualeat accidentale, de qua in. d. l. qui habet, nō procederet, ut notabiliter dicit And. Sicul. in. c. in præsentia. in. xxxiii. colum. de proba. ¶ Sed ista limitatio tutu non uisatur, quia ubi agitur de præiudicio animarum, qualitas personæ nihil operatur, ut dicit Bal. in cap. iurauit. de proba. & in. c. i. in fi. ut lite pendat. Sequitur Fely. in. c. quod super his. in. iiiii. colum. de fide instrumen. Nam hic non tam quārimus rectore moribus sufficientem, quām loquentem, & populo rudi necessaria sacramenta ministrare scientem.

¶ Questio Decima.

DE C I M O Quarto, † nunquid regula ista obster Normandis habētibus parochiæ in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia?

SOLV T I O. Videtur q; non, per ea, quæ dicit Egidius in. c. dudum. in princip. de præbend. lib. vi. Qui dicit, q; Normandus impetrare potest iudicem cōtra aliquem de aliis qua parte Franciæ, & extra terram Normandia, puta in Picardia, Burgundia, & Britannia: de non poterit, ut suspectus recusari. Et ita per istum dictum, quidam Moderni tenuerunt ista partē in quibusda. Apollinis. ¶ Tamen, iudicio meo, illud dictū Egidiū ad propo sitū istius regulæ nō facit, quia in loquela fundatur. Itaq; quoad hoc, ut prædictus sub regula non comprehendatur: requiritur, q; Normandus idioma loci, ubi parochialis est sita, loquatur intelligibiliter, & intelligatur: alias non bene sacramenta ministraret. ¶ Quia cōceptus non bene coecum diceret, ut dicit tex. in proposito notabilis. in capitulo penultimo. de acta. & qualita.

¶ Questio Undecima.

NDECIMO Quarto, † an ista regula habeat locum in uicaria perpetua, & in omnibus aliis beneficiis curatis?

SOLV T I O. Omisis mutatis, dicendum est regulam in uicaria perpetua locum habere, istis rationibus. Prima, quia clarum est, regulam esse in iure communī fundatam, ut late in prima quæstione diximus. Sed de iure communī inductum est, dispositionem de parochiali loquentem, habere locum in uicaria perpetua, ut est tex. in clemen. prima. de officiis uica. Ergo eodē modo ista regula in illa locū habebit. Fortificatur hoc, † quia uicarius perpetuus in ecclesia ubi non est rector, in oībus rectoris uice fungitur, ut tenet Rota in deci. ccclxi. in antiq. Ethoc uisit alia dictio. ccclxxiiii. incip. fuit dubitatum, & in consiliis positū. Quod igitur de uno dictū est, de alio dicendū erit. Accedit quia uidemus, q; episcopus sicut cum rectore super aīate non dispensatur in cap. primo, de acta. & qualita. ita neq; cū uicario perpetuo, ut notatur in. d. clemen. i. faciunt, quæ dicit Lapus in add. ad Fed. in tracta. permū. q. xiiii. Hinc est, q; tales uicarii perpetui dispositionem. c. licet. de electio. lib. vi. seruare arctatū, licet in parochiali loquitur, ut est glo. & ibi omnes in. d. cle. prima. Et eo modo dispositionē. c. ex eo. de electio. co. li. seruare tenet. Et ista omnia magis in casu nostro quadrare uidetur: quia ista regula de parochiali indifferenter loquitur, neq; distinguit, an illa parochialis regatur per rectorem, uel per uicarium perpetuum: Ergo generaliter est intelligenda. ¶ Nam cum tex. non distinguat, neq; nos distinguere debemus, c. ad audiētiā, cum similibus. de decimis. Praterea, quia est eadem ratio in uicario: quæ in rector, cum uterq; prædicandi officium habeat, & confitendi. Vnde propter eandem ratio-

nem dispositio etiam penal is in uno casu loquens, ad aliam extendi debet, ut dicit glo. in clem. prima. de electio. & tex. c. si postq. q. primo. in eo. titu. lib. vi. Eo maxime, quia ista regula non est exorbitans a iure communis, sed conformis. Et ita pro ista parte teperio consiluisse loachinum de Narnia, olim famosum aduocatum confistorialem, in quadam causa T recorci, vicaria, seu parochialis ecclesia de Launie. cuius initium est, Posto quod prohibetur. &c. Et hoc quantum ad uicariu dicta sufficiant. ¶ Sed maior est difficultas sci re nunquid ista regula indifferenter in omni beneficio curato, locum habeat, & prima facie uidetur dicendum locum habere, cum sit eadē ratio in aliis curatis beneficiis propter administrationē sacramentorum. Tamen hoc non est uerum, quia ista regula nō sine misericordia tātū de ecclesiis parochiali loquitur. ¶ Et ideo pro uero intellectu istius materia aduersitatem cītē, tātē quod cura potest dupliciter considerari, uidelicet, large, & stricte, ut ponit Innocen. in. c. cum satis. de offi. archi. Largo modo cura dicitur potestas feri contentissi, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, uisitare, & alia huiusmodi, quae ad correctionem morum tendunt. c. dudum ecclesia, de electio. & ibi glo. bona. Hanc curā archidiaconi, & allii inferiores pralati habere possunt. c. i. de offi. archi. & notant Docto. in. c. cum contingat. de foro compe. Et in talibus nō putarem regulam locum habere. Cura uero, stricte, & proprie sumendo, dicitur potestas ligandi, & soluendi in foro pœnitentiiali, & hoc non cadit, nisi in sacerdote. c. in nouo. xxi. dist. inctio. & c. omnis. de pœnit. & remis. ¶ Dicitur ergo beneficium curati, quoad propostum istius regulæ, illud, quod habet potestatem fori pœnitentialis, ad quod exercendum, requiritur mutua, & reciproca intelligentia sermonum, siue idiomatis illius loci. Quod quidem in uicario perpetuo habere locum nemo inficiari poterit: si in aliis curatis eadem ratio concurrit, uidelicet, q. ratione beneficii curati tenentur sacramenta ministrare, & ea omnia exercere, quae rectores solent, siue hoc illis de iure, siue de consuetudine, uel fundatione competat, nulli dubium erit in illis locum habere regulam propter identitatem rationis. Et hoc, quod de cura dictum est, procedit etiam si rector, uel curatus actu non exerceret curam propter recessum parochianorum, dummodo habitu sit aptus exercere, ut tradit Cardi. consil. xlvi. quidam nobis. &c. Et licet in hoc contrarium teneat Federicus consil. cxxv. incipien. Casus talis est. Tamen illud, alium finem, seu effectum respicit, nec facit ad propositionem, de quo loquitur, ut distinguunt Abb. & allii in. c. de multa, de prebend. & dixi, latius ibi in repet. mea subreptā Patauii. Hoc tamen intelligas, quando alias ipsum beneficium de sua natura est curatum: Secus si per uiam adharentia, ut quando beneficium de sua natura simplex haberet an nexam curam, uel ex constitutione ecclesiae aliquis uices curati gereret.

¶ Quia per hoc talis habere beneficium curati non dicitur, proprie loquendo, ut dicit Oldra. in consil. ccii. factum tale. & sequitur Fely. in capitu. in nostra. in. x. corr. de rescrisp. Quod est notandum pro intellectu istius regulæ, & plurium iuriuum: tamen satis ex constitutione ecclesiae populo sacramento administrare tenetur, in eis locum habebet ista regula. Ex quibus etiam unū aliud infertur, quod sola potestas fori pœnitentialis beneficium curatum non facit, nisi cum hoc beneficiarius habuerit, seu certam parochiam teneat, ut sentit glo. in clem. dudum. in uerbo impedian. de sepul. Dicens, quod licet fratres praedicatorum, & minores, ex priuilegio dictæ constitutionis, & clem. exiui. exercere possint ea, quae sunt fori pœnitentialis, non tamen per hoc censemur curati. Ratio est secundum glo. quia neque ipsi curam ad exercendum astricti sunt, neque parochiani in foro pœnitentiali ad eos recurrere tenentur. Ad idem bona Glos. in cle. prima. in uerbo presbyteri. de priuilegiis. quam singularem dicit Abb. Panor. in cap. significasti. de foro competēti. & in. c. omnis. de pœni. & remis. Sic itaq. quoad regulā ista talis cura in consideratione non esset. Requiritur etiā aliud ultra parochiam, & parochianos, ut quis dicatur curatus ad effectū istius regulæ, & aliorum iuriuum de cura loquentiū, uidelicet, q. curam nomine suo, & non aliceno exerceat, ut ponit Petrus de Anchara. & Imol. in clem. unica. de offici. uicari. & latius docto. in cap. extirpanda. q. quia uero. de prebend. Item etiam requiriatur, quod talis assumatur suo nomine, & singulariter ad regimen parochialis ecclesiae, & populi, non pariter cum alio, ut notabiliter consuluit Oldra. in consilio. lxvii. quæstio talis, & cetera. ex quo infert, quod si duo in ecclesia parochiali instituantur, ita quod quilibet eorum confessiones audire consuevit, & alia facere, quae ad curam animalium spectant, neuter eorum curatus esset, neque in eis dispositio locum habet. c. licet. de electio.

acc. c.

neq. c. de multa, de prebēn. neq. per consequens, dispositio istius regulæ, ut ibi per multas rationes probat. Pro quo facit tex. in. c. sicut vna. xxi. q. ii. ibi, sed vnum tantummodo odo habeat sacerdotem &c. Prædicta igitur copulariue, quo ad curam animalium requiritur, de qua hic loquitur. ¶ Ex quo infertur, q. actus solus sepeliendi, nō facit, ut ecclesia curata dici possit. Nam sine cura cimiteriu ex consuetudine, vel episcopi concessione haberi potest, ut dicit Fede. in consil. cxxxv. allegat Archi. in. c. de sepul. & Hosti. in. c. quia non nulli. de cleri. non resid. Nec etiam solus actus baptizandi sufficit, si aliquis certam parochiam non habet, ut tenet Pau. & Card. in clemen. i. de baptis. in. iii. q. Quia actus baptizandi licite quandoque per laicum exercetur, ut in. q. verum. xxii. distin. Et tamen laicus curæ capax non est. Et talia iura, licet non per laicum, tamen per alios praescribi possunt: etiam si cura fori pœnitentialis sit, ut tradit Card. in clemen. ii. q. fi. de relig. domi. & in. c. cum satis. de offi. archidi. Requirunt igitur omnia ista simul cōcurrere, quoad huc, ut parochialis ecclesia dicatur. Prout Rota in vna Virdunen. parochialis sancti Viatoris conclusit, de mensa Octobri M. D. XXXIX. coram me. In qua causa vnum aliud voluerunt, q. ad probandum ecclesiam de Vyey parochiale esse, ad effectum consumendi gratiam, expectatiuam aduersarii, restes de publica voce, & fama non sufficerent, que in dicta ecclesia facta menta ministrarentur, nisi hoc de visu deponeret, etiam si inter illos unus esset, qui diceret se vidisse vnum ibi sepelliri. Ratio fuit, quia ex quo consumptionis exceptio obiectiva materia est, ut decisio finali. de excep. in nouis, dicit, talis materia clare, concludenter, & indistincte probari debet: iuxta. v. decisiō. eo. tit. in antiquis. Quæ omnia ad istius regulæ, & aliarum declarationem, de curatis beneficiis loquentium, notanda sunt: Nam in locis communibus non traduntur.

¶ Quæstio Duodecima.

DVODECIMO Quarto, ¶ an regula ista in gratia motu proprio, & ex certa scientia procedat?

SOLVITIO. Glo. hic tenet, q. sic, cum verba istius regulæ nō aduersentur: Imo potius cum tali gratia concurrant. Addet tamen, q. imo tex. regulæ in illis verbis, vel gratiam expectatiuam concedere. &c. hoc innuere videtur: Nam clarum est, expectatiuas, secundū curiæ stilum, motu proprio concedi solere, ut notat Io. and. in. c. si motu proprio de preb. lib. vi. & Io. cald. in. c. mandatum de rescrisp. quos refert Abb. in. c. i. in. viii. colum. de iudei. ut dixi in tracta. expectatiuam. Ettamen regula ista in expectatiua locum habet, quæ motu proprio conceditur: ergo codē modo in quacūq. alia gratia motu proprio: quia una pars alternatiue per alia declaratur, ut dicit Bar. in. l. i. per illum tex. ff. de reb. dub. ¶ Præterea quia dicere, regulā ista nō procedere in gratia facta motu proprio, & ex certa scientia, ex alio esse nō potest, nisi quia papa notitiā istius regulæ habere presumitur. ¶ Et ubi principis scientia datur, derogatio non requiritur, ut tradunt docto. in. l. quidā consulebant. ff. de re iud. Nam si papa ex certa scientia infantiparochiale cōferrat, sc̄ti disp̄sate uidetur, ut traditur in. l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. Et recessit Fely. in. c. nonnulli. in. xxiiii. col. de rescrisp. & latius Moder. Bono. in repet. c. i. de cōfī. col. iiiii. Et tamen motus proprius, nec sola certa scientia sufficit ad derogandum isti regulæ, nisi ei specialiter derogatur, ut superioris in procēmio regularū, quæ. v. & vi. dictū fuit: p̄s̄ertim, quia motus proprius, nec certa scientia papæ defectum idiomatis purgare potest, & facere, quod loqui nesciens loquitur. ¶ Præterea, qui cū regula ista ecclesiā rūfa uerabilit̄ sit, & tūts cōmuniis cōcursum habeat, & expectatiuam comprehendat, quæ motu proprio cōceditur, non uideo, quare quamlibet aliam gratiam similem non comprehendat. Necobuiat, q. papa in gratia motu proprio, censemur habere notitiā istius regulæ, per ea, quæ dicta sunt: Quia hoc non sufficit: quia scientia papæ derogationem non inducit. ¶ Et posito, q. illa certa scientia in his, quæ sunt de iure communis, derrogationem, quod ius commune, possit importare, per notata per Docto. in capitulo primo. in uerbo noscatur. de constit. libro sexto, ut ibi late dixi: non tamen quoad regulas, quæ licet habeant uim, & ligent omnes, sicut ius uniuersale, per ea, quæ dicta sunt in procēmio, tamen quoad derogationem, ius particolare: sicut alia statuta terrarum censemur. Tenendum igitur est, regulam istam in gratia motu proprio, & ex certa scientia procedere.

Quæstio Decimatercia.

DECIMO TERTIO Quæro, tan prouisus de parochiali in ecclesia Valentina natus in Italia ex precto Valentino, & matre Neapolitana, & nutritus pariter cum matre, & a via sorore patris, præsumatur tempore prouisionis intellectus, & idequi idem a Valentini loci, ubi erat parochialis, attento, quod decem annis post prouisionem, & sic de præsenti loqui tem illud idioma, intelligibiliter?

SOLOVATIO. Ita quæstio proposita fuit in vna Valenti, parochialis, per R. D. Io. Mohedano, de mense Januario M. D. XXXVII, pendente inter D. Jo. Baptista de Baldasini aduocatum, & Martinum Calaphorra. In qua post plures rationes, & proposiciones causz, die XIII. Martii M. D. XXXVII, per omnes Dominos, duobus exceptis, conclusum fuit, regulam locum non habere, exeo, quia qui de præsenti loquitur, in præteritu loqui sciuisse præsumitur, per ea, quæ dicit Bal. in. l. si hi, qui adulteri. C de adul. & Fely. in. c. scribam, de præsump.

QAlii duo Domini contrarium tenebant, ex eo, quia sermo appellatur maternus: tem quia vt plurimum ex matre capit, propter frequentiorem filii conuersationem: Vt de Cornelia matris Gracchorum filiis, M. Tullius lib. de claris Orato. meminit: ibi, non tam in gressu, quod in sermone matris educatos, &c. Vnde non ab re Britanni, mulieribus exteris, lingua præciderunt, ne filios suos peregrinum idioma docerent, quod citius, & facilis a matribus, quod a patribus discere existimabant, vt in eorum historia legimus. Et quia videntur, quod qualitas de præsenti non præsumitur, quod antea fuerit, nisi probetur, vt in. l. l. ff. de proba, vbi dicitur, quod qui nunc fugitiu*s* est, de præterito fugitiu*s* non præsumitur. Ad idem facit dictum Bal. in. l. non ignorabit. non. 4. C. ad exhiben. vbi dicit, quod qualitas accidit alius, quæ de præsenti adest, in præteritum adeste non præsumitur. Ita Bald. ibi, & aliibi sape, vt scribi Ange. & Iason in. quod itaque col. v. insti. de actio. Cum igitur dictus lo. Bap: ista de parochiali prouisus, a matre Neapolitana nutritus fuerat, præsumendum erat, potius ilius linguam, quod paternam Valentinam didicisse.

Breuter primam opinionem tenendo, ista non obstant, quia stant ista simul, quod filii facilis in pueritia, durante tempore lactentis atatis, propter frequentiorem eius conuersationem, idioma matris capiant, tamei hoc non impedit, quominus idioma patris etiam adiscere possit, cum quo pariter conuersatur. Imo filius ephobus factus, magis cum patre, quod cum matre conuersationem habere censemur: Hoc ex eo apparet, quia de præsenti bene loqui idioma partis Valentini scit, ergo præsumitur per prius ab eo longa confutacione dicisse, quia in instanti idioma non adiscitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. tem Non iste est unus casus in quo de printi præsumimus in præteritu, iuxta glo. ordinariam in. l. ex persona. C. de proba, & tex. in. l. noceſſe, & in. l. circa. ff. eo. titu. quæ ponunt regulam, quod quando agitur de inducenda aliqua qualitate de præsenti, regulariter in præteritu præsumitur, præterita quādo subest iusta causa præsumiēdi, ut in casu nostro nam tunc theorica prædicta sine dubio procedit, ut tradit Bald. in. l. si qui adulteri. C. de adulte. & dicenti contrarium in cunibitonus probandi, ut dicit Bar. in. l. si prius. col. xi. ff. de oper. no. nunc. Et per illam doctrinam Bal. pater responsio, ad allegata in contrarium, quia procedunt, ubi causa præsumendi non subest, ut quando agitur de præsumendo de isto de præsenti in præteritum, ut in. l. l. iii. de probat, uel quādo qualitas de præsenti repugnat primæ statu persona, ut dicebat Bart. in. l. l. si prius. Sed hic omnia ista impedi meta cessat, propter rationē dictā, quia ista qualitas loquele de printi non potest stare absque eo, quod habeat tractum in præteritum, quia non potest in instanti adisci. Imo hoc non solum procedit in uno idiome, de quo hic agitur, sed etiā in pluribus, quia non inconuenit, quæ de præsenti, pluribus linguis, loqui posse: tem Nam Xerxes, & Croesus Perfarum Reges, tor linguarum genera perdidisse, legitimus, quorū populos sub ditione sua tenebāt: vt M. Tullius, & recentiores omnes historici attestantur: Et idem de Mitridate Ponti Rege me minit. in. quod maleficiis. col. x. insti. de actio. Et plures hac aetate inueniuntur, qui idem præstant: Nam, & ego omnium hominum postremus, non solum linguam maternorum auorum Castellanam, sed etiam paternorum Valentinam, æqua eruditio percaleo, lingua etiam Italæ, & Latinæ non ignarus: quæ quidem linguarum disciplina de præsenti aparent, de necessitate præsumi debet, tractum a præterito habuisse, ex eo, quia, ut adiscatur,

temporis

temporis cursum requirunt, & ista præsumptio est probatio probata, quæ quodammodo quandam impossibilitatem probandi contrarium, infert: Non valet igitur argumentum, quis facilis a matre linguam accipit: igitur linguam patris ignorat: Hac consequentia fallax est, & non concludens. Tenenda igitur est Rotæ conclusio, quæ verisimilis, rationabilis, & iuridica exsistit.

Quæstio Decimaquarta.

DECIMO QVARTO Quæro, tan forma debeat, & soleat huic regulæ derogari?

SOLOVATIO. Apparet ex his, quæ in proclamatio istius regulæ regulari, q. v. & vi. divi, ideo non repeto. Forma aut̄ derogationis istius regulæ, ita in literis narrari solet, videlicet: quod, ut afferis, idioma, quod gens illarum partium communiter loquitur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis: Nos enim tecum, ut ecclesiam prædictam &c. dispensamus, premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica, per praesentes concedimus, prouiso, &c. Tamen circa hoc aduentum est, quod plures regulæ Canoniariae in hoc volumine reperiuntur, quæ ad eundem finem tendunt, & cum ista concordant, ut regula de oriundi, & regula expectatiuarum, quæ specialiter disponit, nullū extra suam nationem, gratiam expectatiuam obtinere posse, quæ regula omnes in istius ratione fundantur, videlicet, quia non intelliguntur, neque idioma loquuntur: tem Et properea non impertinenter, hic per Glofatorem queritur, nunquid si papa in expectatiua aliquis derogaret, specialiter huius regula etiam derogare censemur, prædictis aliis ad eundem finem tendentibus: Et Glofator hic in. i. tenet, quod non, ex eo, quia vbi duo vincula sunt, uno sublatu, aliud non tollitur, c. ex tuarum, de author. & usurpa. quod affinitatis, instituta de nuptiis. Breuter ego contrarium tencrem, per ea, quæno glo. in verbo facti. in. c. i. de constitut.

Qlib. vi. cum ibi per me dicitis: vbi habetur, tem quod sicut mentio de iure communi non requiriatur, ita neque de statuto in effectu continente, idem quod ius commune. Cum igitur prædicta regula ad istum effectum, non oriundum, expectatiuam in aliena dioecesi habere prohibeant, quia idioma, & exterorum mores ignorat: ut latius hoc, superius in. i. q. expousit: Regula igitur ista idem disponens, eadem cum illis censemur: Papa ergo derogans isti, in effectu, & in necessariam consequentiam illis aliis derogare censemur, & dispositio d. c. ex tuarum, cum simi, isto casu non procedit, ut latius dicam in regula de familiaribus Cardinalium, quam etiam pluribus modis Moder. in. c. cum cessante, de appella, limitant, & laetissime Moder. Asten. in trac. sylva. fol. xxv. Tamen super hoc cogitandum est, quia artculus sine dubio non est, & de facilis vtraque pars sustineri potest.

Quæstio Decimaquinta.

DECIMO QVINTO Quæro, tem rector parochialis ultra naturale populi idioma, cuius curam gerit, etiam latinam linguam scire teneatur?

SOLOVATIO. Colligitur ex his, quæ Abb. & alii docto. in. c. cum in cunctis in principiis electio, scribunt, videlicet, quod ex quo animarum cura est ars artium, ut dicit tex. in. c. cum sit. de æta, & quali. Requiritur quoad effectum, ut rector vim, & naturam sacramentorum intelligat, quod latinam linguam saltem pro necessitate officii sui sciat: rector enim sufficiens scientiam habere debet, ut ibidicetur, quæ sine latina lingua haberi non potest. Hinc est, quod penitus illiterati, non solum a parochiali habenda prohibetur, ut in. d. c. cum in cunctis. quod inferiore. de elec. sed etiam a promotione ordinum, ut in. c. ii. xxxvi. distin. & in. c. finia. de tempo. ordi. lib. vi. Concludendum igitur est, in rectore duplice linguam necessariam esse, vnam vernacularm, seu populariem, quam ista regula requirit, aliam latinam, ut quid populo loqui debeat, intelligat.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.
REGVLÀ DE IMPETRANTIBVS
BENEFICIA VIVENTIVM.

TEM Siquis supplicauerit sibi de beneficio quocunq; tanquam per obitum alicuius, licet tunc uiuentis, uacante, prouideri, & postea per obitum eius uacet, prouisio, dicto supplicantis per obitum huiusmodi, de nouo facienda, nullius sit roboris, uel momenti.

¶PRAEFATIO.

REGULA Ista † magnū æquitatis, & iustitia fundatum, & etiam cōcursum iuris communis habet, de quo in. c.i. cum sequen. de concess. præb. Et ideo, ut fauorabilis, erit amplianda, iuxta ea, quæ dicit glof. magna in. c. statutum. de præben. lib. vi. Et tradit Fely. qui de ista regula in. c. in nostra in. xxvii. corre. de rescrip. meminit. & Moderni in tracta. benefici. in. xii. q. 2 teritiæ partis. † Primus eius author fuit Benedictus XII I. ut patet in Quinterno regulærum antiquorum pontificum, quorum aliqua exemplaria penes me sunt. Verum est, q. illa regula Benedicti copiosior ista est, & plures casus comprehendens. Sic etiam regula Calixti, & Sixti ab ista Innocentii differit, ut etiam Glosator hic aducit. Nec est mirandum, q. secundum uarietatem negotiorum, temporum, & personarum, etiam regule mutatione recipiant, ut dicit Fely. in. c. Rodulphus. col. xv. uersi. ubi autem didici &c. de rescrip. quæ omnia iustificantur per rationem tex. in. c. non debet. cum uulg. de consanguini. & affini. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia ista regula est de se clara, & parum antiqui, & moderni super ea, propter dependetiam, quam habet a iure cōmuni, dubitarunt: & quia eius materia ordinariæ per Docto. in locis communibus discutitur, & tractatur, ideo pa- rum de ea curarunt.

¶Summarium quæstionum Regulæ de impenetrantibus beneficia uiuentium.

Primo igitur quæro, utrum ista regula in gratia motu proprio facta procedat. Secundo quero, an regula ista in impenetratione a legato facta, uel ordinario extra curiam, procedat. Tertio quero, an obtinens prouideri de beneficio uiuentis, ignoranter ultra hoc, q. incidit in regulam, an si postmodum, sequitur moiste, illud de nouo a papa impenetraverit, non facta mentione de præterita impenetratione, uel occupatione, impenetratio ualeat, uel sit inhabilis. Quarto quero, numquid expectatiæ de certo beneficio uiuentis obster regula. Quinto quero, utrum ad probandum aliquem beneficium uiuentis impenetrasse, ad istius regula effectum, sufficiat supplicatio quam fecit. Sexto quero, numquid regula ista Cardinales impetrantes comprehendat. Septimo quero, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impenetratur, an præsumetur eo uiuente, an mortuo impenetrasse.

¶Quæstio Prima.

RIMO Igitur quæro, utrum ista regula in gratia facta motu proprio procedat? **TSOLVTIO.** Textus hic innuere uidetur, q. non, ex quo loquitur per uerba impenetraverit, quæ uerba motu proprio non conueniunt, vt in. c. si motu proprio. & c. si pluribus. de præben. lib. vi. Et istam opinionem sequi uideatur Glosator hic. Pro qua op. facit regula Benedicti Primi, huius regulae conditoris, quæ

REG. DE IMPET. BENE. VIVEN. LXVII

quæ expresse dicit, dispositionem istius tex. non habere locum in gratia motus proprii. Et ratio esse potest secundum Fely. hic: quia Papa ex certa scientia potest dare ius ad uacaturam, etiam certæ personæ, ut habetur in. c. ne captandæ, cum uulg. de concess. præben. quam facultatem non est uerissimile sibi per istam regulam ademisse.

¶Pro contraria tamen parte plura adduci possunt, pro quibus ante omnia presupponētum est, q. quod contra impenetrantem beneficium uiuentis omnes leges diuinæ, & humanae, & conciliares insurgunt, ut patet in. c. ii. & in. c. ne captandæ, cum uulg. de concess. præben. I. stipulatio hoc modo, ff. de uerb. obliga. I. fi. C. de pact. quia per talen impenetrationem occasio captandæ mortis, & insidiandi beneficiatis datur, ut dicit Bal. in. li. ff. vbi pupil. edu. debe. Vnde super eo, quod continent peccatum, papa dispensare non potest. c. & si Christus. in fi. de iur. iuram. c. super eo. de usur. c. sunt quidam. xxv. q. ii. Sed omnes istæ rationes in gratia motu proprio militant. In qua potest dari defectus intentionis, ut latifissime tradunt Moder. in. c. cæterum. in. vi. colum. & in. c. causam. el. secundo. de testi. & in dubio talis præsumitur intentio papa, qualis de iure esse debet, ut in. c. causam. & in. c. si q. de rescrip. talis igitur collatio, maxime obstante regula, non ualebit, ut etiam notat Ioan.

3 And. in. c. i. q. dicebat. in uerbo contulisset. de concess. præbend. lib. vi. † Nec obstat, q. papa motu proprio, & ex certa scientia concessit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit specificam mentionem, propter clausulam derogatoriæ, quam habet, ut dicit Archi. in. c. i. de consti. lib. vi. & Bal. in. l. humanum. C. de legib. & uidetur ius iuris Hostiæ, in summa de rescrip. q. quas uires. & Oldra. consil. ccxc. facit. c. ex parte. de capell. monac. cum uulg. & licet certa scientia papa multum operetur, ut late tradunt Moder. in. trac. clausularum. in uerbo clausula ex certa scientia. Tamen talis clausula derogationem istius regulæ non operatur, quæ expressam, & specificam derogationem requirit, ut dixi in processio regularum. q. fina. quia certa scientia, neque monus proprius supplet exprimenda, ut dicit Felyn. in capit. cum ecclesiastica. de excep. Nec obstat, quod ista regula loquitur per uerbum impenetraverit, & cætera. † Quia etiam motus proprii impenetrantur, maxime secundum stylum hodiernum, ut dicit Cardinalis in consil. cxlii. in fi. & Fely. in. cap. si quando. & Deci. in. c. secundo. in secunda colum. de rescrip. Et secundum istam opinionem reperio olim cōsuluisse quandam excellentem aduocatū consistorialē, cui nomen fuit Octavianus de cessa. in quadam causa Placētina Archipresbyteratus. Et ista opinio uidetur æquior. Prima tamen opinio de iure firmior uidetur, quando in gratia motu proprio, mentio regule facta non fuisset. Cui quidem opinioni uerba istius regulæ uidentur conuenire, quæ solum de impenetratione loquuntur. Nec obstat, quod motus proprius impenetrat: quia hoc contingere potest. Sed in dubio motus proprius per impenetrationem concedi non præsumitur, ut dicit Deci. consil. cccxli. numero. 4. † Nec obstat, quod concilium generale, ex quo censemur habere clausulam derogatoriæ, expressam mentionem requirat, quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa scientia non procedit, quæ plenitudini potestatis æquipollent, ut notatur in capitulo ad hanc. de rescrip. quæ sufficit. Nam papa memoriam iuris habere præsumitur, capit. i. de constituti. in. vi. Et certa scientia, & motus proprius derogationem inducunt, ut tradit Decius in. l. cæterum. colum. secunda. ff. si cert. peta. Et licet attenta ista ratione, uidetur etiam derogationem isti regule de stricto iure, tamen ex stilo receptum est, quod regulis non censemur derogatum, nisi fiat mentio de eis. Et ita per istam rationem ponderando uerbum, impenetraverit, tenetur uerbi Domini regulam de annali in motu proprio locum nō habere, id quo ibi latius dicitur. Ex predictis igitur patet utrunque opinio, posse in disputationis congreßu sustineri.

¶Quæstio Secunda.

SECUNDQ. Quæro, utrum regula ista procedat in impenetratione facta alegato, uel ordinario extra curiam?

TSOLVTIO. Quia ista quæstio posset decidi pleniū, ex his, quæ dixi in processio regularum, in secunda quæstione, & eā particulariter examinavi in regula de infirmis refugiatibus, & in regula de annali, & in pluribus aliis locis inde breuius hic procedat. ¶Cōcludendo igitur dico, ista regulam locū habere in impenetrantibus legatorū, & ordinario,

COM MEN. R. P. D. LVDOVICI GOMES.

rum; quia negari non potest, eandem esse rationem, quoad ipsos. Nam si in Papa haber locum regula, multo fortius in legato, & ordinario procedet; præsertim, cum regula ista favorabilis sit, & extendenda, ut in terminis concludit Decius in consil. cccxcviii. in f. Res liqua uero uidenda sunt latius in dictis locis.

¶ Quæstio Tertia.

TER T I O Quæro, † an obtinens prouideri de beneficio uiuentis ignoranter, ultra hoc, quod incidit in regulam, si postmodum sequuta morte, illud de novo impetraverit a papa, non facta mentione de præterita imprestatione, uel occupatione, imprestatio ualeat, uel sit inhabilis?

C S O L V T I O. Videatur dicendum, qd imprestatio ualeat, & inhabilis non reddatur: quia ex quo erat ignorans, quilibet causa erit iniusta a dolo excusat, ut in terminis uidetur tenere Glos. ii. in. c. i. de cœc. præb. & Glos. in uerbo repellatur. in. c. in primis. ii. q. iii. & facit p. hoc illa cōmuni regula tradita in. l. litig. ff. de lib. cā. & in. l. plagi. la. i. C. de plagia.

CTamen istis nō obstantibus contraria concludendū uidetur. Nam licet impretrans ignoranter excusetur ab aliis poenit., † que imponuntur imprestanti beneficium uiuentis, uidelicet, priuationis communionis ecclesiasticae, ac incursum infamiae, &c. Quibus poenis puniuntur scienter imprestantes, ut dicunt doct. in. d. c. i. Quoad ualidatem tamen imprestationis, & nouæ prouisionis non excusatur ignorans. Nam si non facit mentionem de tali defensione, ultra hoc, qd possit ista regula repellere, efficitur inhabilis, & ita concludit Deci. in. l. f. in v. colum. C. de pac. Quia allegat Abb. & doct. in. c. i. de concess. præb. Ponderando uerbum maxime, appositum per eum, & Oldra, consil. ccciiii. & dicit Decius ita fuisse iudicatum, se præsente, in concilio Delphinatus Francie. Ethoc idem in terminis istius regulæ latius reassumit idem Decius in cōsi. cccxcviii. & tex. istius regulæ hoc uidetur innuere, qui de imprestatione facta uiuentis nihil disponit, sed relinquit dispositioni iuris communis, que annullat illas imprestationes tanq illicitas, ut de beneficiis nō uacantibus. Sed tantum ista regula emanauit ad annullandam prouisionem de novo faciendam post obitum illius, cuius beneficium, dum ille uiuebat imprestatum, quo casu constat tex. regulæ indistincte talem nouam imprestationem annulare, requiriatur igitur, quod per expressionem illius defectus restauretur, nam ubi exprimitur defectus, papa concedendo, uidetur dispensare, & uitium purgare. l. idem ulpianus. ff. de excusa. tuto.

CSed circa hoc adhuc aduertendum est, quod ista difficultas habet duo capita. Primum respectu imprestationis uiuentis, & de ista non loquitur regula, sed illa subiicitur iuri. com. mutui. Secundum caput est de prouisione facta post obitum per illum, qui prius imprestatuerat beneficium uiuentis, & istum casum caput ista regula. Sed circa primum caput tota concertatio Decii uertitur, quæ ita simpliciter intellecta, non est uera, ex eo, quia in. d. ca. primo. malitia, & dolus imprestantis puniuntur, non ignorantia, quæ dolo carer, nec Abb. in dicto capitulo primo, aperte de ignorantie, sed dubitatue loquitur. Et ideo declarandum est, hoc procedere in ignorantia supina, quæ dolo æquiparatur, ut dicitur in cap. secundo. de constit. libro sexto. Nam taliter ignorans est inhabilis, quoad illud beneficium uiuentis, quod imprestat. Et ita expresse declarat se ipsum Abb. in capitulo post electionem, in quarto notabil. de concess. præbend. Alias opinio contraria non procederet, propter regulam tex. in dicto capitu. secundo. † qui disponit non ligari ignorantibus aliqua dispositione, nisi fuerint culposi. Et pro hoc facit tex. in. l. si quis misit. §. plane. de acquirend. haeredi. Vbi ualeat mandatum factum de adeunda hæreditate uiuentis, qui communis opinione reputabatur mortuus, ut tradit etiam Socinus in consilio trigesimo. secundo, in septima columna, uersicu. item tenet, & cæte. libro primo. Hoc enim non est propter aliud, nisi propter ignorantiam iustum. Est bene uerum, quod in istis spissitudibus culpa in dubio timeri debet, etiam si forte non sit. † Et tali casu, iusta ignorantia non excusat, ex quo potest diluvii dispensatione superioris, ut est tex. notabilis in capitulo primo. de ordinâ. ab episcopo. qui episcopatu renun. Et secundum hoc posset saluari opinio Decii in dicta lege finali. Nec obstar, quod quilibet causa excusat a pena, dicta lege si plagi. cum concordantiis traditis per Andream Siculum in consilio. lxvii. colum. penulti. in f. lib. secundo. Quia ad hoc respondeatur istud dictum non

R E G. DE IMPET. BENEF. VIVEN. LXVIII

qui postea propter eius doctrinam factus est auditor camerae, in consil. incip. Constat, q
Dominicus. &c. reddito in causa Tullen. posito in primo vol. suorum consil. fol. xvii.

¶ Quæstio Octaua.

OC T A V O Quero, † an regulā ista de iudicibus loquens in arbitris locū habeat?
CSOLVTIO. Verba regulā innuunt, q̄ nō, q̄a de iudicibus in Rom. cur. a papa
deputatis loq̄t. Sed arbitri, v̄l' arbitratores nō sum h̄mōi, quia a partib⁹ deputat. Iḡt. &c.
Pro parte contraria facit, quia arbitri ad instar iudicū sunt, ut in. l. i. ff. de arbit. Hinc
videmus, q̄ dispositio. c. statutum. de rescrip. lib. vi. quæ loquitur de iudicibus, in arbitris
procedit, ut no. Domi. in. c. legitima. in. iii. col. versi. in fine glo. de appella. li. vi. Praterea,
quia h̄mōi arbitri in p̄tate eorū procuratoribus assimilari videt, vel executoribus meri facti.
Sed constat tales non posse actus, ad quos deputati sunt exequi, sine literis, dummodo in ve
ritate sint tales, ut probant plures decisiones cumulatae per Fely. in. c. sc̄is citatus, in versi
oportet. de rescript. iḡt nec isti poterunt. ¶ Breuiter concludendo, distinguo sic, q̄ aut
arbitri dantur a papa, vel ab eo, qui potestatem habet, cū facultate cognoscendi, decidendi, &
beneficiū adiudicandi, & tali casū, quia isti de titulo beneficiū cognoscere, & titulū cano
nizare, & adiudicare possunt, ideo in eis dispositio istius regulæ procedet. Quia in effectu ta
les erunt, sicut arbitri iuris, † qui iudices delegati appellantur, in. l. iudices. C. de iudi. & in
c. ab arbitrio. de offi. deleg. Aut uero a partibus daūtur, & quia priuati iurisdictionem tris
buere non possunt, uulg. i. priuatoꝝ. C. de iu. om. iudi. tum et, quia causa beneficialis in
arbitris respectu adjudicationis tituli cōpromitti non potest, ut tradit Collecta. in. ca. fo
rus. in. iiiii. col. versi. sed quod de antiquo. de ver. sig. Ideo in istis regulæ non procedet. Nec
obstat, q̄ arbitri sunt ad instar iudicū, quia ad illud dictū. d. l. i. responder latissime Lanfrā
in tract. arbitrio. q. xxxv. & Soci. infinitas differētias cumulat in tract. fallētia. regulæ. xxvii.
& d. l. i. potius videtur procedere in arbitris iuris, iuxta ea, quæ dicit Soci. in regulæ. xvii.
eo. tract. dixi. & in. g. omnium insti. de actio.

¶ Quæstio Nona.

NONO Quero, † an ista regula procedet, quando agitur super episcopatibus?
CSOLVTIO. Roma. in consil. ccxl. incip. circa primum, &c. in secundo
dubio, tenet, regulam istam, vel similes de expeditione literarū loquentes, in episcopatibus
2 locum non habere: † quia sub uerbis generalibus non comprehenduntur ecclesiæ cathe
drales, ut in. c. dilectus. de concess. præben., quia propter excellentiam earum requiruntur,
quod de illis in constitutione specialis mentio fiat, ut patet per glosam in capitulo secun
do. de præben. lib. vi. cum similibus, ut ibi per eum.
¶ Sed prædictis non obstantibus, contrarium firmius esse uidetur: Nam verba regulae ge
neralia sunt, & oēs, quos non excipit, cōprehendit. c. i. de consti. & in. c. i. de censi. Præser
tim qñ cōstitutione in cōmodo animæ fundatur, prout ista, quæ ad tollēdas fraudes p̄ficit, &
concurrunt

concurrunt iuriis communis habet, ut superius in prima. q. dixi, quam in prædictum ani
ma feruare non intendit, adeo, q̄ antiqui illi cancellarie doctores in illo uulgato libro,
3 qui inscribitur practica cancellariae. fol. xlviij. uoluerunt, † quod utens effectu gratiæ, li
teris non expedit, non tutus esset in foro conscientiæ. arg. eorum, quæ notat Inno. in
capitulo quia clerici de immo. eccl. Ratio est, quia ex quo gratia a mente papæ dependet,
& ille non uult, quod gratiatus gratia utatur, nisi literis expeditis. Contratenire uolunta
ti superioris mortale peccatum est, capitulo si quis. de ma. & obed. Quia Papa sub illa taci
ta conditione gratiam concedere uidetur, quatenus litera expediantur. Cum igitur hoc
animam concernat: concludendum est, episcopos, & Cardinales comprehendendi, & sic per
consequens ecclesiæ cathedrales: quia a constitutione concerneant animam nulla persona
excluditur, ut latissime dixi in reg. de infir. refig. questio. prima. Et ista opinio manifeſte
probatur per extrauag. iniunctæ, positam, in titulo. de elec̄tio. quæ expresse de ecclesiæ ca
thedralibus disponit, quarum promotiones non ualere uoluit, nisi literæ expedientur. De
qua Abb. & ceteri Moder. latius in capitulo in nostra. de rescrip. loquuntur, & idem Abb.
in capitulo qualiter. in princi. de elec̄tio. & Fely. in capitulo eam te. columna. iii. de rescr.
ut latius dixi in rubrica eodem titulo libro. vi. Ex quibus omnibus appetit, opinio. Roma.
in di. consil. ccxl. non esse uera. Et ista magis ex consuetudine, & stilo hodierno cor
4 roborantur, quo uidemus † episcopatus non concedi per supplicationem, nisi per literas
expeditas, præcedente promotione consistoriali, & hoc propter annatam, quæ ex literis sol
uitur. Et ista op̄i. clare probatur in d. extrauag. iniunctæ, quæ prohibet episcopos, uel supe
riores, aut alios quo sc̄m Abbates, priores. &c. recipi ad possessionem ecclesiæ, uel
monasteriorum, absq̄ literis expeditis, de qua extrauag. mentionem facit Abb. in capitulo
qualiter. de elec̄tio. Et Clemens VII. etiam per regulam suam statuit, idem supplicationis
busi beneficis consistorialibus nō dari, nec p̄ eas aliqui prouisum censerit, nisi cedula con
sistorialis, iuxta illius datam fieret, de qua regula ego mentionem facio in tract. breuium.
numero. 9. Sicutq̄ opin. Ro. non uidetur uera. Nec obst. q̄ in generali dispositione non
comprehenduntur episcopi, quia illud est uerum, nisi prius in constitutione antiqua de il
lis mēto fieret, prout in d. extrauag. iniunctæ. Nam regula ista simpliciter loquens, ab illa
impetrationem capere debet, iuxta, l. nam & posteriores, ss. de legi.

¶ Quæstio Decima.

DE C I M O Quero, † nunquid satisfactum sit isti regulæ, si literæ expeditæ reperian
tur, cum aliquibus defectibus subreptionis?

CSOLVTIO. Videatur dicendum, q̄ expeditio literarum valida requiritur, ex eo, quia
regula de expeditione loquitur. Ergo in dubio de ualiditate intelligi debet, per ea, quæ tradit
Abb. in capitulo cumana. per illumtex. de elec̄tio. & Moder. in. l. iiiij. §. condemnatum. ss.
de re iudi. quia uerba cum effectu sunt intelligenda. c. relatum. de cle. non resid.

¶ Breuiter istis non obstantibus, Rota contrarium determinauit in una Corosopiten. pa
rochialis, coram D. Gulielmo Algaren. de mense Iulio M. D. xix. ut ipse refert in quadam
decisione, quam posuit super regula de idiomate, vbi dicit, q̄ etiam si literæ sint expeditæ cū
mille defectibus, satisfactum erit regulæ: quia cum sit pœnalis, & bursalis, quoniodocūq̄
satisfactum fuerit, sufficit. Tamen ita ratio nihil non placet, quia ex quo regula, ut dixi,

2 simpliciter expeditionem requiret, de ualida intelligi debet: † quia expeditio nulla, & inef
ficax perinde est, ac si non sit in rerum natura. c. inter. de transla. episco. & tradunt Moder
ni in authen, sed nouo iure. C. de ser. fugi. Nam ut dicit Alexand. in consilio. ccxv. incip.
uisis probationibus. in prima column. lib. ii. Bulla imperfæcta, & uitiosa non dicitur pro
prie Bulla, alleg. inter cetera. l. poila. C. de iis, quib. ut indig. cum aliis, ut ibi per eum. Et
quia uidemus, q̄ iudex non recipit iurisdictionem, nisi literis expeditis, ut est decisio. xvii.
tit. de cōcess. præben. in no. Et est de hoc regula clara infra nū. 29. Vnde sicut per rescriptū
nullum regulariter iurisdictione non datur, ut notatur in. c. ex tenore. & in. c. si. de rescrip. ita
neḡ per literas defectuosa, & subreptitias regulæ satisfactum uidetur. Non obstat decis
io facta in illa Corosopiten. quia decisio illa loquitur quādo post Bullam defectuole expe
ditam produceretur aliqua gratia, si neutri, uel perinde ualere, sanans eam, sc̄us si nihil ho
rum interueniſſer. Et ita tentum fuit.

VNDECIMO Quæro, † an ista regula procedit in gratiis motu proprio?
SOLVTIO. Verba regule ibi supplicationum signatarum, & ibi quibusvis impetrationibus, innuunt regulam non habere locum in gratiis motu proprio, quæ proprie dici supplicationes, nec impetrationes non possint. Quia supplicatio proprie dicitur illa, quæ ad instantiam partis fit, ut notat Inno. in c. ex literis, in verbo supplicavit, de resto, in in. leg. & est tex. in l. i. C. de peti. bonorum sub. lib. x. & tradunt doct. in l. i. ff. q. quisq; iuris. & in. q. gregoriana supplicavit, in authen. de non elig. secun. nub. & in c. f. de rescri. cum uulgaribus.

Clamen concludendo breuiter ueritatem, contrarium est de iure ierius, quia in primis il lu. meminisse oportet, regulam istam dependentiam, concursum, & similitudinem cū iure communi habere, ut latius superius in. i. q. dixi. & per consequens favorabilis censenda est, & ideo latissime extendi debet. Præterea cōmodum animæ concernit, ut superius in illa. q. nunquid comprehendat episcopatus, & ecclesiæ cathedrales, dixi. & sic isto ē respectu regula ista favorabilis, & extendenda est, iuxta tradita per Bartho. & alios in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. & dixi in prima quæstione regulae infirmis re signatibus. Ex quibus infertur, q. cū in gratiis motu proprio eadem ratio regulae militet, dispositio ad illam extendi debet, quinimo si ponideretur, verba regulae, casum istum cōpere hendunt, ut ex illis uerbis regulae, concessionibus, &c. apparet, q. quod verbum ad motum proprium de necessitate referri debet, ut singula singulis referantur. Nam superius loquitur regula de supplicationibus, & impetrationibus, & deinde de concessionibus, ut ex hoc manifeste deprehendamus, regula omnia comprehendere uelle. Sed esto, q. illud verbum concessionibus, in regula positū non esset, ex aliis ista opinio sustineri potest, quia certum est, q. quando mens, & ratio regulae, & casu de quo queritur conuenient, dicendum est, adaptatur constitutionē illū casum comprehendere. I. si ancillas, ff. de lega. i. cum simili bus. Et ratio, quæ in regula consideratur, finalis censetur. I. milites, ff. de re mili. I. iis solis. C. de reuo. do. Sed ultra alias rationes, superius in aliis quæstionibus, dictas, quæ optime quadrant in isto casu, alia ratio, quæ in regula consideratur, omnino istum casum includit. Ratio igitur, quæ hic in regula considerari potest, est, ne per uarias disceptationes, quæ super extensionibus, & coartationibus verborum gratiæ in sola supplicatione consistebus, lites longius propagentur. Ista ratio, quæ ex dictis Egidii deci. dcix. incip. impetrans, &c. colligitur, in gratiis motu proprio militat. Igitur dicendum ē, regulā illam comprehendere.

CNon obstat, q. supplicationes non dicuntur gratiæ motu proprio, quia respondetur, verbum esse, proprie loquendo. Sed secundum communem vñsum loquendi, † omnes gratiæ, tam ad instantiam partium impetrata, q. motu proprio concessæ, supplicationes appellantur. Et iste communis vñsum loquendi attendi debet, qui præfertur proprio significatiu. I. labeo. q. idem tubero. ff. de supellect. leg. I. librorum. q. quod tamen cassius. ff. de leg. iii. I. cum delanionis. q. asinam. ff. de fun. instru. cū cōcor. de quibus Alexan. & cæteri scribunt in rubrica. ff. de ope. no. nun. Præsertim quando cum communi vñsum ratio, & mens regula concurrunt, quæ regulam ultra vim uerborum extendere uidentur. I. licet orationis. C. de excut. tuto. I. credendum. q. i. ff. qui pet. tuto. scire. q. oportet. ff. de excusa. tuto. Maxime etiam, quod anteq; ista regula condita est, hac opinio de iure cōmuni approbata videtur, videficer, quod † supplicationibus de registro sumptis fides non detur, nisi literæ expediantur, ut tenet Egid. decisio. ccii. incip. sumptum de registro. Et est deci. in antiquis. dxxi. incip. nota sumptum. repetita deci. dclxxxi. quam sequitur Barthol. de Belensi. quondam celebris R. ora auditor, in tract. de charit. subfid. q. cxiii. quæ quidem decisiones differentiam non faciunt inter gratias motu proprio, uel ad petitionem concessas. Nam ad probandum gratiam principis requiruntur literæ, & probatio cum Bulla. I. sacri affatus. C. de diuer. rescrip. I. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xii. tenet Archidia. & Ioā. And. in proce. lib. vi. & idem Inno. & Ioā. Andr. in capitulo primo, de lit. contest. eo. lib. Angel. in. I. bene a zenone. C. de quad. prescrip. cum concor. vt dixi superius. q. prima. Et ita in indiuiduo reperio consuluisse Paulum Pontatum, quondam egregium aduocatum, in causa Salamanca parochialis de Amatas. incipi. primum dubium. &c. per alias rationes, quas non euro referre.

DODECIMO Quæro, † an regula ista locum habeat in nominato a patrono, qui nouam prouisionem obtinuit, & committit causam, literis non expeditis?
SOLVTIO. Iste casus propositus fuit, per R. P. D. Ioan. Clerici episcopum Maceraten, de mense Junio M. D. xxxviii. in una Aurien, parochialis de Archos, in qua nihil decisum fuit: sed mihi uidetur dicendum regulam ita demum locum habere, si talis nominatus est actor, & nouam prouisionem canonizari petit, quæ expeditionem requirit, & in hoc dubium non est. Sed qñ noua prouisione ad maiore cautelā, & non ex necessitate impetrata fuit, & nominatus non petit, eam canonizari, sed solam nominationem, & tunc putarem regulæ isti locum non esse, tum, quia ratio regule cessat, tum etiam, quia verba eiusdem regulæ huius casu non conueniuntur quæ de impetrationibus, & concessionibus in signatura papæ factis loquuntur. Et hoc etiam clarius ostendit regulam. xxix. infra eo. Plura bic pro, & contra dici possent, sed quia causa pender, subsisto.

ECIMOTERTIO Quæro, † nunquid in casu in quo gratia papæ depéndit?

SOLVTIO. Fely. & alii Moder. repet. titulum, de consti. dicunt, hoc casu gratiam papæ per testes probari posse, licet vbi posset probari per literas, communis op. sit, non testium probationem admitti. Ita quidetur, q. isto casu necessitas, & difficultas probatiois literarum licitum faciat, quod alias non esset, iuxta tex. in. c. quod non est licitum, de re. iur. Et ideo non immerito dubitatur, nunquid ista probatio sufficeret iudici ad effectum istius regule, putare, q. non nisi in commissione papæ hoc narretur; quia auditor hoc casu non posset certam gratiam canonizare, ex quo illam in registro productam non vidit. Et ideo narratio casus, seu amissionis gratiæ facta papæ, sufficeret, cū derogatione istius regule, cui per solam scientiam papæ non derogatur, sine speciali clausula derogationis, vt tenet Rota, & latissime in procēdio regularum. q. v. dixi. Et isto modo huic necessitatī subuenietur.

DECIMO QVARTO Quæro, † nunquid regula. llii. quæ de dispensatione bus loquitur locum habeat, quando quis vñl. vt gratia absq; literis expeditis in foro conscientiæ tantum?

SOLVTIO. Abb. in ele. dñdum. in fi. de sepult. dicit, q. sicut quia cōmuni opinio, quæ habet gratiam papæ non suffragari, literis non expeditis, non habet locum in foro cōscientiæ, & ita Abbatem sequuntur omnes Moderni in rubri. de consti.

CSed aduertendum est, q. contra hoc est decisio in terminis cuiusdam antiqui doctoris, & practici, uidelicet Hierony. Pauli literarum apostolicarum vicecorrectoris, in illo libro, qui praxis cancellariae inscribitur. fol. xlviij. versic. vbi Papa concedit. & cate. Vbi expressæ tenet, quod utentes gratia papæ, literis non expeditis, tui non sunt secundum theologos, in foro conscientiæ. Et rationem satis concludentem assignat: quia papa quando concedit gratiam illam sub tacita conditione, concedere uideatur, quatenus literæ inde expediantur, & mēs sua, & intēcio talis psumit, ne gratia, nisi fuerit expedita, suffragetur. Ex qua cōclusione infert, q. salua conscientia, quis soluere non posset, aut pensionē recipere, literis non expeditis, etiam si partes hoc vellent, ex quo regulā hoc disponit, quia consensu partium ultra mentē papæ operari non potest. Qui quidem papa in hoc casu vult, q. ad effectum perfectionis gratiæ, literæ expedientur. Nam per signataram papa gratiam facere censemur, iuxta stylum per cancellariam limitandum, seu declarandum, ut dicit quadam deci. Egidii. dcccviij. qui stilus habet gratiæ papæ esse informē, & non clarā, nisi literæ expediantur, quia alias gratia suum esse non habet. Et idem dicit prædictus doctor in omni casu in quo esset de voluntate papæ tacita, vel expressa, q. literæ expedientur, quia ante expeditionem gratia sine peccato uti nō posset, ut ē in oībus cōmissionibus gratiosis, hñtibus clausula vocatis. &c. et i dispēsiatiōibus sup irregularitate, & aliis simi. In qbus utentes dictis gratiis sine

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

literis in conscientia tui non sunt, & ad fructuum restitucionem camerę tenentur. Et ibi plures theologos, & rationes pro, & contra allegant, ut ibi latius per eum. Ex quibus omnibus colligitur conclusio, quod ista regula etiam in foro conscientia locum habet; quia factum contra mentem papae, immo contra expressam prohibitionem, de qua hic ad dicat ad genitum, ut dicit tex. c. i. quis. de maio. & obe. cum uulg.

Breiter predictis non obstantibus, prima opinio mihi verior videtur. Pro qua aduer-
tendum est, quod **forus conscientia** non est alligatus apicibus iuris, nec strepitiu*m* iudiciorum,
ut dicit Archi, in c. scriptum, vi. q. iii. commendat Lecius in c. cum dilecta, ad fi. glof. in
ver. procuratricem de confir. ytil, ad idem facit ex. in l. ii. ibi, sed ex conscientia, quem ad
hoc ibi no. Bald. C. de fideicom. In quo foro nihil a iudicari a iudice, nihil canonizari pe-
titur, tantum anima rectificatur: & ad hoc litera non requiriuntur, quea forum fori conser-
vunt, & ad probationem producuntur, quea in foro conscientia non requiriuntur, sed dicto
asserentis statut, ut in c. significasti de homi. & tradit Alex. in l. si sic legatum. in. ii. colum.
ff. de lega. i. Hinc est, quod in sacra paenitentiaria, quando gratia in foro conscientia petitur,
absolucione confessori committitur, literis lanianis, & nullis testibus adhibitis, ut antiquus, &
inueteratus stilus, a tempore Benedicti duodecimi introductus habet. Et de talibus gratiis,
que petuntur in foro conscientia tantum, que alias in foro aperto componerentur, data-
rio compotio non solvit, & ita hodie praetacatur. Secus est, quando quis uellet vti gra-
tia in foro fori: quia tunc gratia cum datario pape componenda est, iste enim con-
scientiae forus, a contentio*m*, sicut celum a terra differt. Nam uidemus, quod in foro con-
tentioso poena damnificanti ex negligentia, vel leui culpa non imponitur. Secus ta-
men est in foro conscientia, ut tradit Fely, in capitulo sicut dignum. in. iiiii. colum. de cho-
ni. Nam conscientia nemini parcit: & ideo in eius foro locus misericordiae non est, cum
sit idem conscientia, quod iustitia, ut dicit Bal. & Præpo. in. c. i. colum. i. que sunt regal,
facit illud Saty. Iuuenialis. Prima est facultas, quod se iudice, nemo nocens absoluuntur,
ut tradunt late Moderni Attiniones. in rub. de iudi. colum. xviii. & aliquid Ias. in. §. sed
iste. colum. xiv. insti. de actio. Quibus adde alia exempla, quea ponit Fely. in. c. audiuimus.
de simo. Ex quibus omnibus inferitur, quod cum regula ista loquitur, in foro contentio-
so non habebit locum in foro conscientia, tanq. quod calus inter se diuersi sint.
¶ Postremo istam opinionem probo, uno alio medio satis efficaci, quia clarum est, hanc
regulari in sua ratione mentali fundatam esse, in quadam præsumptione, quia præsumit il-
lum, qui solam gratiam per supplicationem habet, nolle expedire Bullas, ratione cupidita-
tis, & lucri, videlicet, ut fraudet cameram in annata, & officiales, quibus acquiritur cer-
tum emolumentum, ex literarum expeditione. Sed quod lex in præsumptione fundatur,
in foro conscientia locum non habet: quia in tali foro, nec fictiones, nec præsumptiones
attenduntur, ut dicit Bald. in l. cuius quis: C. de iu. & fac. igno, quirefert, ita fuisse Bononia,
disputando, conclusum, & rea sumit Ias. in rub. ff. de acqui. haer. & in l. & si inutiliter.
colum. ii. C. de fideicom. & hoc tenet plures alii doctores, quos accurate Fely. cumulat
in. c. sicut dignum. in. fi. de homicidio.
¶ Non obest dictum illius practici uice correctoris, de quo superioris mentionem fecimus,
quia licet ille fuerit uirtus multæ doctrinæ, & experientie, ut ex eius operibus editis licet in
spicere, prout etiam eum laudat lo. Bap. de sancto Seuerino in tract. pensionum. q. xxx.
colum. penult. Nihilominus dictum eius per predicta verum non uidetur. Quia licet di-
cat, quod utens gratia, literis non expeditis, non sit tuus in foro conscientia, intelligi-
tur, quando illa gratia, quis in foro fori uituit: quia ratio istius regulæ sic militat, quia
hoc facere præsumitur, ut officiales fraudet, & sic ut ipse ex illa fraude commodum sensi-
tati: secus quando non uult in foro fori, sed conscientia uti. Quia tunc ista ratio pro-
pter dictum Innocen. in capitulo quia plerique immu. eccl. non procedit. Vbi uoluit,
quod ubique est tradita aliqua solemnitas per ius positivum, si tamen actus alias legitime fa-
etus sit, faciens est tutus in foro conscientia.
¶ Magis tamen obstarer mihi regula. lxxii. infra eodem, quea dispensationes non suffraga-
ri, nisi literis expeditis disponit: & tamen dif. euafiones concernunt, etiam forum consciencie
sed respondebatur, illam regulam de dispensationibus in foro fori intelligi debere, quia in
iudicio debent produci, puta super incompatibilitate, ut similibus. Secus autem si dispen-
sationibus in foro conscientie tm uti uellet: quia tali casu possit hoc facere, ex quo a nullo
inquiratur.

VTRIVSQUE SIGNAT. COMPEN. LXXVI

inquitur. Nam propterea papa in. d. regula. liii. cum ministerio dixit, dispensationes. lii. teris non confectis, non suffragari, & non dixit, non ualere. ¶ Quia uerbum suffragari ad forum contentiosum trahitur, & proprio aliquid repelluntium, & cōtruerſale significat, ſo lennitatem scripturae requirentur eft tex. & ibi nota: glosa in cap. perpetuo. de electio. lib. vi. & in. l. illud. ff. q cuiusque uniuersi. no. faciunt, que notantur per Speculator. de adulſte. in fin. & per docto. in rubri. C. de suffrag. Cum quibus concordat glos. iuncto tex. in. l. de quibus. circa f. ff. de legibus. & in. l. liquæ ſunt. in uerbo suffragio. ff fami. her ci. Et etiam iſta regula non dicit, q non ualeant gratiae. Quæ uerba in iſta regula Socinus in consil. xli. lib. ii. ponderat. Et ita iſtam Moderni de Ripa. lib. ii. respenſcum. sub tit. de reſcrip. c. xi. interpretantur. Vbi in diſtincte ſolam ſignaturam in gratiis dispensationū ſufficere, probat. Et pro iſta opinione uidetur eſſe coniuium elegans Domi. de San. Gemi nia. in consil. cvi. incip. ſuper dicto dubio. in. iii. colum. uersicu. in contrarium. & uidetur ſentire Glosator. in diſticta regula. liii. qui dicit, ſe intellexiſte, ita uifile iudicatum in Ro ta. Res tamen non eſt ſine difficultate propter motiuā dicti doctoris in dicto libro pra etice, qui latius ſuper hoc diuagatur.

¶ Quæstio Decimaquinta

DE C I M O Q V I N T O Quero, † quia regula uigesimali nona infra eodē, disponent, commissione non ualere, nisi literis expeditis, an literæ in dubio post commissiōnem produc̄tæ, de quaum expeditione dics non apparet, in tēpore expedita præsumantur; & cui incumbat onus probandi?

OSVOLTIO. Iste causus saepe, tam temporibus antiquis, q[uod] nostris contigit, ut in memorialibus tempore Sixti, reperio adnotatum. Et istam eandem difficultatem scribit domi, Guliel. in collectaneis decisionis. Et incurvissime in causa Lucana parochialis filiorum Corui, de hoc anno M.D. xxix. coram R. D. Joan. Paulo, uentilatur. Et in summa ista conclusio uidetur, & resolutio antiqua sapientius per Rotam iunctuata, q[uod] literae in dubio in tempore expedita presumuntur: & q[uod] dicentes expeditas post commisionem causa, onus probandi incumbat. Quia opponens in exceptione sua est actor: & sicut actor petitio, nem suam probare debet, ita & exceptionem. uulgata, l. prima, ff. de exceptio. Et hoc prae-
2 fersim dicendum est, † ut actus in dubio potius ualeat, q[uod] pereat, per ea, quae, longo discurre-
fir, cumnullat Fely, in capitu, pastoralis, de rectis. & Moder. in l. liquoriens. ff. de iverbo
obliga. Et quia sic interpretando nullitas tollitur, iuxta ea, quae Bart. notat in l. non solum.
q[uod] sed & reprobar, ff. de oper. no. nunc. cum simi. Et quia ista iam in curia, omnibus pra-
etitis, tritissima sunt, amplius non insisto.

COMPENDIVM PERQ VAM BREV
VTRIVSQUE SIGNATVRÆ.

PO S T R. E M O. Quidam regula ista de signatura iustitiae loquitur, operæ proprium erit (cum fuerim, non praecedentibus meritis, a Sanctissimo Dominino nostro Papa Paulo III. statim post eius promotionem, utriusque signaturæ gratia, & iustitiae, creatus Referendarius) quedam hic breuerit, quæ alias, successivo studio, cumulauerit, ad dictam signaturam iustitiae pertinentiam, pro intellectu regulâ admotare. Quæ licet pro certo habeam ea uiris consumatis simis leuias uideri posse, non tamen omnino iniutia erunt. Quia licitum uidetur, post multa serio dicta, labore fessis, media itineris statione ridere, ac leuias loqui, & quod in pictoribus experimur, qui postquam operi arduo mentem (& ut ita dicam) cogitatricem tota, & phantasiam affixerint: si quando, tedium affecti, ab eo operæ animi causa diuertant, nō ad ardorem illuc, sed ad depingendas portus aues, uel alias res leues decurrat, quibus animis tanta laboris intencionem defatigandas paululum leuetur; Erat igitur haec (si uiris consumatis nō placebut) protyronibus Referendariorum officium genitibus, quibus aliquando prodeesse uolui scripta. Nam ut dicit Holtius in c. i. uersi. pro futura, per illum tex. ut ecclesi. bene. multa scribentes excusabiles sunt. Qui licet prouectis non in omnibus satisfaciant, nouitatis tamen prodeesse possunt. Melius enim est, teste Galeno, doctos onerare scitis, & iuniores fraudare docens.

dis. Quanquam etiam spero summis uiris docta, ac forte meliori lectione grauatis, hæc le-
2 uia aliquando iucundiora fore. ¶ Nam stomachus lautoribus cibis fastidius sapere olus-
cula, & pesculos appetit. Fatoe, tñ ingenuæ, ut ab ipsis temerariis iudicari me liberat, sc̄a-
pe calamus cōtinuisse, ne aliquid in hac materia signaturæ scriberem, cum propter materię
difficultatę, nū etiam propter stili eiusdē signaturæ, frequentę mutatione & varietatę, quę
adeo magna ē, vt quotidie nouas formas deponere videtur. Adeo, q̄ propter noua iura,
quę in dies signaturæ depluit, dici poset. Quod, licet procurator, vel aduocatus ex debi-
to conscientiæ iniustas causas repudiare teneat: hoc tamen fallit in materia beneficiali,
in qua, licet prima facie causa iniusta appareat, nihilominus propter varia iura, quę quoti-
die ex signaturæ emanant, propter quę causa iniusta iustificatur, & vincitur, & quę a princi-
pio iusta videbatur, iniusta redditur, excusantur, vt quotidie experimur: ideo aduocati tales
causas acceptare, non peccarent, quas certitudinaliter iniustas esse, nisi ab euentu, iudica-
re non possint. Securis in profanis, in quibus ius semper certum est, nec per signaturā muta-
bile. Et ideo de signaturæ Prouerbiū illud dici posset. Semper noui aliquid afferat Aphrica.
Et quanvis in hoc proposito animus meus diu fixus exticerit, videlicet, ne aliquid æderem,
tamen mihi scribendi fiduciā dederunt, scripta quadam nuda, quę in hac materia si-
gnaturæ, (iam multis annis per manus plurium Referendariorum, & curialium versan-
t), in multis nō solum mutila, sed etiam manca, & sine aliqua iuriſ ratione, vel authorita-
te roborata, quę nō iam per varias occupationes publicas fessum, nec talia cogitatę, velu-
ti Entellum illū Vergilianū, (Si licet in paruis exemplis, grandibus vti,) ad animi robur
impellerunt, & reuocarunt. Quamobrem, reprehendi non debeo, siq̄ue ab aliis, sic inuenta
sunt, cultu reddam blandiora, authoritate iuriſ firmiora, longa, ac nō uia accumulatione
vberiora. Igitur ad rem ipsam accedamus.

¶ Quæstio Decimasexta.

D E C I M O S E X T O Igitur quero t̄ quid præfererunt ista verba regulæ, videli-
cer, nō sint commissiones iustitiam continent, per placet, vel per S. R. E. Vice-
cancelarium, &c.

C S O L V T I O. Pro intellectu istorum verborum totus vtriusque signaturæ stilus re-
uoluendus est, videlicet, gratiæ, & iustitiae, de qua Glosator aliqua hic scribit. Sed quia ni-
mis onerosum, & prolixum fortassis videretur, hic omnia scribere, quę dici, aut excogitari
possent, potiora tantum deligam, quę ab aliis tradita non fuerunt: reliqua in illo opuscu-
lo, quod alias super stilo sacrae pœnitentiariae fabricauit, scribam. Nunc vero ea duntaxat
tractabo, quę ad declarationem istius regulæ, & aliarum de signaturæ loquentium, expedi-
2 re at labor. ¶ Quę, vt magis distincta, & suo ordine clariora apparet, istum opuscu-
lum in tres particulas dividam: Nam, vt Bal. in proce. digestorum, dicit. Scire quid faci-
as, & nescire quo ordine facias, perfectæ cognitionis nō est. Prima pars aliqua de antiquo,
& moderno signaturæ gratiæ, & iustitiae stilo enarrabit, differetias istarum ponēs, ac distin-
guens personas, quibus hoc signaturæ negotium commissum est. Secunda pars circa Re-
ferendariorum originem, & officiū verlabitur. Tertia pars casus, & effectus plures, ad hu-
iustmodi signaturam iustitiae, de qua ista regula loquitur, pertinentes, enarrabit, per quos
etiam regula. xxix, quę ad istam, veluti quoddam necessarium antecedens, & præambulum,
se habet, latissime declarabitur.

C Circa primum, illud ante omnia meminisse oportet, olim varias vtriusque signaturæ
observationes fuisse, quę ex regulatum antiquarum, & iurium diversitate, super hac mate-
ria loquentium, colliguntur, de quibus antiqui, & moderni doctores patræ admodum scri-
pserunt. Et hæc signandi varietas fecit, q̄ signaturæ gratiæ, & iustitiae, eisdem plerūq; ver-
bis olim conficerentur: Nam, antiquis temporibus, supplications gratiæ, prout hodie, tūc
etiam per hanc, signabantur. Et codem modo commissiones iustitiae Papa per uerbum fiat,
signabat. Verū quia hæc oīa sine aliquo certo ordine procedebat, non modicā cōfusionē ge-
nerabant. Quādōbrē, modernis tēporibus, signaturæ gradus distincti furerunt: & incipiendo
a signaturæ gratiæ, quę vberior, & fortasse antiquior signaturæ iustitiae uidetur, licet non di-
gnior, ratione iustitiae, quę secundū Philosophiū inter ceteras uirtutes principiū obtineret.

C Est in pīmis notandum, t̄ quid signaturæ gratiæ oīm, & hodie, ut dixi, per papam,
per uerbum fiat, conficiebatur, & non sine optima ratione, quia papa solo uerbo fiat,
facit gratiam, ut dicit Bal. in. l. humanum. in fi. C. de legibus. Et certe nullum uerbum
est apius

est aptius, p̄ quod hæc principis liberalitas, statim representetur, sicut per hoc verbum fiat,
quod de sui natura gratiam de p̄senti, ac in promptu inducit, mentem papæ, sicut aliquo
alio literatum adminiculō, aut incolucro incontinenti ad esse perfectū deducit, vt expresse
Bal. in. l. cū apud. C. de com. ser. ma. dicit, & ante ipsum Cald. in indice suo in verbo fiat,
& idem Calde. in repe. c. quisquis. per illum tex. de electio, ubi subdit se ita in magna cau-
sa obtinuisse, sequitur Fely. in rub. de const. in. iii. col. & latius in. c. rodulphus. in. xviii.
col. versi. fiat. de rescrip. Et q̄ verbum fiat, actum in instanti factum esse denotet, videretur fa-
cere tex. in. c. qui bona agunt. §. sicut. xvii. q. i. vbi dicitur, q̄ per illa verba siam monachus,
statim professio facta est, facit glo. penul. in. c. porrectum. de regulari. & tex. in. c. i. de filiis
presby. & per hoc apparēt glo. in. c. generali. xxv. q. i. quę voluit, verbum fiat, actum de si-
tu respicere, in signaturis papæ non esse vera, qui statim, vt dixi, simplici verbo fiat, gra-
tiam facit, vt dicit idem Bal. in. l. falsus. in. viii. col. versi. item scias. C. de fur. nec hoc sine
5 misterio factum videretur: ¶ Nam cum Papa Dei optimi maximī vices gerat, conueniens
fuit, vt quoad fieri potest eius vestigia imitetur: Et ideo sicut ille rerum omnium opifex,
cum dixit, Fiat lux, statim sine aliquo interuallō, facta est lux, vt patet Gene. c. i. Sic papa ad
eius similitudinem, cuius vicarius est, hoc verbo in signaturæ vtrit, fiat gratia, & statim fa-
cta est: pro quo optime facit tex. in. l. i. §. deinde ait prætor. ibi, h̄ec verba fiat, statim facto
situ nocent. & c. ff. ne quid in loco pub. quibus accedunt ea, quę scribit Anto. de bu. in con-
fil. ii. quod errore repetitum est, consil. & Fely. eum referens in. c. nonnulli. in. prin. in. viii.
col. de rescrip. & in. c. super literis. in. vi. col. eo. ti. & Gemi. in consil. lxv. col. fi. cum aliis de
quibus per Moder. Papien. in rub. de const. col. xxvii. Et per Franci. de Ripa lib. ii. respon-
sorum. super tit. de rescrip. c. xi. Et ad hoc notabilem decisionem ponit Rota tit. de rescri-
p. in antiquis. l. incip. cancellaria &c. quę secundum numerum est decisio. dlxi. quam late Fe-
ly. in. c. nonne. in. i. col. de præsumptio. declarat.

¶ Est tamen vnum circa hoc valde notandum, quia licet, vt dictum est, hoc verbum fiat, in
signaturæ papæ positum, de sui propria natura gratiam in instanti inducat: hoc verum est,
quando subiecta materia solum gratiam cōtinet: Secus vero quando in supplicatione plu-
ra petantur, quorum aliqua gratiam continet, aliqua vero iustitiam, quę secundum ius re-
gulatur: Nam tali casu si papa talen supplicationem per fiat, vt petitur, signaret, solum pa-
pa concedere videretur ea, quę iustitiam concernunt, & secundum ius commune sunt, & hoc
casu propter rerum mixtum, illud verbum fiat, a sui natura exorbitaret, & per consequē-
tiam inducere non videretur, ita notabiliter concludit Pet. Philip. Corneus in consilio
exix. circa primum. col. v. lib. ii. & consil. lxviii. quoniam. lib. iii. quem sequitur Franci. de
Ripa vir eruditus in rub. de rescrip. col. vi. quod propter plures effectus, qui ex hoc in pra-
etica quotidie resultant, est menti tenendum, de quibus Moder. plures differentias faciunt
in. c. postulati. de rescrip. Igitur ea, quę dicta sunt, locum habebunt, quando expresse a pa-
pa petuntur ea, quę contra, vel præter ius sunt, in quibus gratiam concedere videretur: faci-
unt ad hoc ea, quę in titu. de rescrip. lib. vi. nū. i. 6. dixi.

¶ Postremo circa istam signaturam adiutendum est, q̄ quando papa nouam gratiam fa-
cit, ea hoc modo signat, fiat, vt petitur, sed quādo est reformatio, signat per fiat A. & sic tan-
cum primam literam sui proprii nominis ponit.

¶ Sed hic pulchrum dubium occurrit, quare papa in signatura supplicationum primam li-
teram nominis sui pontificatus non ponit, sed tantū primam literam proprii nominis!
¶ Solutio. Dici posset, hoc, ad denotandam utramque personam, sive utrumque nomen,
factum fuisse: nam in supplicatione nomen proprium generationis ponit: in bullis vero
nomen sui pontificatus, id est, regenerationis, & sic duplē personam, videlicet, priuatā,
& publicam representat: Vel dici posset, q̄ in supplicatione, ideo proprium nōmē ponit,
quia illud verum, naturale, & originale nōmē est: Nōmē vero pontificis, inductum,
& accidentale. Er quia in supplicatione verus scribendi actus attendit, quia, vt talis, vt
verus, & non representativus homo scribit, ideo vero nomine vtrit. ¶ In bullis vero, quia
papa non scribit, nec manum suam, vt ipse, apponit, sed per officiales expedientur, ideo
in illis officiis sui nōmē, id est, papatus, ponitur. Et pro ista distinctione facit notablem di-
ctum Bonifacii de Vitalinis Rotæ auditoris in clemen. i. iiiii. col. nu. 48. de probatio. vbi,
dicit, q̄ quando Papa organo vocis sua loquitur, tanquam priuata persona loqui videatur,
quia per se scribere, & loqui, sunt actus personalitatem denotantes, sed quando per literas

sicut, sciam, up

q̄ matrīa hoc

ut, misura
tabile et ga-
sas,

fir. ut p̄t
fir. A.

papa & organo
priuam aliq; a
ut hor' nos?
p̄m
sue organo o
tum bootis

seu bullas loquitur, ex quo non loquitur papa per organum propriæ uocis, sed officialium; tūc ut priuatus homo loqui non dicitur, sed ut Christi uicarius. Sic igitur dicendum est, q[uod] quando ipse manu sua supplicationem signat, ideo nomen suum priuatum apponit, quia manus sua scribendo actum priuati hominis, personalem industriam denotans, facit, propter bene nomen impositum personæ suæ cōtinet. Sed in bullis, quia ista de per se non facit, sed representatiue secundum p̄̄sumptam formam fiant, ideo in illis dignitatis nō men apponitur. Et hoc quantum ad supplicationes gratiosas.

Justitia

¶ Commissiones uero iustitiae, licet hodie per alia uerba signentur, olim tamen, ut dixi, per uerbum fiat, sicut supplicationes gratiosas signabantur hoc modo, uidelicet, fiat iustitia, ita q[uod] in hoc non videbatur differentia inter signaturam gratiae, & iustitiae, ut expresse colligatur ex his, quae latius tradit las. in. l. iustitia, ff. de iusti. & iur. Et de ipsis uerbis papæ, fiat iustitia, quæ in commissionibus apponi solebat, notabilem questionem decidit. Bal. in. c. studiuli, de offic. deleg. de qua latius disputat Iason in. l. causas. in secunda colum. C. de transact. Tamen considerandum est, q[uod] licet uerbum fiat, de suo proprio significatu ad supplicationes gratiosas, & non iustitiae pertineat, tamen papa supplicatione gratiosae p[ro]p[ter]it, & signatam per si ut, reddit mixtam, prout in notabilis casu consuluit Ioachinus de Narnia, adiutoris sui temporis doctissimus, in quoddam consil. incip. pro responsione, posito in nono uolumine allegationum antiquarum, fol. cclxxvii, ubi loquitur de quasdam supplicatione pro creando doctore gratiose, sine aliquo examine p[ro]p[ter]it, & papa signat isti supplicationem per uerbum fiat, ut peritur, & addidit ista uerba, & committatur. Ita q[uod] illa gracia pro parte gratiose erat, pro parte sapiebat iustitiae, ut ibi latius scribit. ¶ Ex quo insuffert, q[uod] licet hodie commissiones iustitiae per uerbum placer signentur, ubi uero commissio gratiam aliquam continet, uel papa ad partes committinge rescribit, hodie etiam signatura per uerbum fiat, ut peritur, utitur. Sed ista usq[ue] ad tempora Sixti Quartariu[m] modo procedebant. Tempore uero Alexandri Sexti, qui quasdam ordinationes, super hoc adiicit, iste signature gratiae, & iustitiae diuise fuerunt, & quelibet de per se certas differentias, & stabiles ordinem receperunt. ¶ Itaq[ue] nunc supplicationes gratiosae aliter signantur, q[uod] commissiones iustitiae. Et etiam in signatura gratiae facti sunt gradus differentes in qualitate, propter quos gradus una regula cancellarie facta est, ut statim dicam. ¶ Et isti gradus ex eo apparent, quia quando supplicationes gratiosae per papam conceduntur, signantur, aut per uerbum fiat, ut peritur, uel fiat. Aut fiat motu proprio, ut dixi in principio. Et iste est primus gradus signaturæ gratiae. Secundus gradus est, quando papa eas non signat, sed propter multiplices occupationes earum signaturam alicui Cardinali, uel praelato, cōmiti, tunc illi hodie in gratiosis uerbo fiat, non utitur, sicut papa facit, sed istis uerbis, uidelicet, concessum, ut peritur, uel concessum in forma in presentia D. N. Papæ, N. Card. & iste est secundus gradus. Et ista signatura utitur cardinali in principaliis gratiis, sed in reformationibus non cōcerentibus nouâ gratiâ, sed duntaxat aliquâ qualitat , & circuſtati , non signat concessum in presentia D. N. Papæ, sed concilium L. Car. &c. ¶ Et isto eti  modo Vicecancellarius prouisiones gratiosas, in casibus, qui sibi, per regulas cancellarie cōceduntur signat, ut sunt gratiae si neutrū u[er]o ad certâ summâ, & cù quâdâ limitatione, ut scribit Ludo. Ro. in consil. cclxxix, colum. fi. signat etiam subrogationes, reformationes, & alia de quibus ibi. ¶ Est bene uerū, q[uod] licet Vicecancellarius, in dictis casibus in dictis regulis enarratis signate possit, supplicationes gratiose per concessum, tamen raro facit, quia curiales supplicantibus magis uolunt signaturam papæ, uel cardinalis signaturam habentes. ¶ Vicecancellarii, & hoc duplicitate, tum propter dignorem signaturam, ad quam medio Referendariorum facilis accessus patet, tum etiam quia papa, supplicantibus, facile clausulas derogatorias obstantiarum concedit, t[ame]n Vicecancellarius, neq[ue] aliquis aliis inferior a papa concedere potest, nisi sibi ex stilo daretur, ut dicit in terminis Ioan. de Imola, & Domini. in. c. statutum, in glo. literar . de rescr. libro. vi. traduntlate Moder. in. l. nemo potest. deleg. i. Et ideo miratur Glosator in regula. lxxix, quare Vicecancellarius communiter illi regul  deroget, uidelicet, q[uod] sequestra, & remissio, literis nō expeditis, d[icitur], cū tñ de iure clausula non obstantibus, uti non possit. Ex quibus appetet, q[uod] potestas quæ hodie per regulas Vicecancellario signandi materias gratiosas datur, penitus frustratoria, & sine usu sit. Bonū igitur esset in his in quibus illi potestas signandi supplicationes gratiosas, uel cōtentiones, per regulas cōceditur, q[uod] eti  facultas derogati cōtrariis cōstitutiōibus daretur,

per quas

per quas impediti possit illa concessio, q[uod] quia de iure quando aliquid a papa alicui committitur, omnia illi concessa censentur, sine quibus iurisdictio exerceri non potest. ut in. c. praterea, cum vulga. de offi. deleg. Sit ergo ista prima differentia inter istas signaturas gratiae, & iustitiae, quia, ut dixi, in gratiosis solus Papa vitetur verbo fiat, Sed Cardinalis, vel p[ro]p[ter] latus, quibus signaturam committit, verbo concessum, ut petitur, utruntur.

¶ Sed adiutendum est, q[uod] licet Cardinalis, altero de duobus modis dictis, signare possit, non tamen utroque modo simul, eadē signatura signare possit, ut verbi gratia, concessum, ut petitur, & in forma: quia si petita aduersarentur, forma in quinto Cancellaria scripsit, contraria concedere viderentur, quod ignorantiani saperet. Et propter has differentias signaturarum una regula cancellarie facta est, posita infra nu. 3. quia voluit, signaturam papæ per fiat, illi per cōcessum facta est, posita infra nu. 3. quia voluit, signaturam papæ per fiat, illi per cōcessum facta est, quod procedit, eti  si illa per concessum, motu proprio, etiam qualificato concessa est, & illa papa nō esset motu proprio, nec pro qualificato, ut Rota in pluribus causis conclusit, ut late referre do. Guliel. Cassiodorus in quadam decisione super illa regula.

¶ Et quod dictum est, neminem prater papam, supplicationes gratiosas per verbum fiat, signare posse, fallit in maiori Poenitentiario, qui eas triplici duero modo signat, per verbum fiat. Tamen illa signatura maioris Poenitentiarii per fiat, in duobus, vel tribus, a signatura papæ eti  per fiat, differt. ¶ Primo, quia maior Poenitentiarius, nullo habito discrimine, supplicationes gratiosas, & commissariis eodem modo signat per fiat, sed papa in sua signatura supplicationes gratiae, a commissariis distinguit: quia gratiosas uniformiter hoc modo signat, fiat, ut petitur, vel fiat motu proprio: Commissariis vero signat per placet. ¶ Differt etiam in alio, quia maior Poenitentiarius verbo fiat, duero modo vitetur, videlicet, fiat in forma, uel fiat de speciali, uel fiat de experto. Quid autem illa signaturæ importat, audeo hoc intrepide dicere, particos intelligere, sed ego eas latissime in tracta, de officio, & stilo sacrae poenitentiariae, declaro, ubi est proprius locus. ¶ Differt et terro signatura papæ per fiat, ab illa maioris Poenitentiarii, quia Papa aliquando, sponte sua, ad concedendam gratiam mouetur, & ideo supplicationem per fiat motu proprio, signat: ¶ Sed maior Poenitentiarius, licet sicut Papa signatura motu proprio uti posset, prout etiam uti potest ordinarius, tamen materia subiecta, que in dicto officio tractatur, signaturam istam non patitur: ratio est, quia ex quo concessiones, que per maiorem poenitentiarium sunt, circa absolutiones peccatorum uertuntur, inconuenient, & absurdum uideretur, q[uod] peccatori non petenti absolutione, motu proprio daretur, cum peccatiuenia non detur, nisi petenti, & correcto, ut dicit tex. in. c. peccati uenia, de reg. iur. lib. vi. ¶ Elicet quoad signaturæ gratiae sit differentia in modo signandi inter Papam, & Cardinalem, seu praelatu, quibus papa signaturam cōmittit. ¶ Tamen quoad signaturam iustitiae nulla, aut modica est differentia inter signaturam Papæ, & Cardinalis, nisi in hoc, quia Papa signat supplicationes commissariis per uerbum placet A. Sed Cardinalis signat sic, placet S. D. N. Papæ, N. Cardinalis. ¶ Ite quia papa illas commissiones iustitiae aliquando eas in consistorio publico signat, ea ratione, ut dicit hic Glosator, uidelicet, ut cuncti papæ iustitiae faciente videantur. Secus est in cardinali, qui nō solum in consistorio, sed neq[ue] etiam in congregatiōibus cardinalium priuatis, præfente uel absente papa, potest illas cōmissiones, nec consuevit, signare. ¶ Vicecancellarius uero bene potest signare supplicationes consistoriales de iustitia sicut papa in consistorio, auditis tamen partibus facere solet, ut in concilio Constanti. sessione sexta, conclusum fuit.

¶ Sed quare papa in consistorio publico signat prædictas cōmissiones rationem ponit Glosator hic, uidelicet, q[uod] ideo hoc facit papa, ut cuncti videantur, q[uod] facit iustitiae. Sed ista ratio iudicio meo fragilis est, quia papa non indiget demonstratione benefaci, cum ex se ipso soleat, & palâ, & occulte, semper, & ubiq[ue] iustitiae ministrare, & cū sit noti oibus nō operatur illi illa demonstratione in consistorio publico, uti nā, ex eo, quia ibi, cōmissionibus petitis, dicit alta uoce, placet, non per hoc facta est iustitiae, cū adhuc requiratur, q[uod] illa cōmissione signetur, & postea iudicii cui committitur præsentetur, qui cuncta rimando iustitiam ministrabit. Non igitur per uerbum placet, quo uitetur papa in consistorio, statim facta est iustitia, cum ibi sententiam non proferat, quod est propriæ iustitiam facere, sed ille actus prolationis sententiae postea ex intervallo per iudicem qui fieri debet, quidem actus non uideatur ab omnibus, quia in consistorio sola commissio signari mandatur, quæ multa requiritur, teq[ue] ad effectu perducatur. ¶ Alia est igitur ratio quare papa signat ibi illas commissiones.

*Poenitentia
maioris*

70

*Signaturæ
gratiae*

*placet A.
p[ro]p[ter] S. D. N. Pa-
p[er] N. Card[inalis]*

19 **N**am ex quo duo cardinales diaconi uadunt ad recipiendum, & introducendum nostrum cardinalem, uel legatum, ne pontifex cum reliquis cardinalibus permanentibus ipso cōsistorio uideatur medio illo tempore expectare, ac etiam ne ostendat papa, quod tantum ibi adest propter hoc negotium, & nihil aliud agere tempus illud vacuum in istis actibus, oc cupatur, ac in propositionibus dictari commissionū teritur, quas ex arte, & ingenio aduo cati consistoriales sape configunt casus atroces, & crudeles, proponentes, & uerbis duris, & si tis exaggerantes, ut tempus illud uacuum impleatur. Sunt tamen, qui dicant, quod illas propositiones commissionum mandat fieri papa, ut ostendat, principaliter propter administrationem iustitiae consistoriorum, non autem propter nouum cardinalem, uel oratorem recipie dum indixisse, quasi quod illo die papa pro tribunali sedere uideatur, uolens ius publice dicere, quia de causa omnia tribunalia urbis cessant ipsis, tunc ius dicente. ¶ Tamen hoc non

20 quadrat, quia ¶ papa semper ius dicit, siue publice, siue priuate actū faciat, l. fina. C. de legibus, & in. §. sed quod principi, insti. de iur. naturali. Et quod cessent eodie omnia tribunalia non ex eo causatur, quod papa pro tribunali sedeat, quia hoc semper facit, sed quia per cessationē tribunalium maior hominum concursum ad consistorium papæ accedit, quod non feret si iudices, & alii curiales negotiis suis int̄ederent, & occuparentur, ut sic per illū concursum extere gentes, quod illo die publici consistorii ad papam accedunt, decus, & maiestatem summi Pontificis, quae per concursum plurimorum prælatorum, & personarum magis representantur, admiringentur, & ob eam causam Vergilius, quando actum aliquem magnificum uel Didonis, uel Aeneæ representat, semper uiruit illis uerbis, cōcursum accedere magno, uel magna comitate ceterua &c. Decus .n. principis uel cuiuscumque alterius personæ magis splen descit propter multitudinem subditorum, aut familiarium, ut latius dicam in regula de im petrati, benefi. fami. cardinalium, & est tex. expressus, de consistorio loquens, in clement. i. in uerbi. præfatis itaque nuncius &c, de iure iuri, ibi in publico consistorio, in quo erat prælatorum, & aliorum, tam clericorum, & laicorum non modica multitudine &c. Et ideo hac de causa antiquitus, quando omnes prouinciae papæ obediebant, & ad eum ueluti ad unicum christianæ religionis patrem, pro expediēdi negotiis necessariis accedebant, tantus fuerat ad sedem apostolicam concursum, tantus exterarum gentium conuetus, & exinde tam magna summo Pontifici reuerentia accessit, ut quidam cum admirabilem, alii mundi stupore appellarunt, ut di. i. in. c. i. de const. lib. vi. Et ista deuotio sedis apostolicæ, & ad eā concursus, usq; ad tempora Nicolai V. frequentissimus fuit. Adeo, quod dicunt Io. deana. & Ioan. Gozadinius, olim celeberimus cōsistorialis aduocatus, in tract. de iubile, propter maximū cōcursum hominū, Nicolaum V. coactū fuisse illos qui indecim dies, peregrinis pro iubileo confessis, ad quinque postea ad tres, deinde ad duos restrigere. Eruditus Platina, tempore Nicolai, in Ponte S. Angeli tantam fuisse hominum multitudinem coadunatam, quod facta obui am Mula Cardinalis S. Marci Veneti, cum neque uenientes, neque redeentes, ob insequen tem multitudinem cedere possent: cadente uno, atque altero super Mula illam, iam a multitudine oppressam ad ducēta hominum corpora, & equos tres obtrita, & suffocata fuisse, multi etiam a lateribus pontis in flumen cadentes, in undis perierte, ut ibi latius per eum, ob quam causam varie quæstiones propter successiones bonorum cuiusdam matris, & filie ibi suppressis, excitate, fuerint, super quibus plures docto egregii consuluerunt, ut refert Fe ly. in. c. capitulū Sanctæ Crucis. col. penit. uersi. de duabus. de rescrip. ¶ Redeundo igitur ad propositum. Concludo ideo papam in consistorio publico signaturam illatum cōmissionum illorum causum introduxi, ut tēpus illud uacuum, quo uel noui cardinalis, uel oratores introduci expectantur, agendo aliquid cōsumatur. Nam hoc faciendo non etiam desinit, quod causum uerbi accident, & proponuntur iustitia ministrare. Nam hic mos, & stilius ho diernus signandi supplicationes in consistorio, & mandare fieri processus criminales aduersus malefactores, & rebellēs ad instantiam procuratoris fisca antiquus fuit, ut dicit Boz nia. Vitel. in. clem. i. in. princ. de iudic. Et pro quo facit tex. in cle. prima. in uerbi. præfatis itaq; ibi eramus cum nostra curia residentes in publico cōsistorio &c. de iur. iuri. Igitur dum ista in consistorio aguntur, interim cardinalies creandi, uel noui oratores, aut legati a legatione redeuentes, introducuntur, pro quibus omnibus recipiendis soler cōsistorium publicum, cum observatione quarundam cæmoniarum indicis, quæ latius in libro cæmoniali describuntur. Papa igitur non solum priuate, sed etiam publice, & in consistorio, ut di cū est, cōmissiones huiusmodi signat. Sed cardinalis, aut prælatus habens signaturam hoc

ram, hoc non facit, nisi dominus.

¶ Legatus uero de latere non signat sicut cardinalis habens signaturam, sed sicut papa, & hoc honestū uidetur, quia ex quo eius personā representat, honorari debet sicut papa, ut dicit glof, in cap. quæ de causa. ii. q. v. & norat Abb. in. c. mandata. in princ. de præsumpt. & ibi Moder. Et sic uides supplicationes per Reuerendissimum Bo. memo. Cardinalem de Mōte legatum urbis isto modo signatas, uidelicet, ¶ Tacet. Annam uocabatur Antonius, & papa modernus uocabatur Alexander, & ideo etiā signat per placet. A.

¶ Sacrum uero collegiū Reue. Cardinaliū, papa in longinquis partibus absente, post accepitatum papatum, prout contigit in Hadriano, signat sic, placet facio collegio suo, & D. N. Papæ nomine, pro quo facit, quod norat Spec. tit. de offic. ordi. §. quid de auditoribus.

¶ Vicecancellarius uero etiam signare potest commissiones iustitiae super causis tantum pendentibus in curia, sicut cardinalis prefectus signaturē hoc modo, placet. S. D. N. pape, Erantiquis temporibus ipse Vicecancellarius ordinarie signabat, neque erat alius Cardinalis, qui haberet signaturam iustitiae, nisi ipse. Sed eo absente, tunc committebatur uni cardinali, ut dicit Egi. deci. dcxxxvi. & sequitur Fely. in rub. de referi. circa fi. Et in illis, quæ ad officiū Vicecancellarii pertinebāt illius assertio stabatur, alias non, ut Egidi. dicit in deci. dcxxviii. cū dura. seq. & alibi sepe. ¶ Sed hodie nescio, quo pacto Vicecancellarius nō signat, nec illa facultate utitur, foras si ea ratione, ut dixi, de signatura gratia. Quia ex quo hodiernis temporibus omnes commissiones habent clausulas non obstan. constitutionibus &c. Vicecancellarius non potest illas clausulas apponere, cum sint contra ius, cui dero gare non potest, nisi sibi specialiter cōcedatur, ut in clemen. ne romani. de electio. Ideo sup plicates malum tre ad papam, uel ad cardinalē præfectum signaturē iustitiae, qui hanc facultatem habet, cuius facilis patet aditus, q; ad Vicecancellarium. ¶ Et illa potestas Vicecancellarii, ut dixi, uertitur circa causas, quæ committuntur simpliciter in curia, sed in causis, quæ extra curiam committuntur, non potest commissiones signare, iuxta ea, quæ dicit Egidi. decisi. xlvi. incip. exceptio. Cardinalis uero sic, ut dicit una regula posita inter illas de potestate Vicecancellarii. Et siue commissiones signentur per papam, siue per Vicecancellarium, aut cardinalē habentem signaturam iustitiae, ut ipse idem, ut Vicecancellarius, uel eius regens extendit signaturam, seu potius distribuit tales commissiones auditoribus, uel aliis prælatis, quibus committuntur per ista uerba, quæ apponuntur post signaturam, uidelicet, de mandato D. N. papæ audiat magister. L. & iustitiam faciat. ¶ Super quo est ulterius notandum, q; si tales extensio Vicecancellarii, uel regentis discordaret a signatura papæ, attenditur potius signatura papæ, q; extensio illa Vicecancellarii, uel regentis, ut in nota bili causi exemplum ponit D. Guliel. in quadam sua decisione incip. contingit in una causa &c. & referit ita plures iudicatum, ut ibi latius per eum.

21 ¶ Et si queratur quare potius per huiusmodi uerbum placet, signantur commissiones, quam per uerbum fiat, ut olīm, posset responderi, quia uerbum placet, non est inducitū gratia, sicut uerbum fiat, sed est uerbum concernens ius, & iustitiam, nam uerbum placet, tenet arbitrium boni uiri, ut in. l. fideicomissa. §. quanquam ff. de leg. iii. tener Bar. in l. lucis. ff. de fideicomis. libert. & norat Abb. in. c. uerum. de foro compre. & in. c. cum uenissent. de insti. Hinc est, q; placita, uisitationes cauſarum appellantur. ut in. c. ad aus dientiam. & ibi notat glo. de rescrip. & illud arbitrium intelligitur, prout de iure, ut Mos der. late scribit in. c. i. de consti. ¶ Et commissiones nihil aliud continent, quam ius, quia diriguntur, ut iustitia ministretur, ut in. l. falso. C. de diuer. rescrip. Et ideo commissiones iustitiae solent communiter per papam ad differētiam supplicationis gratiosæ signari, per placet. A. ut hic dicit tex. regulæ, scilicet hoc sit speciale in papa, quia potest signare supplicationē gratiosam per fiat, uel per placet. Securū aut in aliis cōmissariis. ¶ Et adeo ista signaturā iustitiae cōtinet merū ius, ¶ q; in ea non datur de filio decretū irritans, neq; in ea dero ganū priuilegiis Romanorū, neq; nouis reformationibus urbis, quia per hoc infertur præ iudicū, quod est cōtra ius. Neq; etiā ista signaturā iustitiae dat represalias, quia licet ille sint de iure, tñ uidelicet cōtinere in se quādā specie gratie. Et hoc q; ad signaturā iustitiae sufficiat.

¶ Quantum uero ad extensionē Vicecancellarii uel regentis, quæ sit post signatas cōmissiones per papam, uel cardinalē, quid operetur: aliqua scribit Fely. in. c. super literis. in. vi. col. de rescrip. propter quam factæ fuerunt olim plures decisions Rotar. quas latissime discussit quidam Raimundus antiquus Rotar. Auditor in quoddā suo indice, in uerbo signa

O

tura, quæ tanquam prolixa, & nimis uersta non curo referre. Nam sufficiet ad hoc legere decisiones quæ sunt. xix. & ccxli. in nouis, & in antiquis. deci. ccclxxviii. cum sequenti, & de cisi. dxiij. & dcccxxxiiij.

Cuperest modo, ut de secunda parte huius epilogi loquamur, quæ circa ministros signatura. **Q**ui Referendarii appellantur, uersabitur, de quibus pauca quedam cõmemorabo. Nā in primis illud scire oportet, t̄ Referendarios ob eā causam cōstitutos fuisse. Quia princeps et præsidentibus cardinalibus, & prælatis signaturæ nō poterat, cum impediētibus innumeris sedis apostolicæ negotiis, tū etiā, ppter supplicationū multitudinē legēdis, & examinādīs supplicationib⁹ supereffē. Deputati igitur fuerūt isti, qui hūc laborē subirēt, exāminarentq; prius, & discuterēt, nū quæ in supplicationib⁹ petutur ab ipso principe, sine ali⁹ cuius iniuria cōcedi possunt, in quorū signū uisal⁹ supplications supraſcriptione nominis.

26 **S**ui propria manu signaret, ut sic princeps cauitor reddatur. **T**Quorū quidē Referendarios rū duo sunt genera. Nā quidā sunt gratiae, alii iustitiae, sicut etiā ipsæ signature duxæ sunt, ut diximus, duobus etiā cardinalibus cōmisse. Referendarii gratiae fuerunt a principio numero octo creati, ut dicit rex. in authē. de Referendariis. & totidē papa facit, licet interdū ppter importunitatē potentū plures facti sint. Sed Referendarii iustitiae solebat esse sex, & unus ailius pro cācellaria. Quorū omniū Referendariorū receptio usq; ad tpa. Alexādri VI. fiebat solo iterbo, & illud sufficiebat. Sed Alexāder VI. postea sup hoc, has ordinationes, quæ se quātū fecit. Ex quib⁹ unā magnā bullā, sive cōstitutionē fecit circa reformationē curiæ. In qua uoluit Referendarios gratiae debere esse nu. X. & totidē iustitiae, qui debeant in sua recepcione, ordinationes fequentes iurare, quas Alex. in. d. cōstitutiōe, uoluit, singulo trimestri in utraq; signatura legi. Ordinationes signature, hēc sit. **T**Voluit. n. in primis Referendarios gratiae ad officiū receptos ante omnia iuramēti de proponendis, & fideleri exponēdis, iustis, & rationabilib⁹ petitionib⁹ præstare. Quodq; uora sua nō ad cōplacentiā, sed iuxta suā conscientiā proferrent. **R**ursus ne secreta signaturæ quantificunq; levia, uel minima, quæ ibi geruntur, sub periurii, ac suspensionis ab officio per mēsem, pœnis nulli panderēt. Ne prout aliquā cōpertū est, ex huiusmodi cōsiliorū detectione inimicitiae, uel scādala nascatur. **E**uitarēt insuper sub eadē pena, ne in propositionib⁹ suis, uel alias, alios Referendarios sibi propitiūt facerēt, ut uota ei, & ad sui cōplacentiā suffragia præstet sub eadē pœna. **P**raterea, ut scopulū caudēum, præcepit, ne aliquid a partibus, quarti supplications examināt, uel proponit, recipere procurent, etiā si illud fuerit esculentū, uel poculentū, sed gratis officiū suū præstet, sub dicta pena, & alia pro ipsius arbitrio imponenda. **S**ed istud de escuento, & pocuento male obseruatur in omnibus officialibus, qui licet prædicta capere non deberent ultra constitutos sibi a papa prouentus, nihilominus omnes libenter se quāntur dispositionem, c. statutum. §. insuper, de rescrip. lib. vi. quod uoluit iudices capere posse escuento, & pocuento a partibus mera liberalitate oblatū, quod paucis consumi possit diebus. Quod quidē escuento, & pocuento, licet toto anno ualorē centū Dicatorū excedere non deberer, iusta glos. in. c. non licet. xi. q. iii. & notat Marti. laud. in trac. de offi. domino. notabili. lxxix. nihilominus prava cōsuetudo modū rāsgredit̄, cōiuētibus superioribus, & forte causam dātibus, qui deberet hīdī Referendarios, & alios curię ministros, de aliquo honesto salario prouideret abhorter. n. lex sine pīmo homines laboriosis officiis præfici, ut dicit rex. in. §. siq; aut, in auth. de iudi. Quia aliqui officiū suū nō debet esse dāno sum, ut dicit rex. in. c. cū nō deceat, de elec. li. vi. Nā cū labor est in damno mortalis crescit egestas, ut dicit Cato. **E**tiam uoluiteos promittere, ne aliis Referendariis iniusta forte, uel minus honesta proponentibus assentiāt, sed potius ex debito conscientiā suā illis contradicant, & aduersentur, nulla proponentis, uel alterius persone ratione habita. **P**ostrem sub eadē pœna, & alia arbitrio ipsius papæ imponenda, obligare eos uoluit ne alterius Referendarii corruptelas, si forte scūterit illorū aliquā cōmissiſſe, aut munera recepiſſe, tēgere, aut occultare deberet. Hāc sunt quæ Referendarii gratiae promittere, & iurare debet, quæ fere similia sunt illis, quæ Rota. Auditoribus per ordinationes Joannis XXII. imponuntur. Quibus factis quando ad signaturam sunt omnes congregati, una cum Datario, qui semper signaturis papæ assistere debet, & solet, antiquior Referendariorū, uel prout fit, inter Auditores Rotæ, ille Referendarius, qui secundum turnum proponere debet, ante omnia orationem sequentem, quam Sanctum Ysidorum compoſuit̄ constat, alta, & intelligibili uoce legere debet, uidelicet.

Adsumus

29 **A**D SV M V S † Domine sancte spiritus, adsumus peccati quidē inumanitate derēti, sed in nomine tuo congregati, ueni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficeri debeamus, ut te auxiliante, tibi in omnibus placere ualeamus. Esto salus, suggestor, & effector iudicio rū nostrorū, qui solus cū Deo patre, & eius filio nomē possides gloriosum, nō nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui summa diligis aquitati, nō in sinistrum nos ignorantiā trahat, nō fautor inlectat, non acceptio mutatis, uel personā corrūpat. Sed iunge nos efficaciter solito tuā gratia dono, ut simus in te unum, & in nullo deuiciemus a uero, ut sicut in nomine tuo collecti, sic in eū tis teneamus cum moderamine pietatis iustitiae, ut, & hic a te in nullo dissentiat sententia uostra, & in futuro p̄ bene gestis consequamur p̄tēm̄ semp̄tē. Respondent omnes. Amen.

CHec oratio dicit in principio signaturę, & in Rota singulis diebus auidientię, q; originē habuit a cōciliis generalibus, initio quorū, hēc oratio dicēda erat, ut docet Spec. in trac. de modo generalis conciliū celebrādi, in. ii. parte. rub. xi. Et Petrus de mōre, eps. Brix. in sua moxarchia. q. iiiij. & ibi hanc orationem, licet satris corrupte, scribit, & ita etiā inter cōcilia Bāfili. & Cōlī. in ipresta reperitur. Sed hēc oratio hodie in signatura papæ nō legit̄, nescio qua de causa, forte, qui p̄nitia papæ oīm̄ solennitatē supplet, ut dicit. in. l. cōm. C. de testa.

30 **C**† Et quæ dicta sunt de Referendariis gratię, eadē in Referendariis iustitiae obseruātur, qui solent esse sex, & unus pro cācellaria, licet aliquātū plures secundū voluntati pape, tierū q; in hac signatura iustitiae periculosis peccatur, q; in alia, idēc, grauius puniuntur si hūi simo di Referendarii reperti fuerint pro officio suo prestanto, munera suscepisse. Nā ultra pœnas p̄ predictas, pro prima uice suspendātur, per mēsem ab ingressu signaturę, pro secunda per quatuor, mēses, pro tercia suspenſiūt perpetuo, & ad illud officiū amplius exerceendū inabilitēs rediuntur. Et ob eā causam summī Pontifices sapienter in hac signatura iustitiae introduixerunt, Quod solus cardinalis habēt signaturā iustitiae salariū Centū Dicato. rū singulo mēse habēt, cardinalis uero signaturā gratiae nihil recipere. Quia prima signaturā propter iustitiae ministrandā est altera periculosis, & ut occasio omnino in illa tolleretur capidiē munera etiā esculentā, que solent sape sapiētū oculos obsequare, ut in. c. paut. per. xi. q. iii. illud inducēt fuit nā ubi maius periculū uertitur, cautius fuit agēdum, ut in. c. ubi periculum. de elect. lib. vi. Quod quidē periculū in signatura gratiae militare non uideatur. Et ideo uidemus, q; Alexāder VI. grauiorē pœnam Referendariis iustitiae munera cāpiētibus, q; Referendariis gratię imposuit, ut ex p̄dictis cāpiūtibus appetat. **C**† Itē tenentur Referendarii iustitiae, cū proponit̄ aliquā materia antiqua, super qua iam plures cōmissiones proposiſt̄, & signate fuerūt, partes, uel earū procuratores, aut adiutores audire, duos ex Referendariis, qui eas audiant, & referant in sequenti signatura depurando, licet aliquādo Referendarii omnes informentur. Utē est ordinatum, q; quando in signatura causa alicuius Referendarii, aut frātis germani, aut alterius, vſq; ad tertīū gradū affinitatis, uel consanguinitatis inclusiue, p̄ponit̄, Referendarius illi propositioni nō interficit, sed ex loco signaturae fortis exeat, nec uotum det, nec q; alii dederit p̄scriutetur. Quod etiā in auditoriis Rotæ. Io. xxii. statuisse cōstat. Eſi idē Referendarius scienter proposuerit in signatura cōmissiones ad se, uel ad supradictos cōsanguineos, uel affines p̄ficiētes, ipso facto est excōmunicatus. Hēc Alexander VI. cōstituit. Qui postea, in constitutione quadā reformatoria curiæ, alia ad istā signaturā p̄ficiēta addidit. Voluit. n. q; cōmissiones bīficiales extra Rotā nō signēt̄, nisi de cōſensu partiū, & tūc nō detur p̄tā decernēdi executoriales, ni si cōtra succubēt̄. **C**lē uoluit, q; cōmissione ſemel reiecta nō ponat̄ iterū sub pena excōicationis ipso facto incurēda. **C**lē q; extra signaturā nō porrigit̄ papæ cōmissiones signāde. **C**lē q; cōmissiones aduersus literas, seu gratias tollētes ius quēſitū ſemper signari poſſint, nulla habita ratione, qualis sit materia, p̄pofita. Et plura alia in dicta Bulla reformatiōis fuit Alex. q; lōgū eſſet recelere, que ideo nō refero, ga illa bullā forte nō fuit publicata. Sed capitula superiora publicata, & ſeruata fuerūt aliquo tpe, & ideo iſta exēpli cauſa ſufficiāt.

Chac de Referendariis ſtatuit Alexād. . cum ante omnia confusa uideretur, & hodie male etiā hēc ſtatuta ſeruantur, quia Referendarii ſimpliceri absque iuramento recipiuntur, quod eſt mirandum, quia cum iſtī ſint ministri ſedis Apostolicæ, & omnis ūm̄ ſecretorum signaturę p̄ticipes, & iustitiae consultores, non deberent illico, & nū do uerbo recipi, ſed maior circa tales personas promouendas deberet diligentia adhīberi,

- 32 arg.l.i. § sed, & si quis, ff. de carbo. adicto. ¶ Prasertim cum inter officiales curia Referendarii digniores reputentur: Nam in regulis prærogatiarum expectantium, primi ordinum Referendarii scribuntur, deinde Protonotarii participantes, tertio loco Correctores, postea Subdiaconi numerarii, quarto loco Auditores Rota, postea Clerici Camerae, deinde Auditor Camerae, & Abbreviatores, actu officia sua exercentes &c. Itaque Referendarii ab ordine literarum reputantur digniores ceteris aliis, quia primo nominantur, iuxta l.i. & ii. ff. de albo scrib. Et ideo dato expectatiarum concursu inter praefatos officiales Papa voluit Referendarios præcedere. ¶ Rationem non inuenio, quia si ad antiquitatem officii respicimus, ¶ Protonotarii ceteris sunt antiquiores: nam Referendarios a Justiniano imperatore constitutos fuisse, qui fuitanno ab ortu Christi D. X X V . satis competitum est, ut in authen. de referendariis, patet. Protonotarii uero multo ante creati sunt, (ut Pontificis cum historiæ restantur), Nam vi Damasus author est, Protonotarii VII . numerari a Clemente Primo constituti fuere, (qui fuit IIII. a Petro,) anno salutis christianaæ X CII . vi latius dixi supra in proce. regularum. q.i. qui usque ad tempora Clementis VI . adhuc 34 in magno honore fuerunt. ¶ Adeo, & Bonifacius de Vitalinis, quodam Rota Auditor, & Protonotarius, in clemen. i. de regulari. nu. 1 . conqueritur, & inuehit contra Cardinalem Zabarellam, qui procurauerat Protonotariorum numerum rumpere, creari faciendo nepo tenui ultra numerum, cum emolumendorum participatione. ¶ Ex quibus appetit Protonotarios, Referendarii antiquiores fuisse. Et nihilominus Summi Pontifices voluerunt Referendarios ceteris curiarum officialibus præferendos esse, vt patet in dicta regula. ¶ Quid igitur causa fuit tanti favoris? haec tenus non legi. Sed arbitror ob eam cäm tributam illis tanti honoris prærogatiæ esse, quia Referendarii quotidie apud principem, & in eius presentia, immo simul cum eo, officia eorum exercet, eum opere, & consilio iuuando, quod alii curiarum officiales seorsum faciunt, nec ita immediate papam iuuant, & ideo illi ceteris preferuntur, ita dicit Ange. areti. in terminis in. §. f. in prin. inst. de excep. sequitur Ioannes de terra rubra in tract. primogeniture, fol. cviii. col. i. Quid sola ratione Cardinales presentes, ceteris preferuntur? Immo simplex Cardinalis in curia residens præfertur in honoribus Cardinali legato, vt probat Nicolaus Boerii in tract. de præminentia magni concilii, in prima ratione. Non enim æqualiter splendet, qui abest, ac qui presens est: nam licet omnis dignitatum ordo splendorem a principe recipiat, magis tamen coruscat, qui proximior est, q. qui distat, vt dicit Bal. de Cardinalibus loquens in rub. de offi. pro. consu. Cardinales enim presentes quotidie vna cum Papa in eodem dolio versantur, vt late dicam in regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium. q. xvii. & tract. Moder. in tract. de digni. & potesta. lega. in. vi. conclusio. Sic in ecclesia triumphante, qui proximiores sunt Deo immortalis, magis ceteris de gloria participant, vt Theologi ubique asserunt. Nimirum igitur si ob eam causam Referendarii digniores censemur. 37 ¶ Nam, vt dicit Imperator, illi magis digni haberi debent, quos labor assiduus, & nostri la teris comitatus illustrat, vt dicitur in. l.i. C. de preposi. laborum. lib. xii. ¶ Quamobrem magna olim fuerat Referendariorum estimatio: nam immunes, & exempti a munib. extraordinariis erant, vt dicit Bar. in. l.eos. C. de excu. mune. lib. x . & dicit. 38 Io. an. in. c. duobus, ja. v. col. super glo. antepen. de rescrip. lib. vi. ¶ Referendarii sicut Papa, tunc poterant ex diutibus impetrantibus alteri gratificari in data, videlicet, preponendo alium, vel postponendo. Et dicit Bal. in cle. i. de rescrip. q. quicquid facit Referendarius censetur Papa facere. Et dicit vna decisio Rote ordine. ccvi. in nouis. incip. si actor. q. Referendarius poterat sicut Vicecancellarius recipere resignationem beneficiorum, quod Auditor Rote facere non potest. Et ista omnia intelligerem procedere in Referendariis utriusque signaturæ, in quibus militant prædictæ rationes. Sed in Referendariis iustitiae tantum, qui Papam immeditate non assistunt, nec illius præsentia illustratur, forte prædicta non procederent. ¶ Et est etiam aduentendum, q. licet isti Referendarii actu officia sua non exerceant, nihilominus prærogativa Referendariorum gaudeat, & sunt vere Referendarii. Ita dicit Glosator regularum Cancellariæ in regula prærogatiarum expectantium, in secunda parte, vbi ponit exemplum in quodam Guidone Antonio filio Ceculii de Mediolano viro nobili, qui Referendarii non exercebat, & nihilominus prærogativa utebat, vt ibi per eum. Ratio istius dicti est, quia regula solum requirit exercitium actuale in Abbreviatoibus, vt ibi appetat.

¶ Tamen

- ¶ Tamen ego multum dubitarem de dicto Glosatoris, per ea, quæ And. sicut dicit in conf. Ivii. in. i. & ii. col. lib. i. & Fely. in. c. per tuas. in. iii. col. de maio. & obe. qui præcise loquitur. Et illud, quod dicit Glosator de illo Guidone non satis apparet, vel si constaret, illud futurum in indulgentia speciali, Tamen dictum Glosatoris hodie practicatur. Et licet Referenda riorum officium olim in magno precio fuerit, hodie tamē nescio quo pacto eorum auctoritas vilescit, vt dicit Abb. panot. in. c.i. circa fide priuile. de quibus etiam Rota mentione facit in deci. dlxv. in. ii. col. in anti. & Specu. in titu. de supplicatione, post prin. Innoc. & Hosti. in. c. ex literis. de in. integ. resti. & lo. de platea in. l. fi. col. penul. C. de decurio. lib. x. & latius de istis loquitur Castaneus in tract. gloria mundi. in. vii. parte. in. xi. consideratio ne. & plura prætigia illis concessit Leo X. quæ non curio referre. Quæ omnia de Refe rendariis dicta, notanda sunt, quia est materia peregrina nullibi cedunata. 39 ¶ Postquam igitur per Referendarios coram Papa, vel Cardinali præsidente signaturæ, propositæ, & examinatae sunt commissiones iustitiae, ac per Papam, vel Cardinalem signatae, mituntur ad Vicecancellarium, vel Cancellariæ Regentem, qui eas extendat, seu verius distribuat per turnum inter Auditores, per illa verba apposta in calce commissionis post signaturam, videlicet, de mandato Do. N. Papæ audiat magister. N. & iustitiam faciat. Et propter illa divisione cōmissionū, quas Regens facit, dicta cōmissiones, distributiones applicantur, ut dicit decisio Rote. ccxxii. in no. Et decis. ecccxix. in antiq. facta igitur distributione commissionis per Regem mitit eas ad bancum, Curorum, qui eas etiam inter se per turnum distribuunt, & præsentant Auditores, uel alii prælati, quibus diriguntur, quibus a die præsentationis earum datur iurisdictione, ut in. c. ut nostrum. & ibi not. Moder. de appella. ¶ Et licet auditores iurisdictione ordinaria in cognoscendo censeantur habere, iusta nota, in clemen. auditor. de rescrip. ita quod uideretur illos posse procedere in causa, Tamen non possunt, ut opinor, ante præsentationem nem cognoscere. Duplici ratione. ¶ Prima, quia propter presentia papæ illa iurisdictione ordinaria est, quasi impedita, propter quā causam oēs existentes in Curia cōsentur delegati: iuxta not. per Archi. in. c. exp. cōstituæ. xi. q. i. ubi dicit, q. nullus in curia habet iurisdictionem ordinariam, nisi papa, sed iudicat, aut ex generali delegatione papæ, aut ex speciali cōmissione, ut ibi dicit Archi. referendo Specul. Ratio est, quia iurisdictione ordinaria regulariter prouenit ratione territorii, vt not. in. c. cum cotingat, de foro comp. quod Auditores non habent. Et licet quædam decisio Egidii delix. incip. dicta compulso & c. dicit, q. Auditores habent totam Romanam curiam pro territorio, illud est uerum ad effectum, ut statuere possint suas decisiones in curia, quæ habent uim stili, & legis, q. quis Glosator regularum in regula de subrogacis, neget, auditores, & quos cūq. alios in presentia papæ statuere posse, cū nō habeat plena iurisdictione ordinaria, sed dicathoc fieri sciēt, & uidēt papa. Et ideo cōsentur quoad hoc habere territorium per quādam fictionem, non uere. Patet, quia si uere tota curia esset nobis data pro territorio, nō haberemus strictiore potestatem, quam habēt alii delegati in curia, ut dicit decisio Rote. cccvi. incip. si actor. in nouis, quia probat hoc exemplo, quia uidemus alios delegatos absoluere posse ad cautelam, sed nos Auditores non possumus sine speciali mādato, ut ibi dicitur. Et propterea non sine causa Bonifacius VIII. interloquitur fuit neminem in curia Romana ordinariam iurisdictionem habere, nisi papa, ut refert Archidia. in. d. c. experientia. 41 ¶ Secunda causa, quare auditores præsentata cōmissione hodie procedere non possunt, est, propter impedimentum regularum Cancellariæ, inter quas est ¶ una posita infra ordinem. xxix. quæ disponit cōmissiones causarū non ualere literis nō expeditis. Itaq. per illam regulam impeditur iurisdictione, quod est uerū quando produciunt per partem aduersam in actis, alias procedere possent auditores illa non obstante, per ea, quæ latius dixi superius in procedendo regularum, etiam papa mortuo, ut latius probat Glosator istarum regularum in rubrica de potestate Vicecancellarii. in. ii. & iii. colum. Et etiam aliquandic non obstante productione dicta regulæ. xxix. Auditores ad ulteriora processerunt, quād illi regulæ fuit derogatum, prout aliquando fieri contigit pro qualificatis personis, ut reperi adnotatum in quodā libro adnotationis Reuter. bo. me. Cardinalis Sancto. Quatuor. fol. lxvi. & lxxii. prætigia 147 quod est mirandum, quia hodie nō sclet pro aliquo illi regulæ derogari, nisi modo infrascrip. Pro cardinalibus in passim derogari solet, cū in illis cessent rationes fraudis, propter quas literarum expeditio requiritur, videlicet, solutio annata, & officialiū satisfactio, a quibus cardinales eximiuntur. Et q. præter hoc cardinales, p. luce dignitatis eorū ita, ut modesti esse dñi, sic

- 43 præsumuntur abesse a fraudibus, & esse ceteris iustiores. ¶ Hinc est, qd de hodierno stilo,
quando causa committitur Cardinali in signatura papæ non ponitur illa clausula (qua in
extensione commissionis Vicecancellarii, uel regis cōmūniter apponi solet) uidelicet, iu-
stitia facit &c. sicut apponitur in cōmissionibus aliis prałatis directis. Sed solum ponun-
tur hæc uerba, de mandato D.N. Papæ audiat talis cardinalis, & decidat &c. ratio reddi-
tur per tex. in l. unica. ff. de offi. pref. præto. Quia princeps eos, quos ob singularem indu-
striam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officii magnitudinem eucxit, non p-
ræsumit aliter iudicatuos esse, pro sapientia, ac luce dignitatis eorum, quam ipse foret iu-
dicaturus. Non igitur illis mandat, qd iustitiam faciant, cum quilibet Cardinalium hoc
proprium, & peculiare habere debet, ut absque aliquo signo, vel monitione iustitiam faci-
ant, qua eorum pectoribus ita inesse debet, ac propria uita. Alias papa iniuriam illis ui-
deretur inferre, si per suam signaturam illis imponret, & quodammodo ad eorum memo-
riā reduceret, qd iustitia faceret: nō hoc pindē haberetur, ac si eius essent immemoires, quod
uidetur paululū si baustrum. ¶ Nam sicut commemoratione impensi beneficii (vt inquit Co-
nicus) immemorem, ac pene ingratum animum recipientis arguit, sic commemoratione
iustitiae facta illis, qui ex officio suo illam facere tenentur, nescio quid dormientes, ac obli-
uosi animi indicat. Viderunt enim papa de illorum probitate, & fide dubitare, si, vt iusti-
tiam faciant, amoneat, & scripto mader. Bonus enim equus (ut est in proverbio) calca-
ribus non indiget, sed sola uirga umbra regitur. Qua quidem rationes, licet in quibus-
uis alius bonis prælati militare possent, non tñ papa ita de illis confidit, sicut de Cardi-
nalibus, qui quotidie secum pro Reipublica Christianæ commodis innumerabiles labo-
res perfurunt, de quibus ideo facilius confidit, quia eorum mores diuina, & pene quo-
tidiana experientia magis notes habet, argu. eorum qua dicit Felyn, in cap. ad aures. in
decima quarta conclusione. de rescrip. In cardinalibus ergo cessant istæ solemnitates iude-
ciorū, que in aliis obseruantur. ¶ Et ideo nō sine optima, & efficaci ratione in ista materia
plura priuilegia in fauore cardinalium cōtra iuris dispositionem specialiter inducta sunt,
qua alii prælati concessa non fuerunt. De quibus non ab re erit, pro dignitate eorū pau-
quedā cōmemorare, qua in locis vulgaribus non traduntur, scribam.
- 44 Primum priuilegium est istud de quo supra proxime dictum est.
- 45 Secundum est, tñ quia commissiones, qua fuit cardinalibus non solent signari, nisi per
solum papam, sicut neque supplications quatuor uotorum papæ reseruatorum, quorum
cōmitationes cū Datario componunt, & ideo eas non signat, nisi scilicet papa propter nos-
tabilem præminentiam illorum uotorum, in quibus antiquius non solebat papa, nisi
ex magna causa, & cum compositione dispensare. Sed cardinalis, qui haberet signaturam in
aliis uotis inferioribus dispensat. Ita commissiones, qua fuit cardinalibus propter ille-
rum excellentiam scilicet papa signat, sed alia commissiones inferioribus directas per alios
prælatos habentes signaturam iustitiae, aut per cardinalem, uel per Vicecancellarium si-
gnari possunt, ut dicit Bonifacius Vitalinus in cle. audito. in ii. col. in v. opposit. de res-
cip. ¶ Et causa que cardinalibus cōmittuntur nō debent exceedere. ix. Ducatos, alias com-
missio est nulla, ut dicit Paulinus in quadā extraua. ad epis. alleg. per Fely. in rub. de rescrip.
circa fi. & per Cardinalem Iacobatum in tract. concilii. fol. xxvii. in i. colum. Et quando cau-
sa cōmittitur contra Titium, & alios in citationis decreto nominandos, etiā si cardinalatus
honor præfulgeant, cōmissio nō datur, nisi cardinalis nominetur. &c. Et quod dictum est
commissiones contra cardinales non signari, nisi per manū papæ. Idem seruit in regibus
- 46 in quibus etiam stilos Cancellariae tenet, qd literæ contra reges, & principes, & magnos
duces nō dantur, sine signatura papæ, iuxta no. per Specu. tit. de legato. ¶ nunc cōstenden-
dum, versi, item non obstat. Et hoc expresse notatur in illo vulgato libro practicæ cancella-
riæ. fol. lxxvi. Secus est in aliis.
- 47 Tertium priuilegium est, qd in causis Cardinalibus commissis assertioni illorum credi-
tur, ita dicit Egid. deci. clxxxiii.
- 48 Quartum speciale priuilegium est, qd licet qd cōmittitur causa auditoribus, vel aliis præla-
tis non illi possint alteri cōmittere obseruationes terminorum sine speciali licentia papæ.
Secus tñ est quando cōmittitur causa Cardinali, quia sine speciali mandato papæ cōmitate
re posset, auditoribus suis terminorum obseruationes, ita dicit Egid. esse de stilo in decisi-
xliii. incip. articulus.

¶ Quintum

- Quintū singulare priuilegiū est, qd si cōmittatur causa Cardinali, quia prius fuerat com-
missa alii auditori, & ille faciat intimare cōmissionē dicto auditori, licet illi nō inhibeatur,
auditor nō potest amplius procedere in causa propter reuerentia Cardinalis. Secus si unus
auditor alteri auditori cōmissionem sine inhibitione intimaret, quia talis audit uero nihil
minus poterit procedere, ita tenet Rota in deci. xxxviii. incip. & est sciendum. de cōcio & cen-
tuma. in anti.
- Sextum priuilegium speciale est, propter eandem reuerentiam inductum, qd audit uero
eo intimare facit Cardinali cōmissionem non debet illi inhibere, ut dicitur in dicta pro-
xima decisione.
- Septimum priuilegium est in fauorem Cardinalium introductum, quod causa scilicet
commissa Cardinali, licet ille desinat quouis modo esse iudex, non tamen committitur ul-
terius inferioria Cardinale sine speciali mandato papæ, propter illorum honorem, ut dicit Egid. deci. xxxvii. incip. ubi appellatur. in fi. & tenet Nico. milis in verbo appellatio.
- Octauum priuilegiū propter eundē honorem Cardinalibus seruandum, inductū est, vt
cardinalis cui causa cōmittitur, alteri Cardinali non inhibet, secus est in aliis, ut dicit deci.
ultima. de dolo, & cōntu. in anti.
- Nonū priuilegiū, qd licet illa clausula appellatiōe remota in cōmissionib. us prelatcrū, &
quorumcunq; intelligatur de appellatione friuola, posita tamen in cōmissione facta Car-
dinali, intelligitur de quacunq; appellatione. ¶ Itaq; neq; iuste, neq; iniuste a sententia il-
lū poterit appellari, ita dicit Paulinus in tract. de offi. & pot. cap. se. trac. in penul. fol. in
iii. colum. & ante ipsum hoc tener Milis in verbo appellari non potest a sententia lata per
Cardinalem. Et tenet Bal. in. i. in. ii. colum. ff. de offi. præfec. & Roma. in singul. incip.
appellatiōe remota, qua omnia sunt noua in hac materia, pro quibus uide, qua dico supra
in procēdū regularū. q. iii. numero. 2.
- Decimū priuilegiū speciale est, qd in pari causa qd Cardinalis habet pares rōnes ei alio,
Rota solet in dubiis gratificari pro Cardinali priout uidi tempore meo seruari in causa Me-
diolanen pro Reuerentia Cardinali Triuultio. Et in alia etiā Mediolanen, pro R. Cardinali
Cæsarino, & ita semper fuisse antiquis temporibus obseruatum, dixit U. Simonetta.
- Ad propositum redicendo, istis igitur regulis non solet communis in retum deroga-
ri, sed ex usu signaturæ inductum fuit, qd in fauorem Cardinalium possit fieri derogatio pro-
pter rationem, quam dixi. ¶ Reperta etiam tam pro commoditate curialium una honesta,
& moderata derogatio ad dictam regulam. xxi. qua uoluit commissiones non valere, nō
si prius literis expeditis super gratia facta: Nam ad effectum, ut ante terminum ad articulā-
dum iurisdictioni iudici detur, ut actor causam instruat cum sua commoditate, & præparet
necessaria ad iudicium, conceditur ei in cōmissione ista moderata derogatio, seu po-
tius suspensiō regulæ, uidelicet, dummodo ante terminum ad articulandum literas expe-
dierit. &c. Ethoc fit, ut dixi, ut interim auditor habeat iurisdictionem, qui alias nullam ha-
beret obstante predicta regula. Per quam quidem derogationem per solam cōmissionē
concessam non infertur molestia possessori, iuxta. tx. in. i. libertus. ii. ff. cē in ius vec. cum
concor. ut per Fely. in. c. extenore. in colum. i. de rescip. & dixi latius in. q. cōnales. inst.
de actio. ¶ Et quamvis ante predictum terminum ad articulandum, præcedant tres alii ter-
mini, uidelicet, ad dicendum contra cōmissionem, ad libellandum, libellarii qd videndū,
& ad iurandum de calumnia, ex quibus possit molestia prætendi, ratione citationem, qua
in predictis terminis requiruntur, nihilominus illa molestia non est considerabilis, nisi re-
us proper hoc aliquas impensas fecisset, quia tali casu haberet locum dispositio. d. c. ex te-
nore. Nam quoad molestiam iura tantum hoc considerant, utrum reus fuerit fatigatus la-
boribus, & cōpensis, ut patet in. c. extenore. & in. c. fi. de rescip. & in. c. dispendia. ubi post
alios dixi eo. tit. libro. vi. & in clem. i. eo. tit. cōfessante tamē tali molestia non potest alias
dici reus vexari, cum nihil laboret, nihil expendat.
- ¶ Verum, quia predicta clausula apposita in cōmissione, videlicet, dummodo ante ter-
minum &c. successu temporis, ut experientia docuit, cōpet esse danica, ex ec., quia cū
occasione excogitabantur fraudes, propter quas defacili beneficia efficiebantur litigiosa.
Inuenta fuit alia moderatio, & salutare remedium per quod huiusmodi fraudes cōchererē-
tur, ut statim dicam. Fraudes uero, quæ propter dictam clausulam dummodo ante terminū
ad articulandum, &c. cōmittebantur, iste erant: Nam cōtingebat saepe, qd ego de facili

R. P. D. L VDOVICI GOMES.

imperabam commis̄ionem literis non expeditis cum predicta clausula dummodo eas ante terminum ad articulandum expedire, uigore cuius citari faciebam aduersarium meum, ad istum tantum effectum, ut si ille moreretur, uel cederet, ego peterem subrogari. Nam ex quo beneficium iam per commis̄ionem, & citationem effectum fuerat litigiosum, facile subrogatio concedebatur. Itaq; ex hac iniusta vexatione resultabant hæc mala. Primum, q; ordinarii sine eorum culpa priuabantur de huiusmodi beneficiis litigiosis proutidere, patro ni prohibeantur presentare, expectantes etiam penitus excludebantur, ut in. c.ii. v. lib. pen den. lib. vi. Et sequebatur aliud malum, quod deterius erat, quia multoties istis sic litem mouitibus nullum ius tpe cōmisiōnis ad beneficia sic impetrata competebat. Sed per istā viam se in ius defuncti subrogando, ius de nouo acquirebant. Sicq; dabantur occasio certo modo p̄lscandi beneficia viuentium, forte in senili, & decrepita aetate constitutorum, in graue prauidicium prædictorum; ac ipsorum possessorum non valentum de beneficiis suis iam effectis litigiosum libere disponere. Quamobrem, ut huic fraudi, & malitiæ occurretur † Cardinalis Alexandrinus primus omnium, ut dicit Fely, hic in quibusdam apostolis imperfectis, salutare remedium inuenit, & quandam moderationem ad prædictam clausulam, quam hodie signatura vtitur, videlicet, q; post prædictam clausulam. Dummodo ante terminum ad articulandum literæ expediunt &c. adderentur hæc uerba, & q; inter rim beneficium non centaurit litigiosum etiam ad effectum regulæ de subrogandis, per quam quidem additionem subiectum fuit ordinariis, patronis, expectantibus, & possessoriis contentis. An uero dicta clausula inuenta per Alexandrinum præferuer exceptionē regulæ de triennali competentem possessori, ut, videlicet, beneficiū nō obstante hmoī lite maneat pacificū, dicā inferius, & in regula de triennali, q. si, & ēt in regula de subrogandis. ¶ Et est aduertendum, q; sicut signatura in fauorem reorum possessorum, ne beneficia eos sum per istam uiam fierent litigiosa, inuenit prædictam clausulā, ita & Rota tempore Leonis papæ X. introduxit aliam utilitatem in fauorem actoris. Nam cum actor iuxta dictam clausulam teneatur expedire literas ante terminum ad articulandum, & literæ tunc dicunt expedire, quando sunt plūbarē, ut tenet Glosator hic: † quia Bulla dicitur plumbū pēdens, sive sigillū de auro, uel argento, iuxta glos. in uer. aurea bulla. in clem. i. de iur. iur. & tenet expresse Glosator in regu. xiii. in. iii. col. & in regu. ix. in. fi. & facit tex. in. c. licet. de cri. fal. Et ante appositorum plumbum, bullā dici non potest, ut dicit Alexan. in consil. ccxv. vi. sis probationibus. in. ii. uolit. Tamē Rota in fauorem actoris uoluit, q; licet actor produixerit bullam suam post terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, quod in dubio præsumatur expedita ante terminum, ut euiterit nullitas, ut latius de ista decisione superius memini. Ino in alia etiam causa uoluit Rota, q; sufficit in bullis mensi esse appositorum Rescribendariorum, ut in una Gebenen, beneficiorū de mense Martio M.D. xx. conclusit Rota coram Domino Guiliel. ut ipse idem adnotauit. Nam in dicta causa terminus ad articulandum fuerat seruatus de mense Decemb. & actor produxit bullas suas post terminum ad articulandum; sed in bullæ tergo erat apposita per rescribendariū ista dictio, De, quæ significat mense Decembri, non tamē apparebat de die, uoluerunt Domini per hoc actorem excusati. Nam licet illa appositorum mensis de necessitate non concludat, expeditionem fuisse factam ante terminum ad articulandum, † nihilominus ad effugientum contumaciam, debet fuisse actus in dubio expeditus legitimo tempore, iuxta notata per Bar. in. l. non solū, q. sed & reprobari, de ope. no. nun. Nam quando duo actus reperiuntur facti eodem tempore, in dubio ille actus præsumitur factus prius, qui fieri debuit, ut actus valeat, & per quæ excludatur delictum, ut notabiliter dicit Bal. in. l. cū in testamēto. §. hæc uerba. ad finē. ff. de hære. insti. Quod dicit memoria dignū Alex. in. l. diuortio. in. iii. col. ff. sol. mari. & idē Alex. pro singulari illud dictū citat in. l. iii. C. de codicil. & in consil. bxxxi. lecto, & discussio. in. iii. col. lib. iii. & Iaf. in. l. hac consultissima. in. l. & sequenti col. C. qui test. fa. pos. & in. l. fi. col. penul. C. de adic. di. Hadria. col. De eius in consil. xi. in. xi. col. quæ addenda sunt ad Fely. in. c. pastoralis. col. iii. de rescrisp. Cū igitur in dicta causa Gebenen, terminus ad articulandum ficerat seruatus mense Decē, & in eodē mense reperiit ēt bulla expedita, licet nō appareat de prioritate expeditionis, in dubio præsumi debet bulla ante seruationem termini expedita, & non post, ut actus ualeat, & excludatur delictum. Ita Rota dicto tempore conclusit, & tempore meo hoc idem tenuit in pluribus aliis causis per prædicta motiva, quæ non posuit Dominus Guilielmus.

Et ista

V T R I V S Q V E S I G N A T . C O M P E N . LXXXIII

Et ista, quæ dicta sunt, procedunt etiam si officialis appōnentur in plica bullæ expedita tali tempore, dummodo ex plumbo appareat de alio tempore. Ut cœclusit Rota hoc mense Octōbris M.D. xxxix. in una Silamatina p̄fētmoniū de orbada cori. R.P.D. Marcello episco po Marficano. Nam in literis ap̄ostolicis Hieronymi de Arce actoris appositum fuerat plumbum Clementis, & tamen officialis in plica bullæ appōnuit tempore Pauli III. hæc verba, hodie expedita, &c. quo tpe cōsiderato, expeditio uidebatur facta post terminum ad articulandum. Tamen Domini non consideratis verbis officialis iudicarunt bullam fuisse expedita quando fuit plumbata, & sic tempore Clementis, & per consequens ante terminum ad articulandum.

¶ Et quamus signatura pape, & Rota semper interint possessores beneficiorum per appositionem prædictarum clausularum, ac etiam ipsos impetrantes per interpretationem proxime dictam subleuantur, nihilominus excogitata postea fuit noua malitia per ipsos actores impetrantes, per quam prædictæ clausule eludebantur. Nam extorquent commissiones cum derogationibus sub hac forma, videlicet Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, regulisq; cancellariæ apostolicæ S. V. illa præscriptum, qua in ex cætera uoluit, q; causarum commissione, & inde sequita, literis apostolicis non confectis, nullius sint roboris, vel momenti, cui specialiter, & expresse placeat derogare, dummodo præfectus orator literas apostolicas super huiusmodi concessionis gratia expediti fecerit, ante terminum ad articulandum iu huiusmodi causa per ipsum oratorem obseruandū) Stante huiusmodi commissione, & ea signata prædicti solicitatores cauti, hanc regnam configunt. Nā citare faciunt reum ad dicendum contra commissionem seruatoq; illo termino nihil aliud curant facere, ad effectum, ut ipse actor non cogatur expedire literas in termino ad articulandum, sed expectant, q; reus citatus, qui forte propter dilaciones huiusmodi suspensus timet in longum protrahi, prosequatur item, & terminos obseruet, quod facere potest in uim commissionis obtente per actorem, cum sit iam effecta communis per productionē eius factam, & citationem ad dicendum contra, ut notat Inno. in. c. ex conquestione. de re sti. spol. & Rota in decr. xvii. de dolo, & contu. in nouis. Itaq; isto modo nō arctatur actor quin post terminum ad articulandum tentum: & seruatum per reum possit ipse literas expedit. Et processus interim factus ualit, quia commissio prædicto modo impetrata non arctat illum ad expediendas literas, nisi ante terminum ad articulandum seruandum per ipsummet actorem, non autem assertum per reum, & sic contra intentionem prædictæ regræ, acta interim facta valebitur. Et quia uerba commissionis ita sonant, a quibus non esset recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iii. cum uulg. Ista tamē cautela malitiosa, iudicio meo, non uideretur tuta in Rota, † quæ considerat potius mentem, q; verba regularum, iuxta tex. in. l. scite oportet. q. aliud. ff. de excu. tuto, per quem tex. uoluit Rota in una Sacrum parochiali de prados redondos pendentibus anno M. D. xxv. coram me, q; regula cancellariæ dans prærogatiuam prælationis scriptoribus apostolicis, non intelligatur contra familiares papæ, attenta eius mente, licet verba aliud præferrent. Ethoc propria rea: † quia scriptores apostolicj non sunt uere familiares, continui comeniales, nec vera redescriti, sed per priuilegium, & ideo non præferunt veris familiaribus papæ, continuis commensalibus, qui sunt ueri familiares, & descripti. Prout antea bis fuerat, conclusum in una Barchinonen, canonicatus, & præben. inter Io. Cordellas, & Michaelē pugnante coram R. Dom. Iacobō Simonetta de mense Nouembri M.D. xxix. Sed in causa isto dicti posset, q; ista cautela est contra mentem prædictæ regule, quæ facta est, ad obviandum fraudibus impetrantium, qui habentes solam signaturā molestant possessores, ut laboribus, & sumptibus fatigari, ut sic cōponere cōpellantur, vel cedere iuri suo, ita a seribus accessus, & regressus explicantur, ut in simili dicit tex. in. c. fi. de rescrisp. Et ita manifester fit per hoc fraus legi, & præfactæ regule. Nam amplexantes illius verba contra eius mentem, & voluntatem statuunt, ut dicit tex. in. c. fi. de re. iur. lib. vi. & in. l. non duobium. C. de legib. Malitiae igitur hominum indulgendum non est, ut dicit tex. in. c. sedes. de rescrisp. quia alias regula verbis, & non rebus imposta videtur, contra tex. in. c. cōmis. de elect. lib. vi. ¶ Et ideo si aduertentes Referendarii, & præfecti signature, ut illa uerba deleat, vs, per ipsum oratorem obseruandū &c. posita post verba prædicta. Dummodo ante terminum ad articulandum &c. ¶ Et quod dictū fuit actorem literas expedire debere ante terminum ad articulandum, illud intelligitur de termino ad articulandum bene seruato, alias si ille ter

etiam modo



R. P. D. LVDOVICI GOMES.

minus ad articulandum fuisse male seruatus, & per consequens illa obseruatio termini esset nulla ex aliqua causa, aut ex defectu iurisdictionis, vel alias. Tunc talis obseruatio termini nulliter facia non ebeſſet actori. Et ideo Rota isto caſu inuenit remedium, videlicet, q̄ actor expeditat bullas, & poſte reiteret terminos etiam ad articulandum in uim bullarum innocentianarum, vel uitute noue commissionis, & talis reiteratio termini ad articulandum facta poſt bullas expeditas ſufficiat ad effectum prædictæ clauſule, & ita ſuſtinebuntur, & ualebunt acta ſententiæ, & omnia alia ante literarum expeditionem facta, quæ nulla eſſet uia gore dictæ regulæ yidebantur, † & licet de ſtricto iure verba cōmissionis ſimpliſter de obſeruatione termini ad articulandum loquentis deberent intelligi de prima obſeruatione, ſi ue bona, ſiue mala. arg. l. leues. §. hocfermone. de uerbo. ſigni. iunctio. §. ſemel. inſtit. qui. ma. non li. Et per conſequens expeditio bullarum, & acta facta poſt terminum ad articulandum etiam male ſeruatum non deberent ualere. Tamen Rota tempore meo in una Macloquien prioratus de tretembo, coram R. P. D. Ieanne Clerici, D. Petro Vorſcio, & D. Paulo. Et in una alia Nolana parochiali, coram me die Lunæ. vii. Octobr. M. D. xxxii. inter Bartholomeum de sancta Cruce, & quendam Falconem epifcopum Spicaten. Et etiam in alia Dolen, pro Marco Marmillon, contra Palenzuela, coram me, xii. Julii M. D. xxxiiii. tenuit, & concluſit contrarium, † quia, licet uerba illa dummodo ante terminum ad articulandum, &c. poſta in dicta commissione, intelligi poſſent de prima obſeruatione termini ad articulandum quoniam oculi facta. Nihilominus, ut actus ualeat contrarium fuit conſlusum, Multa, n. coititia ſtricta interpretatione iuris recepta fuit, ut actus ualeat, quæ alias nō ad mitterentur, ut tradit. Iaf. in. l. i. in. iiiii. col. ff. de verbo. oblig. Fuit igitur conſlusum, q̄ illa verba de obſeruatione termini ad articulandum deberent intelligi de obſeruatione valida, non de inualida, iuxta tex. in. l. iiiii. §. condemnatum, ff. de re iudicata. & l. quotiens. ff. de uerbo. oblig. & utrobiq; late Moder. Sic itaq; hoc caſu Rota tenuit ſufficeret actori, q̄ ante illam ſecundam reiterationem termini ad articulandum, licet poſt primam nulliter ſeruatum bullas expediuerit. Et ita iā hodie ſeruatur, procedent igitur ea, quæ dicta ſunt quando prima obſeruatione termini ad articulandum eſſet bona, nam tum ſi literæ non fuſſent ante expedite, omnia acta ſunt nulla, nec ſauantur per reiterationem dicti termini, niſi per ſpecialē commissionem, & tunc refectis expenſis, ut dicam inferius loco ſuo.

¶ Et eſt ulterius notandum, q̄ licet regula requirat actualē expeditionem literarum ante dictum terminum, tamen ſufficiet producere apud acta ante ſeruationem dicti termini ſumnum de registro literarum apofoliarum bullarum, licet non producat dictam bullam:

¶ Quia tale ſumptum facit fidem in iudicio. Erita tener, & ſeruat curia Romana, prout dicit Rota deci. dclxxi. incip. nota ſumptum, in antiquis. Quam ſequitur D. Bartholomeus Belenzi. Rota auditor in tract. de chari, ſubſi. q̄. cxiii. Qui in loco ponit practicam horum extrahendi dictum ſumptum a registro in causis pendente, in curia, & extra.

¶ Considerandum eſt ulterius in dicta materia, q̄ in dicta commissione ſoler apponi, ut dixi, alia clauſula per Alexandrinum inuenta, videlicet, q̄ interim beneficium ipſum etiā quoad effectum regulæ de ſubrogandis minime confeatur litigiosum, & ſine tali clauſula hodie non datur commiſſio, poſlit rationem ſuperius. ¶ Sed ultra illa, quæ dixi, eſt unum aliud notandum, q̄ cum miſterio apponitur in dicta clauſula, † dictio implicativa etiam, ante uerbum quoad &c. Nam hoc factum fuſſe arbitror propter multiplices alios effectus rei litigiosæ. De quibus per Glos. in. c. i. de alien. iudi. mut. ca. fac. & per docto. in c. ii. ut lite penden. Nam appoſitio illius dictionis implicat beneficium non remanere litigiosum in aliis caſibus, etiam quoad regulam de ſubrogandis, ut in rubrica. C. etiam per procuratorem, & ibi Bar. in. l. i. eo. ti. cum concord. ut tradit Decius in. l. cognitione. in. iiiii. notabi. ff. de offi. ciui. Implicat igitur dicta appoſitio clauſula etiam, plures alios caſus, & operatur plures effectus notabiles in fauore possessorum, quorum beneficium modo praedicto effecta fuere litigiosæ, primus effectus eft quem implicat dicta clauſula etiam, quoad effectum &c. Quia poſſessor conuentus non obſtan. prædicta lite ſibi mota uigore dictæ commissionis, interim poſſessionem beneficij libere in aliū transferre poterit, nec reuo cabit ut uiam attentiati: quia ceſſat tunc uitium litigiosi, ratione dictæ clauſulae, quod alias ſi non apponetur clauſula prædicta, inducunt effe uitium litigiosi, quod prohibetur resignationem, iux. ea, quæ dicit deciſio. iii. ſub titu. ut lit. pen. in nouis. & in antiq. deci. iii. eo. tit. cum aliis, que Fely. tradit in. c. cum. i. & a. colum. iii. de re. iudi. meminit etiā

Alexandrinus

VTRIVSQUE SIGNAT. COMPEN. LXXXIII

Aleſandriniſ in. c. i. numero. 74. cum seq. iii. q. i. Prædicta ergo clauſula inducit iſum primum effectum in fauorem poſſessoris, & ex alia parte coercet, & tollit fraudeſ impetratiū beneficia inuentum poſſessorum forte inſtitutorum, vel alias uerisimiliter propter ſequium de proximo morientum. Qui quidem impetrantes, videntes ſe nullum ius fouere, ſepe inducunt item ſuper illorum beneficij, non ad effectum, ut illam prosequantur, cum nullum ius habeant, ſed quoad hoc, ut ex triſti poſſessorum euentu, qui, ut dixi, vel propter longum ſenium, vel periculosaſ infirmitatem ſperantur de proximo mori, beneficio regule de ſubrogandis gaudere, & vt poſſint, ut ſic de non iure faciant ſibi ius, & priuenter ordinariorum patronos, & expectantes facultatibus illis a iure conſeffis, aut ſaltem ipsi poſſeffores ſic citati ad curiam propter longitudinem itineris, & gratium impetrarum timorem, teſdio litis affeſti, cogantur, vel cedere, aut pensiones ſuper dictis beneficij dictis moleſtatoribus conſentire, ut quod faciliter factum uidimus regreſſus illis, & accellus concedant, prout temporibus Iulii, & Leonis plures curiales hoc modo diati ſunt. Quibus fraudibus Martinus papa V. per ſtam constitutionem extrauagant, & nouissime Hadrianus papa VI. & deinde Paulus III. p. suas regulas obuiarunt, quas de non ſubrogandis talibus acideunt, ſimilem etiam malitiam Bonifacius VIII. ſuſtituit in. c. fi. de renun. lib. vi. de qua Alex. & Moder. meminerunt in. l. filia. per illum tex. ff. ſol. ma. & reaſumit Decius in. cōſi. cxxx. colum. fi. Et ideo ante proiſionem factam per praefatos ſimulos pontifices opporſtuit, ut illa clauſula, que ſuſtilit huc morbum, & prouidit ne per huiusmodi commissiones induceretur litis pendentia, nec beneficia efficerentur litigiosæ, que alias de iure per commiſſiones prædictas, & citationem exequitari, inducebatur, ut not. in clem. fi. ut lite pen. quam ad hoc pro notabilis allegat Abb. panor. in. c. gratum. de officio deleg. & alibi ſape. Et lite cer, ut dixi, propter dictam clauſulam factum ſit, q̄ lis non dicatur introducta quoad reum, qui uigore dictæ clauſulae praeteriuntur ab hoc incommode ne beneficia ſua effeta ſint litigiosæ, erit tamen inducta lis quoad actorem impetrantem, refpectu cuius dicitur beneficia pidiata in ſuſiudicio litigiosæ, quod quidem ſuſiudicio potest conſiderari quoad tres effectus. ¶ Primum, quia ſi ipſe actor ante terminum ad articulatum, dummodo poſt decreta ſam citationem moreretur, tali caſu conuerteret dicta beneficia litigiosæ in fauorem poſſefforis rei conuentus, & in odium actoris, adeo, q̄ ipſe reus poſſeffor poſſet peti ſe ſubrogati. & eſſer locus regule de ſubrogandis in fauorem poſſefforis, & dicitur vera lis, argumen to eorum, que dicit Egidiuſ conclusione. cclxxx. quae incipit ſi faciens committi. facit quod dicit idem Egidiuſ conclusione. dclv. quae incipit ſi pendente inquisitione &c. Et ita eſt in una Toletana portionis tenuit Rota coram R. P. D. Petro Vorſcio X. Nouembris M. D. xxxii. & hoc probat late Fely. in. c. ſuper literis. colum. ix. versi. limito. i. de ref.

¶ Secundus effectus dicta litis pendentia erit, q̄ de priuilegia impetranda pendente iſta lite, per ipsum actorem, ac qualibet alia ſtatuta gratia per eundem obtent in praediſum poſſefforis, aduersari super eos, ſuper quo lis pendet non ualebunt, non facta mentione de dicta lite, adeo, quod eadem lite durante nullum dicto actori commodum, nec reo incommode inducent, per ea, quæ Oldra, dicit in consil. ccxcix. colum. ii. & idem reus, nihilominus excipere poterit de regula de non tollendo iure quaſito, & uti alii remedii iuris, ut probatur in. c. cauſam q̄. de testi. Et ibi bo. glo. & in. c. i. & c. dilectus. ut lite pend. c. dum. de priu. cum ſimilibus. ¶ Tertiuſ effectus, quare dictus actor impetrans non potest 3 cedere ius ſuum alteri etiam ante dictum terminum ad articulandum. Et cedelio quoad ipſum dicereſur facta lite pendente, conſequenter poſſeffalis cedelio retrocarri per reum poſſefforen tanq; attentata. clem. i. §. ſi uero. ut lite pendente. facit, quod dicit deciſ. x. rit. ut lite pend. in nouis, & quod dicit Egidi. deci. cii. & ita declaratur deciſio. iii. eo. ti. in no. quæ vo. luit † reum poſſefforem attentare ſi lite pendente in alium cedat, quod intelligitur quando eſt lis quoad eum, ſed in caſu iſo non eſt lis introducta quoad eum, niſi quatenus ſit ſibi proficuum, ſed quoad actorem eft uera lis in eius odium, & hec lis quoad ipſum actorem impetrantem inducta fuit, per ſolam commissionem ab eo obtentam, & citationem decreta ſam contra aduersarium, licet illa in iurati notitiam non peruererint, ut dicit formaliter Roma. consi. cccxxx. incip. circa p... . i. col. vbi dicit, q̄ clem. ii. ut lite pendente. uelens ad introducendum litis pendentiam requiri, citatione in citati notitiam perueniſſe procedit, niſi quoad litis pendentiam introducēdā ex parte agentis, quia ſufficit, que ad ipſum actorem ſoliſ citationis decreum abſq; eo, quod facta fuerit citationis executio. Ratio iſtius

dicitur est, quia ex quo ipse actor certus est de commissione, & citationis decreto, amplius certiorari non debet, ut in c. eū qui certus, de reg. iur. li. vi. & c. ab excommunicato, de rescri. cā simili. Et ita in una Valentina parochialis de pego prateritis annis coram R. D. Raynaldo Petruțio, & in eadem postea coram, R. D. Jo. Mohedano, & in alia Cōchen, coram tenuis Rota, ut dicā in regula de triennali, q. li. & in regula de annuali, q. xlvi.

CVLterius sciendum est, † q̄ commissio literis non confectis non datur super duobus beneficiis, nisi contra unum, & tunc ita demum si ambo beneficia sint eadem supplicatione impetrata ex persona eiusdem, quia tali casu unica censetur gratia, ex quo signature dicit, statut petitur, iuxta regulam cancellarie. lx. facit. l. scire debemus, cum materia, ff. de uerb. oblig. Nec sufficit tantum, q̄ commissio super pluribus beneficis sit contra unum, nisi apponat ista clausula unica supplicatione impetratis, & q̄ causa super uno iā est infra dicta coram auditore, qui est super materia bene informatus. Nam tali casu ne continentia causae diuidatur, commititur causa eidem, alias non datur commissio. Ratio praedictorum est, quia ex quo notarii Rotæ hodie commissiones singulorum beneficiorum sibi per turnum diuidunt, & emolumenta suorum officiorum ex regelris conficiatis super quolibet beneficio capiunt, si una commissio plura beneficia contineret, & illa distribueretur, uni notario, redundare disparitas distributionis, in prædictum aliorum, propter maius lucrum, quod ille perciperet ex commissione continentie plura beneficia. Et posset hæc fraus procurari de facilis, nisi notarius talem commissione in continentem plura beneficia loco plurium commissiōnum sibi distribuēdarum computaret, oportet igitur, q̄ isto casu uerifetur coram auditore narrata in commissione, videlicet, q̄ illa beneficia sint unica supplicatione impetrata, & q̄ causa alias sit coram codem auditore instructa super altero exillis beneficiis, nam hoc modo commissio procedet. Et ista p̄missa procedunt, quando commis-

s67 sio continentis plura beneficia est impetrata contra unum. † Secus si peteretur talis commissio super duobus, ut pluribus beneficiis, non unica supplicatione impetratis contra diuersos, quia talis commissio concedi non solet. Nam ex quo sunt plures diuersæ gratiae in diuersis supplicationibus debet pro quaquaq; obtinere specialis commissio, & de per se se parata, arguēnto eorum, quæ dicuntur de pluribus capitulis conexis, uel separatis per docto. Moder. in. c. translato, de consti. & per glo. in. letiam, §. i. ff. de minor, per Bar. in I. Aurelio, §. idem que fuit, ff. de lib. leg. per Bal. in. l. ii. C. de re iudic. & in. l. ampliore de appell. Nam charta est, q̄ aliqua conceduntur ratione connexitatis, quæ alias non concederetur, ut not. Specul. in tit. de sen. excom; §. ii. versi. sed pone. Et facit text. in. l. eum actum. & quod ibi not. Bar. ff. de neg. gest. & in. c. quanto, de iudic. dixi in singula, meis super. l. que dam. ff. de acqui. re. domini. librep̄t. Patavii.

68 Postremo quoad hanc signaturam super dicta materia addo unum, videlicet, † q̄ quando processus est nullus, ex eo, quia literæ non sunt expedite ante terminū ad articulandum, vel ex alio defectu non datur commissio super ualidatione processus, nisi cum ista clausula, scilicet, parte legitime citata. Nam licet sanentur defectus processus, tamen defectus citationis est insanabilis, etiam refectis expensis, & hoc quando in totum fuit omis̄a citatio. Secus quando non fuit debito modo exequitor, quia non fuit seruata forma. Nā talis nullitas cum clausula dummodo ad notitiam citati peruenierit, solet sanari. Et tunc sufficit, q̄ probetur de tali citatione notitiam habuisse, ut probat tex. in. cle. causam, ad si. de elect. Et tradit Roma. cōf. cccc. & Rota decif. cclxi. in nouis. Et inter modos probates q̄ sic, citatus habuit notitiam, est unus, videlicet, si postea missit procuratorem ad illam causam, ut ponit Egidius decisione, lxx. & alia. dxxxix. Prout in mea Compostellana archidiaconatus contigit coram D. Paulo Capisucco per R. D. Jo. Paulum confirmata anno preterito M. D. xxxviii. pro quibus videnda sunt, quæ late scribit Fely. in. c. cum contingat, de rescript. Itis ergo causibus sanatur defectus minus legitimè citationis. Secus quando in totum fuit omis̄a, quia tunc talis defectus, ut dixi, insanabilis est, ut probat tex. in. cle. pastoralis.

69 versi. ceterum, de re iudic. † Etiā si papa in commissione apponere clausulam supplentes defectus si qui forsan interuenierunt, nam intelligitur illa clausula quoad defectus iuris possitui, puta contra solennitates requisitas a iure, secus quoad defectus iuris naturalis, prout est citatio, ut dicit Car. in. d. cle. in. iii. notabili. & Abb. in. c. i. de transactio, referendo Spe cul. in titulo de legato, §. nunc ostendendum. versi. xviii. Et hoc, quod dictū est, defectus iuris possitui tolli per dictam clausulam, procedit de iure communī, tñ secundū regulas cancellariae

cancellariae non sufficit simplex clausula supplentes in genere, nisi defectus explicetur, vel sup plicatio signata fuerit per fiat, ut p̄citur, ut expresse dicit vna regula cancellarie posita infra m. 3. 9. 8. hoc dicit Alex. post alios p̄ eū adductos in consil. cxcv. incip. aſluso. in. iii. col. versi. dicit ſt. & in. iii. col. versi. cōprobatur. in. ii. volu. Ex cuius dictis arbitror conflatā fu. 70 iſe illā regulā. † Et talis expressio defectus adeo est necessaria, q̄ et si dispensatio conceſſa fuerit motu proprio expressio defectus requiritur, ut probat And. Sicul. in. c. ab excoīca to. in. ii. col. dērescrip. Tamen hoc dictū And. sicul. iudicio meo, uidetur dubitabile, n̄iſi illud intelligamus procedere in defectibus personarū, quia in defectu solēnitatis actuū non videretur verz. ex eo, quia talis defectus ērā in genere motu proprio, & ex certa scientia purgat, ut probat Alex. in. consil. lxix. col. v. versi. circa sextū &c. lib. i. & in consil. cxi. in. ii. col. uol. vi. ¶ Et iſa oīa de plano procedunt, quæad defectus descendentes de iure positivo, ut dixi, excepto uno caſu relato per Car. in. d. versi. ceterum, qui uoluit, q̄ per h̄mōi clausulam supplentes, nō inducatur abſolutio ab excōicatione per elem. si summis. de ſen. excom. quod dictū est notabile, ex eo, quia talis defectus videatur esse iuris positivi, iuxta notata in. c. veritatis. de do. & contu. & per Modernus in. c. poſt cessionē de proba. Tamen hoc ideo est, quia per illā clausulam non inducitur aliquid extrinsecum, neq; dispensatio, neq; habilitate personarū, arg. eorum, quæ dicit Alex. in. l. quidam conſulebant. in. ii. col. ff. de re iudic. Nec minus, ut dixi, papa per dictā clausulā ſupplet defectū naturalē, qualis ē citatio, quæ dī esse de iure naturali, & diuino, ut probat Abb. in. c. i. de cau. poſ. & p̄prie. p̄ bonas rationes, quas latius cōprobat ibi Io. Rugerius de la morte Modernus repetens in

71 iii. notabili, † hinc est, q̄ p̄ papā, nec aliū principiē citatio tolit, vel ſuppleri potest, ut trādunt ibi pſati Moder. poſt Maria. in tract. cīra. & Fely. poſt Inno. & oēs in. c. quæ in eccl. ſiaꝝ. de consti. Imo ēt in caſu in quo diſpēſare poſſet, nō intelligitur uelle ſuppleri defectū, n̄iſi exprimatur, ut tradit Fely. in. c. poſtulaſti. in. xvii. col. versi. tertius caſus. de reſc.

¶ Et quod dictū est de citatione, id est in conſenſu que papa non poſt ſuppleri, ut uult notabilit̄ Io. And. & Panor. in. c. p̄ uenerabilē, qui filii ſint legit, vbi dicit. q̄ papa nō poſt inducere matrimonii ſupplēdo cōſenſum, cū ille ſit de iure naturali. ¶ Et eodē modo,

72 † neq; lignatura papæ ſolet ſuppleri defectū mādati. Nā ubi p̄cessus est nullus, vel ſentīctā nulla ex defectu mādati nō p̄t talis infirmitas ſi ſtilū Rota sanari, et refectis expēſis, iux. tex. in. c. in nīa. de procu. & in. l. licet. C. eodē tit. nec iſte defectus iuſtitiat, ex eo, quia rei malitioſe tacuit, nō opponēdo in tpe exceptiones mādati, & ſic dedit cām, ut actor laboribus, & expen. fatigaretur, pp̄ quod uideretur eidē teneri ad expēſias, iux. c. exceptionē. de ex cep. Et quod notabi. ſcribit Egid. cōcluſione. cccvi. incip. in caſa &c. quia debet imputa re ſibi pars, quæ aī oīa non perquisuit mādatum, nec excusatū ſi proceſſit ſine mandato pp̄ culpā tū iudicis non inquirientis in principio litis de legitimiſiōe pſonag., prout facere tenebatur. iuxatex. in. cap. i. de accusa. & l. i. ſi queranu. ff. de teſta. & l. ſi quidam referunt. vers. eſte. n. debet. ff. de iure codicil. & in. l. ſi in dī. in principio. ff. de condi. & demōſtra. Nā, ut dicit glo. in. l. vt liberis. C. de colla. in primis querendū est de pſonis, quæ ante oīa ſunt legitimandæ p̄ iudicē, q̄ p̄t, & debet ex officio cōpellere procuratōrē, exhibere mādatū ne ipē iudex labore in uanū, ut dicit glo. no. in. c. i. ver. absentia. de ele. l. vi. & ponit Ro ma. confi. l. in fine. Nā iſta culpa iudicis nō excusat partē, q̄ hoc ēt ingrē debuit, nā quili bet tenēt esse diligēs in pſcrutando, & bñ uideō, q̄ ſibi expediūt, put faciūt Florētini, q̄ ſi Pet. de ancha. in conf. cccv. ſi ſumunt diligētes. Nā ut dicit Io. Boccacius, Nō ha d'effere loſco, chiha da fa cō toſco. Et iō talis negligētia ſibi iputari debet, dicta ergo nullitas est in ſanabilis pp̄ defectū cōſenſus, q̄ exigit in mādato procuratoris. Hinc ē, q̄ mādatū p̄ mil le aňos nō ſumit, vt dicit Bal. in. l. i. C. de reb. alie. nō alie. & in. l. ii. C. ſi ex fal. inſt. & hoc pp̄ defectū cōſenſus. ¶ Sed iſa oīa limitatū nō procedere qñ in actu antiquo mādatū enunciāt; nā tali caſu mādatū ſumit interueniſſe, ut tenuit idē Bal. ſibi contrarius in quoddā ſuo consi. quod refert, & ſequitur Cuttius in confi. lvii. Et ita ſi iſta confiūta iudicauit Ro ta per tres instantias in caſa. Tridentina confinium coram R. P. D. Jacobo Simonetta de anno M. D. xvi. vt latissime refert D. Gudiel. Cassiodorus in quadā decisione ſua inci. lata erat ſentīctā. quo in loco innumerabiles rationes ponit, pp̄ quas moita fuit tūc Rota ad tenēdā iſta limitationē ad dictū Bal. iu. d. l. ii. quod et limitat Fely. in. c. ſicut. in. xvii. col. de re iudi. Et iſto caſu defectus mandati est ſanabilis. ¶ Et quod dictū est de defectibus citatio nis, & mandati, quæ regulariter in hac ſignatura iuſtitiq; noui ſanantur, H̄dem est in defectu

cōſuſtā

mādatū

urisdictionis, & competentia, quæ nec etiam sanantur, quia ubi non est iurisdiction pro-
cessus, & inde sequuta sunt nulla, non solum ex defectu consensu, sed etiam propter defe-
ctum solemnitatis, quæ non potuit coram alieno iudice interuenire, ut dicit Abb. & alii in
e. significasti, in pe. columna. de fo. compe. Et iste defectus jurisdictionis est tam infectus,
& scabiosus, q̄ scriptum sanans omnes, & quascunq; nullitates non comprehendit sub
illa generalitate verborū defectus jurisdictionis, ut tradunt docto. post glof. fin. in clem. i.
de sequest. pos. & fruct. Nam jurisdiction est lapis angularis iudicij, de qua in primis, & an-
75 te omnia constare debet, vt in capitulo cum in iure. de officio deleg. ¶ Hinc euenit, quod
licet contra tres sententias conformes non possit opponi aliqua exceptio, donec sententie
 fuerint exequite, clem. prima. de re iudic. non tamē excludat exceptio nullitatis ex defe-
ctu jurisdictionis, secundum doct. ibi, & hoc videtur sequi Cal. in consil. lxviii. excellens domine. in. iii. columna.
& illam glof. d. clem. vñice. sequitur Soci. consil. cclxxiiii. columna penultima, cum plurimis
bus concord. vt scribit Decius in consil. xxxviii. circa primum. col. v. facit, quod in simili dis-
cit Bar. in. l. prima. q̄. hoc interdictum. ff. q̄ vi. aut clam. ¶ Ita igitur tres defectus enumera-
rati, videlicet, jurisdictionis, citationis, vel mandati, sive veluti tres illas infirmitates insana-
biles, veluti podagra, rabies, & lepra, iuxta illud Ouidii secundo de Pōto, Soluere node sam-
76 neficit medicina podagri. Nec formidatis auxiliatur aquis. ¶ Alię tamē nullitates per
signaturem facile sanantur adiuncta illa clausula refectis expensis, ut exemplum ponit Do-
minus Gulielmus in collectaneis decisionum decisione incip. s̄ma est proposicio. ¶ Et eo
dem modo reparantur per istam signaturem iura partium, quæ fuerunt a principio litis
iualida si lite p̄dente superueniat bonum ius. Nam tali casu facile obtinetur commissio,
q̄ auditor attento bono iure oratoris procedat super hoc nouo iure, ut exemplificat Gemi.
in consil. lxxix. & Roma. consil. cxcix. & Egid. consil. xxv. quia talis commissio erit iusta,
& honesta, ex eo, quia secundum iuris dispositionem possumus lite pendente acquirere mihi
ius bonum, etiam post conclusionem causæ, ut dicunt predicti docto. & notabiliter firmat
idem Egidius. in deci. dclxii. & deci. cii. declarando, ut ibi per eum, qui ponit practicam ci-
tandi ad dicendum contra ista iura nouiter producta, & idem dicit Abb. in capitulo fin. ut
lit. pen. cum concor. vt scribit Deci. in capitu. primo. in. ii. col. de confit. vtili. ¶ Sed adiut
tendum est, q̄ ista, quæ dicit Egidius, & predicti docto, de plano procedunt in beneficiali-
bus, secus tamē in profanis, & quia in illis ius de nouo emerget post conclusionem in causa
censemur obuenire post sententiam, & ideo requireret nouum iudicium, & nouam telam,
ut dicit Bar. in. l. si mater. q̄. candem. in fi. ff. de except. rei iudic. cum cōcor. vt tradit Alex.
in consil. xxxix. incip. vertitur lis. in secunda columna. & consil. cl. columna fi. libro quinto.
& ideo prima terminorum obseruatio hoc casu non sufficeret, ut dicebat Egidius, quia in pro-
fanis requiritur, q̄ ius illud obueniret ante conclusionem in causa, ut tradit idem Alex. in
consil. clxvii. iuso themate, col. fi. libro quinto. Declarando tamen, ut notabiliter scribit
Paul. de Cast. in. l. si necessarias. q̄. fi. ff. de pig. actio. & aliquid per eundem in. l. cum vir.
ff. de vsucap. Et isto casu putarē in euentū in quem papa per commissionem suam mandaret
auditor, q̄ ex eisdē actis procederet, attēro bono iure post cōclusionē, acquisito, q̄ laderet
aduersariū, & uti posset exceptione regule de nō tollēdo ius questiū, ut Roma. dicit in cōsil.
clxvi. col. pe. sicut iudex, qui admittet articulos post terminū dicere me grauare, ut in
decil. xxvii. in no. de in. d. regu. mētionem feci, saltē hoc, & negari nō posse, q̄ iste, qui
nō ius acquisuit debere alteri condēnari in expensis, quia frustatorie vñq; ad conclusiōne
fecit illū litigare super malo iure, nā si a principio bonū ius p̄duceret, forte pars non
cōtenderet, sed lit̄ cederet, nec laboribus, & impēs fruſtra grauaretur. Ex quo igitur teme-
re fecit illū litigare iusta litigādi cām habuit, & ideo videtur eidē condemnandū in expēs.
arg. l. eū quē temere, ff. de iudic.

¶ Hoc tñ limitat notabiliter fm distinctionem Bar. in. l. nō potest. ff. de iudic. vt ibi p̄ eū.
Secundo limita hoc p̄cedere q̄ ille idē q̄ incepit, & mouit līte sine aliquo iure, & acquisuit
nouū ius post cōclusionē cause ect, qui sententia in fauore canonizatoriā noui iuris reporta-
ret, secus vero si alijs in locū eius p̄ eius obitū subrogatus illā obtineret, quia tali casu ces-
sat ratio. d. l. eū quē temere, quia hoc casu cōdenatus non potest de isto subrogato conque-
ri, q̄ eum temere, & frustatorie fecerit litigare vñq; ad causæ conclusionem, & ideo p̄ ea
nā quā merebat primus litigās nō debet iste subrogatus incurrere, quia nō vñ subrogatus

quoad

quoad pœnam, quæ accidentaliter prouenit ad ius, vt probatur in. litem uenient. q̄. cum
prædictimus. ff. de peti. hæc. facit. l. prima. ff. de in. lit. iur. præfertim, quia in beneficib⁹
creatur nouū ius per subrogationem pape, & non transfunditur illud idem, quod habe-
bat defunctus, ut tradit Joan. An. in capitulo si tibi absenti. de præben. libro sexto. & in ca-
pitulo primo, & secundo, vt lit. pend. eodem libro.

¶ Et fm hoc esset dicendum, q̄ quod subrogatus per commissionem ad prosequitionem
executorialium tenetur de nouo petere sibi decerni executoriales, licet iam fuissent de-
creta pro defuncto, & etiam deberet eas de nouo intimare condemnato, licet defunctus
eas iam intimasset, quia si illud est accidentale in subrogatum non transfunditur, preser-
vit, quia si in eo creatur ius de nouo debet intelligi cum qualitatibus suis, ut nihil habeat
ex antiquo. Tamen in istis duobus casibus contrarium tenuit Rota in una Aurien. mona-
sterii de ossera coram R. Do. Ioanne Paulo Ptolomeo, pro Reuerendissimo Card. Far-
nese Vicecancellario. Nam in dicta causa voluit Rota post plures informationes aduo-
80 catorum, & propositiones causæ, q̄ quod executoriales iā decretæ in persona defuncti non
debeten de nouo decerni propter subrogatum etiam si ille fuissent decretæ vigore senten-
tie late per contradicas a qua fuisset appellata die notitiae, quæ appellatio fuerat deserta,
adeo, q̄ domini uoluerunt, q̄ index primus exequi posset executoriales prius decretas, pro
qua decisione ultra alta fuerunt alleg. ea, que Bar. & Ias. tradūt in. l. tale pactum. q̄. qui pro
uocauit. ff. de paet. & Fely. in. c. ex parte. el. ii. in antepenul. col. de rescrip. & ita Rota con-
clusit, quoad istud primū caput die. xvii. Martii M. D. xxxviii. ¶ Tamen circa hoc est aduer-
rendum, q̄ ista procedunt, nisi post appellationem, & restitutionē latē fuissent vna uel duq;
sententia confirmatoria prima sententia, quæ transfuissent in rem iudicatam, quia
istū casu decernenda esent noue executoriales, nec signatura concederet commissio-
nem, q̄ sit locus primis executorialibus decretis uigore primæ sententia, ita dicit D. Guliel.
Cassiodorus conclusum fuisse in signatura iustitiae ipso præsente. Ratio fuit, quia per resti-
tutionem euacuatæ fuerunt primæ executoriales, & impedita executio. c. suscitata. cū glo-
de rest. in integ. cum uulg. ergo requiriunt, q̄ de nouo decernatur vigore ultimatum sente-
tiatum, quia action non nascit ex prima sententia, sed ex secundis, ut not. Bar. post glo. in. l.
eos. in ver. iniustam. C. de appella. cum aliis concord. ut scribit D. Guliel. in quadam deci-
sione incipien. habuerā sententia &c. ¶ In secundo vero capite, vt videlicet, quando iā prius
fuerat per defunctū facta intimatio executorialium cōdemnato nunquid subrogatus ad
prosequitionē executorialium debeat iterum de nouo eas principali condemnato intima-
re, fuerunt variē inter dominos op̄i. Nam quidam dicebant requiri intimationē de nouo,
ex eo, quia plura poterant per condemnatum contra subrogatum opponi, quia forte non
militabant contra defunctū, iuxta ea, quæ dicit Card. in cle. i. de sequestra. pos. & fruct.
addecebatur ad hoc etiam decisio. Rota. cccc. liceit in causis. in no. quæ voluit nouam gra-
tiam intimandam, reo etiam contumaci propter predictam rationem, quia forte poterit eā
de subreptione impugnare, præsertim, quia hic agitur de priuando a beneficio, & de incur-
rendis censuris, quo casu quādo de priuatione agitur, gratia noua intimari debet de nouo,
vt dicit decisio Rota. dcll. in antiquis. Et ideo domini in una Cremonen. p̄sionis priora
tus dixerunt necessariam fuisse intimationem, non obstante notitia rei uaga quando age-
batur in currēndis censuris, & priuatione beneficii uigore bullē expedita, q̄ quo casu cer-
ta, & indubitate notitia, & citatio personalis requiriunt, iux. not. per Fely. in. c. quoniam. q̄.
porro. col. antepe. vt lit. non contest. & in. c. cū contingat. col. pen. de rescrip. & tenet Ro.
in consil. cccclxxxi. incip. in casu præmisso. in. ii. dubio. & ita iudicauit Rota in dicta causa
Cremonen. Coram Domino Christophoro Panigarola die. x. Decembri M. D. xix. sic
videbatur hic dicendum. ¶ Tamen istis non obstan. Rota in dicto casu determinauit nō
requiri intimationem executorialium iterum fieri, reo condemnato, ex quo iam fuerant pri-
us intimati, sed sufficere eas intimari eius procuratori apprehenso in curia, ita conclusit,
& iudicauit Rota in eadem causa Aurien. coram eodem Domi. Joan. Paulo. xxiii. Ianua-
rii eo. anno M. D. xxxviii. Voluerunt tamen Domini, q̄ procurator cui secundo loco in
timari debebat executoriales posset petere dilatationes ad partes ad cōsulendū Dñm. ¶ Nō
obstant mō decisiones superius in cōtrariū alleg. vñ, deci. dcll. in an. quia illa decisio p̄cedit
in principali gratia priuationis, secus in accessoria, vnde si reus fuisset citatus in negotio
principali, & p̄dēte lite, obtēta ēēt gratia si neutri cōtinēs priuationē sufficeret illā intimare

procuratori domino litis in curia apprehenso. Ita tenuit Rota in una Conuersana Archis presbyteratus coram me de mense Februario M. D. xxxiii. & ita limitarunt dictam decisionem .dcl. Nec obstat dictum Cardina. in dicta clem. prima. & decisi. cccxx. quia illa procedunt in gratiis obtentis lite pendente ante sententiam, secus in negotio executiuo, quia ne perfruiolas exceptions forte requirentes altiorem indaginem executio impeditur, facta prima intimatione, non requiritur alia, & ratio est, quia illa exceptio subreptionis, vel inhabilitatis, quae opponi poterat in casu illius decisionis. cccxx. extinguitur per transitum in rem iudicatam, ut dicit Abb. post Inno. in capitulo constitutis, versi extra glo. de rescr. facit. l. si. in. f. C. de ordin. cog. Nec minus obstat. deciso, nouissima facta in d. causa Cremonen. quia ibi prius non fuerat facta aliqua intimatio, prout hic, quo casu intimatio principialis requiritur, sed hic sufficit, & secunda fiat procuratori.

83 ¶ Est tñ vltierius aduertendū † circa prædictam regulam. xxix. qua requirit expeditionem bullarum præambulam iurisdictioni. Quia illa regula procedit in literis super quibus ius actoris principaliter fundatur, secus uero esset in iure opitulatu ad ius principale, ut sint gratiae perinde ualere nouae prouisiones, & alia huiusmodi, quia si tales gratiae non pertinetur canonizari, nec illarum uigore aliquid adiudicari, non requirunt literas expeditiones, & in talibus regula non procedet. Imo si bullæ super illo iure, quod pertinet canonizari es- sent expedite cum mille defectibus, satisfactum uidetur regula, prout superioris in questio- nibus dixi. Nec obstat, q. in commissione inest tacita conditio, quæ aliquando etiam in si- gnatura moderna exprimitur, videlicet, q. ita demum iurisdictio detur, quatenus literæ pri- us fuerint expedite, quæ conditio in forma specifica impleri deberet, iux. l. meius. & l. qui heredi. ff. de condi. & dem. quia respondet leges illas procedere in conditionibus dandi, secus in conditionibus faciendo, ut hic, quia possunt tunc conditions in forma æquipollenti impleri, ut pate in l. in conditionibus. q. si patronus. eo. tit. & limitat latius illas. l. Moder. galiaula in. l. i. q. si stipulant. ff. de uerborum oblig. notabiliter Decius in rubrica de proba. in antepenult. col.

84 Confirmatur ista opi. Ex his, quæ quoridie in signatura iustitiae in simili casu practicatur, vñ, & qñ causa pensionis committitur cum clausula ab fine retardatione solutionis pen- sionis. Nam illa clausula concedit etiam auditori iurisdictionem, sub conditione, quia illa verba sine retardatione, sunt ablatiū absoluti, quæ refoluuntur in conditionem. vulga. la te- statore. ff. de condi. & dem. Adeo, quod iudex non posset procedere, nisi prius soluta pen- sione: Et tamen illa conditio recipit limitationem, & declarationem ex interpretatione si- gnature, & Rotæ similem casu præcedenti, uidelicet, nisi ex productione bullæ reserua- tionis ipsius pensionis resultaret exceptio, per quam iuste denegari posset solutio, quia tali casu non dicereatur retardari, & iudex, siue auditor procedere poterit etiam non facta solu- tione, per ea, quæ dicit Bartho. in. l. prima. q. & parui. ff. quod vi, aut clam. Et est adu- vertendum, quod isto casu signatura dat commissione confito de bono iure. Vi iudica- uit Rota annis præteritis in una Toletana præstimoniorum coram me pro Domino Petro pacheco contra Io. de la raya, quæ sententia postea confirmata fuit per R. P. D. Marcellum. Et ille casus fuit magis difficultis, quam iste de quo agitur, ex eo, quia ibi. D. Petrus fuerat iam prius condemnatus per auditorem cameræ ad soluendum pensionem, & nihilominus data fuit illi commissio, quod constito ex eisdem actis de bono iure, & non iure ad- uersarii, ego procederem sine illa clausula absq; retardatione. ¶ Et per prædictam do- strinā Bartho. in dicto. q. & parui. † fuit etiam in signatura decisus aliis notabilis casus in proposto, ut refert Domi. Anton. de Burgos Hispanus in quibusdani notis signatu- re, videlicet, quidam Titius habebat facultatem transferendi pensionem, quam faciebat sibi Gaius beneficiatus ex forma bullæ, cum hac tamen conditione, quod quando Titius pensionem in alium transferre vellet, debere prius infra tres menses intimare sibi transla- tionem, siendam alias translatio esset nulla. Accidit, quod Titius non facta altera inti- matione Gaio transtulit pensionem in Martinum. Martinus aduentiente termino solutio- nis petit pensionem sibi translatam a Gaio debitore, contra quem recusantem soluere commisit causam cum dicta clausula sine retardatione, Gaius negat se teneri ad pen- sionem, ex eo, quia sibi infra tres menses non fuerunt intimate bullæ translationis, ut caue- batur in bullæ, Martinus replicabat Gaium non esse audiendum ante solutionem propter illam clausulam commissionis sine retardatione solutionis pensionis, fuit conclusum in si- gnatura

gnatura Gaium audiendum, & esse dandam illi commissione directam eidem auditori, quod constito de exceptione illa Gaii resultante ex inspectione literarum, non teneretur interim soluere, uerū quia super hoc multū contendebatur, fuit de consensu partiti sic mo- dificata cōmissio, cū hac clausula, vñ, data tñ cautione in forma depositi de pēsiōe soluenda in euentum succumbentie, & sine ista clausula, commissio fuit et concessa, si pars ulro au- 86 tionem non obtulisset. ¶ Et est aduertendum, quod licet inferiores a Papa possint ^{de pensione} per beneficiis pensiones imponere, in casibus notatis per Paulum Romanum in tractatu pensionis, questione prima. num. 10. & 11. & quæstio. quarta numero. 10. & habeant in capitulo pastoralis, de his quæ si. a prælat. & in capitulo nisi. vbi Abb. in fin. de præben. Tamen in illis pensionibus de stilo signature non solet in commissionibus apponi dicta clausula sine retardatione, secus est in pensionibus impositis per papā, ratio diuersitatis est, quia inferiores a Papa non possunt, nisi certis casibus, & causa expressa imponere pen- siones, quæ non transeunt ad successores, ut not. Ioann. baptista de sancto Seuerino in tra- ctat. pen. quæstio. iiiii. & doct. in capitulo extirpandæ. q. fin. de præben. Et quia dubitari po- ret, an penſio imposta fuerit ex iusta causa, & in casibus permisſis, propterea in talibus pensionibus impositis per inferiores a papa, non ponitur dicta clausula, quia non est ho- nestum, quod illico sine aliqua discussione habeant executionem pararam. Sed in papa non attinet dubitare de potestate, cum omnia possit, ideo pensiones ab eo impositæ non possunt recipere dubium, quin valeant, ideo debent statim exequi, & propterea in eis ap- ponitur dicta clausula, & ita sit differentia inter superiorē, & inferiores. Et quia ēt est hos- nestum, quod penſio assignata ex mandato papæ debeat magis efficaciter solvi, & imple- ri, q. imposta per inferiores. argum. capitulo si quando. de rescr. ¶ Præterea est adu- vertendum circa dictam clausulam sine retardatione, quod quando prædecessor meus diu nō solvit pensionem, datur commissio super inuallitate pensionis sine dicta clausula sine re- tardatione. Ratio est, quia est præsumptio, quod penſio fuerit extincta, cum non sit ueri simile, quod tanto tempore neglexerit eam petere, argum. capitulo super hoc. de renun. Et ideo præsumitur eam habere pro derelicto, iux. not. per Abb. in capitulo contingit. de do- lo, & cont. Et ista præsumptio est favorabilis ecclesiæ, quæ sic liberatur a seruitute, & be- nignior reputatur in dubio illa interpretatio, quæ pro libertate facit capitulo penul. de re- judic. Hinc est, quod licet impositio pensionis requiri authoritatem papæ, et partitū obli- gationem, quia grauitat beneficium seruitute, ut in capitulo prohibemus. de censib. † cassa- tio tñ, siue liberatio pensionis fieri potest sine authoritate papæ, sola simplici cedula, ut di- cit, Alexandri. in capitulo Agatofa. lxiii. dist. cuius dictum approbatur a Rota.

¶ Est & alius casus in quo non apponitur dicta clausula, vñ, quando successor cōmittit cau- sam nullitatē pensionis impositæ suo prædecessori per arbitrios a collitigantibus electos, pro quo facit dictum Roma. consil. ccclxix. in. iiiii. dubio. in secunda col. ¶ Est & alius ca- sus in quo dicta clausula sine retardatione ponit non debet, videlicet, quançio unus impos- suit pensionem puta. c. ducatorū super pluribus beneficiis suis, Nā si postea ille moriatur, & beneficia diuidantur in plures, & pensionarius velit quemlibet possessorem beneficij in solidum ad soluendum pensionem conuenire, sub prætextu, quia penſio habet execu- tionem paratam, & obligatos omnes, sicut obligatio in forma cameræ, nihilominus non da- bitur ei commissio siue retardatione. Ratio est, quia possessores beneficiorum non tenen- tur ad totam pensionem in solidum, sed pro rata. Vi conclusit R.ota die. xvi. Martii M. D. xxxiiii. coram D. Io. Clerici in una

per dictum Abb. in. c. constitutus, per illum tex. de relig. domi. Et quousq; iudex cognoscat, quæ sit rata pensionis, & discus- siat valorē omnī beneficiorum, penſio non potest dici liquida, ideo nō debet dari clausu- la sine retardatione. ¶ Et eodem modo qñ episcopus imponeret pensionē sup beneficio iu- cipatio, laicoru sine patronoz cōfensiū, quod videſ posse facere, dummodo nō transeat ad successores, ut no. glo. in. c. ad hec. de offi. vica. & licet Prepositus i. c. qñ. versi, qđ si rector, sc̄iat cōtrariū, tñ iudicio meo nō debet cōcedi dicta clausula, qđ pot dubitari de potestate imponēt pēsiōe, p dicta Rochi in trac. iurispat. in verbo honorificū. in. iii. q. & interim penſio non debet habere executionem paratam. ¶ Et eodem modo est dicendum in casu in quo peteretur penſio a beneficiato, qui fecit plures impensas in recuperando beneficio, & eius possessionē, & uult, q. pensionarius contribuat. Nam licet contribuere non teneatur, nihilominus quia hoc recipit probabile dubium propter diuersitatem argumentorū, quæ

possent fieri de. l. ii. q. si consuatis circa fi. & l. amiss. in fi. & l. natus. ff. ad. l. ro. de iae. Et quia semper debet solui penso donec declaretur nulla ,capitulo quærelam . de clectio. propter istas probabiles dubitationes non debet dare clausula sine retardatione . Et idem effet quando ille in quem translata est penso in alium eam de facto transtulisset de consensu beneficiati, quia hoc casu clausula sine retardatione non deberari.

88

*e. Corayru
vias. lib. 2. va
riaz. c. 1. n. 9.
J. Joannem
futieroz de
Guramet
confirmato
rio. t. b. c. 19.
ex. n. 31. c. 17.*

CEst tamen unum aliud notandum, q. de stilo signaturæ in casibus in quibus datur dicta clausula sine retardatione debitori ob non solutionem pensionis, non conceditur beneficium c. Odoardus. **C**Tamen ad hoc est aduentendum, q. putarem ego stylum istum procedere, quando debitor pensionis consentisset eiis impositioni personaliter. Nam talicasu ex quo in eius consensu inest iuramentum, & obligatur in forma camerae, non effet honestum postq; habet beneficium, ad cuius regresum se obligauit, ob non solutionem, q. iuuentur exceptione dicti. c. Odoardus. uel alia simili, per ea, quæ dicta sunt, quia potius debet dimittere, & restituere beneficium, q. accepit: Nam non effet honestum, q. retineat beneficium, & q. non soluat, alias facile illi darent occasio, & ansa peierandi. Nec isto casu si denegatur illi auxilium, d.c. odoardus. fit illi iniuria, quia scéti, & uolenti non fit fraus, neq; iniuria, utq; c. scienti. de re. iur. lib. vi. Et quia iuramentum est personale, debet per ipsum iurantem impleri in forma specifica. ca. debitores. & capitule ad nostram. de iu. iur. **S**icut etiam videntur, q. beneficium illius. c. non datur, etiam condemnato per tres sententias. Vt conclusit Rota in una Senen. coram D. Christophoro panigarola. x. Decembbris M. D. xxix. per not. per Bald. in. l. i. C. qui bo. ced. pos. Aretin. & Iaf. in. q. fin. insti. de actio. **L**ed predicta non militant quando consensus per alium est præstitus. **H**inc est, q. de stilo Rota, & curia: quando quis consensit, personaliter reseruationi pensionis sub scitis cœsuras, & penes, illas censuras, & penes incurrit, si in tempore nō soluit, et sine aliqua alia flagitate. Secus est quando consensit per alium, quia tunc requiritur intimatio. **P**rocut in una Ladislatien. canoniciatus, & præbendæ iudicauit D. Guliel. Cassiodorus de mense Aprili M. D. xi. super quo latissimam decisionem ipse scripsit, quæ incipit dubitauit in una &c. quam non euro referre. **C**Est bene uerum, q. aduersus debitorem pensionis per prædecessorem impositæ, posset procedi per uiam commissionis in uim monitorii per auditorem camerae ad solutionem pensionis absq; alia intimatione literatum, tamen non posset contra illum procedi ad penas, uel censuras, nisi, vt prefetur, personaliter consentiret, de quo quidem stilo etiam meminit idem D. Guliel. in quadam alia decisione signatura posita inter decisiones Rotæ, quæ incipit proposuisti commissionem &c. ubi quasdam super hoc rationes assignat, quæ possunt ibi uideri.

Regula

REGULA DE SVBROGAN DIS
COLLITIGANTIBVS.

STEM Idem dominus noster litium succindere cupiens anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarii dentur prouidere: uoluit, statuit, & ordinauit, q. quotiens deinceps aliquem super quo quis ecclesiastico beneficio collitigantem in iure, uel ad ius (siquid forsitan eius aduersario in dicto beneficio com petierit) subrogari concesserit, dummodo præfatus collitigans, in dicto beneficio intrusus non sit, nec super eo contra dictum aduersariu, postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit alio rum quorumlibet de præmisso iure, siue tunc uacet, uel tunc uacauerit impetraciones. **H**æc uerba addidit LEO X. uel concessionis etiam motu proprio, infra mensem ante concessionem huiusmodi factæ, nullius sunt roboris, uel momenti. HADR. VI. I. & S. D. N. PAVLVS III. hæc uerba, quæ sequuntur, addiderunt, uidelicet: Et nihilominus fe. re. Pauli II. & Innocentii VIII. ac Hadrian. V. I. Romanorum Pontificiū, prædecessorum suorum uestigii inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui uiuentium beneficia illorum, præsertim, quibus aut propter senium, aut infirmitatem imminet uitæ periculum impetrant, ut illis decedentibus, tanquam collitigantes in illorum iuribus facilius subrogentur: uoluit, ut deinceps nullus in iure, uel ad ius in beneficio defuncti, quod illo uiuente, in casibus præmissis, uel similibus impetravit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, & gratia si neutræ, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde ualere, taliter impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictrissime obseruari mandauit in impetracionibus beneficiorum per priuationem, & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si usque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transuerit iudicatam, processum foret.

PRAEFATIO.



RIGO. **I**stius regulæ antiqua est, a Joan. XXII. initium habens, qui duas in ista materia regulas condidit salutares, non tamen omnino concordantes cum nostra moderna: Nam prima eius regula disponit, q. nullus collitigans ualeat subrogari in beneficio, uel ad ius collitigantis uacans, per eius obitum, contrarium matrimonii, ingressum religionis, uel alium casum, nisi prius auditori causa de colatione sibi facta, uel alio colorato titulo docuerit, aut saltem iurauerit causam ipsam nō malitiose, nec fraudulenter, sed pure, & bona conscientia inchoasse. ipsiq; etiam auditori hoc ipsum ex urensimilibus conicitur, ita utrum fuerit, quo casu ad prædictam subrogationem procedat. Alioquin predicta subrogatio commissio, & quæ eunque inde sequuta nullius uoluit esse momenti, quæ habere locum uoluit etiam in causis per appellationem indecisis pendentibus. Hæc in summa prima regula continet, ad quam adaptatur decisio Egidii. cxvi. incipiens si petens. **S**ecunda eius regula

- habet aliquā similitudinem cū nostra moderna, nam uoluit idem Ioā. papa XXIII. q̄ subrogatus in ius collitigant̄ praeferatur alteri non collitigant̄ h̄bēti prouisionē sub eadem data. Et idē uoluit seruari in gratia si neutri. ¶ Primā regulam Ioānis, Martinus Quintus innouauit: de secunda uero nullam mentionem fecit, sed alia ipse diuersam regulam ab illis diuibus regulis fabricauit, qua fuit publicata nono Calendas Nouembri, anno eius tertio. In qua uoluit, subrogationes, uel gratiam, si neutri ad beneficia, uel ius collitigant̄, non ualere, si apparuerit ipsos imperantes cum sola, & nuda supplicatione possesso rem ipsum in causam traxisse, quas tanq̄ fraudulenter, & dolose obtentas, irritas, & inanēs decernit, ac nullius esse uoluit roboris, uel momenti. Ex qua quidem regula postea idem Martinus extraugantem quandam perpetuam fecit, quam habeo inter antiquas non impressas, quæ incipit cum nonnulli, quæ plenior est, quam illa, de qua miror doctores nullam fecisse mentionem, quod forte accidit, t̄ quia extraugantes, ex quo extra certum corpus singulariter uagantur, solent de facili permutationes Pontificum obliuioni tradi (ut experientia quotidiana experimur) etiam in multis extraugantibus impressis accidit, quæ facile ignorantur. Itaque ista extraugans ex quo non repertur correcta, hodie illi causa regum decisionibus allegari poset. Et quia eius decisio rationabilis, & utilis uidetur, & pauci eiā habent, hic ad uerbum inferere libuit. Tenor talis est. CV M nonnulli super beneficiis ecclesiasticis, eis, ut uacantibus, conferendis, gratias obtinuerint, quarum uigore, literis apostolicis desuper non confectis, possessoribus illorum item mouisse, & eos in causam traxisse dicuntur, & consequenter possessoribus ipsis defuneti in ius eorum, & ad possessionem huiusmodi beneficiorum, līte pendente, subrogari, aut alias in forma, si neutri prouideri obtinuisse, nō discuso, seu uiso, an gratia ualide, seu inutiles fuerint, seu an super eis literæ Apostolicae potuerunt, aut debuerunt expediri: Nos talibus fraudibus obuiare cupientes, & omnes, & singulas literas subrogationum, seu in forma si neutri, seu alias līte pendente, super talibus beneficiis per nos de cetero concedendas, in quib⁹ non appetit impellantem, alias q̄ nuda supplicatione possessorēm in causam traxisse tanquam ciolosas, & fraudulentas uolumus, & decernimus, irritas, & inanēs. Hæc sunt quæ super ista materia adidit Martinus.
- ¶ Eugenius Quartus nullam regulam super hoc fecit, nec predictarum aliquam innouauit, sed sub silentio transiit. ¶ Sed Nicolaus V. regulam istam eo uerborum tenore, quo nunc in modernis regulis describitur, primus omnium introduxit.
- ¶ Moderni uero Pontifices, ut Leo, & ceteri ad illam regulā Nicolai unā clausulam addiderunt nam post uerbū imperationes, posuerunt hæc uerba, uel etiam concessiones motu proprio &c. & hoc fecerunt, ut tollerent dubitationem, de qua hic disputatione Glosator propter uerbum imperationes, quod uidebatur excludere gratias motu proprio concessas, iuxta. I. i. & quæ ibi nota. C. de peti. bo. sub. lib. x. cum inter illas sit magna diuersitas, ut in capitu, si pluribus, de præbend. lib. sexto, Hadrianus, papa VI. solus hanc regulam, sicut & plures alias, mutauit, seu potius limitauit: Nam uoluit hanc regulam locū non habere in imperiantibus beneficia uiuentium seniorum, aut infirmorum, uel per priuationem ali⁹ quorum, in quibus casibus noluit subrogationes, aut gratias nouæ prouisionis, uel si neutri ualere. Et quidam dicunt hoc ideo factum fuisse, quia ante istam prouisionē Hadrianus expeditum erat, subrogationes factas de infirmo, uel sene ualere, ex eo, quia per citationē factam contra tales infirmos, uera lītis pendentia, inducebatur, fin quā erat de iure subrogationi locus, ut dicit hic Fely. Hadrianus tamen subrogationē ualere noluit. Tamen hec inuenio, ut limitatio ad istam regulam, licet tempore Hadrianii nouiter prodierit, nō fuit
C Certe licet ista op. videatur suffulta iuribus, & rationibus. Tamen adhuc pro prima opin. videlicet, quod ista regula non habeat locum, isto casu posset adduci una concludens ratio, t' quia certum est leges nouas interpretationem, & declarationem recipere, a lege veteri. l. non est nouum. cum. l. sequenti. ff. de leg. fed. in regula ista veteri ponitur, & assignatur in ipso processu ista ratio, videlicet, ut fraudes evitentur, & ambitionis via preclaudatur &c. clarum est, quod ista ratio processu inducit causam finalem, ut in. l. ff. de hæ. insti. & tradit Bal. in. l. vt liberis. C. de colla. cessante igitur ratione processuali, & finali, cessat ipsa dispositio. l. generaliter. C. de epis. & cleri. cum similibus. Sed in casu nostro cessat. d. causa finalis, quia hic non est ambitio, non est aliqua fraus, igitur locum non erit regulæ, pro qua op. faciunt alia motiva adducta per Ias. in consil. ciii. col. penultima. libro primo.

C Tamen pro contraria parte, & sic pro decisione dominorum facit, quia ex quo illa clausula siue alio quouis modo, in casu nostro non potest verificari, nisi in morte, perinde est, ac si in specie facta fuisset impetratio per obitum, t' quia genus, quod non potest verificari, ni si in uno individuo, habeatur pro specie, capitulo ex parte, de off. deleg. l. i. & .ii. ff. de lib. & posthu. sed si in specie facta impetratio per obitum regula ista obstat, ergo eodem modo obstat vacationi comprehensæ sub clausula generali, quia si verba regulæ adaptantur, militat dispositio. l. ille, aurille. q. cum in verbis. de lega. i.

C Præterea, quia talis presumitur mens istius impetrantis, qualis uerba indicant, cu in ambiguis illius sententia, & declaratio capienda est, quæ ex uerbis comprehenditur. l. in ambiguis.

guis. ff. de reg. iur. &c. l. si quis intentione. ff. de iudi. Sed uerba illa alio quouis modo, impli cant casum mortis, ergo impetrat̄ uisus fuit de tali cogitasse, & sic attenta mente sua ambito obstat regula. **C** Sed pro concordia op. posset sic distinguiri, quod aut impetrans per reservationem cum dicta clausula alio quouis modo, ita esset impetratus per obitum si sciret uacationem, etiam non uerisimilem, sicut impetravit per reservationem, & res est expedita, per superioris dicta. **S**i vero esset impetratus per obitum, Et tunc per dictam clausulam non ueniet casus mortis, sed alius casus uacationis similis expresse, t' quia non presumitur quis uelle in genere impetrare, quod in specie non esset impetratus, quia intentio impetrantis non extenditur ad illud. l. obligatione generali. ff. de pigno. & quæ not. Ioa. and. in regula in generali. **C** Sed qualiter hoc probabitur putarem relinquendū eius iuramento, iuxta. c. fi. qui mat. acc. poss. & c. significasti. de homi. & hoc considerata qualitate persona uirantibz: Nam in casu proposito nulla uidetur suspicio si iuramentum procuratori defertur, qui pro alio impetravit, nec agit de proprio commodo, secus esset in impetrante nomine proprio, quia si beneficium esset pingue subdubitarem de iuramento praestando, propter rationem tex. in. c. clericos. de coha. cleri. & mu. quia ut dicit Bal. in. c. quia uerisimile. de præsumpt. propter dulcedinem beneficiorum studium adhibetur corrumpe di testes, Index igitur arbitrabitur hoc casu.

Quæstio Quarta.

Q VAR TO Quarto, t' nunquid ista regula procedat in commendatione? **C SOLVTIO.** Moderni Sabineñ, hic in quadam apostilla dicunt prima facie videri, quod non, tamen contrarium assertū esse uero, & nihil aliud dicit. **D**ominus Guliel. hic in decisione quadam dicit, quod videtur prima facie dicendū, quod nō habeat locum, ex quo commenda non dicitur vacare per obitum, sed cessante commenda vacat eo modo, quo prius, ut dicit Fede. de Senis in tract. permuta. benef. q. xv. & Ludo. Roman. consil. cccl. Et Rota in antiquis prima de concessi. prebend. Et ista op. est in curia vulgaris apud omnes, presertim Abbreuiatores. **C** Accedit ad hoc, quia regula est aliquatenus exorbitans, t' & in exorbitantibus sit restrictio ad casum expressum, quia odia restringi fauores, conuenit ampliati, uulg. c. odia. **C** Iste tamen non obstantibus maior pars dominiorū in una causa cuiuslibet beneficii per obitum Regini cessante cōmenda, cu daretur de ista regula, contrarium cōclusit, ut etiam R. D. Iacobus Simonetta Auditor resulit, ratio fuit, quia licet uerba regule non uideantur amplecti istum casum, tamen mens, & ratio regulæ includit commendam, quæ fuit, ut fraudes evitentur, & tollatur ambitio. Sed clarū est, quod ista ratio militat in commendatione, igitur ubi est eadem ratio, debet eadem esse in utroq. dispositio, glo. in. c. si post q. de elect. cum uulga. Non obstat, quod per obitum non detur vacatio, quia est verum, proprie tamen in commendatione nostris temporis negari non potest, quin detur aliqualis vacatio. **C** Addo pro ista op. videlicet tex. hic in uerbo omnes gratiae &c. sub quo de natura verbis cōmenda videtur cōprehēdi, cum sit gratia. Et quia dictio omnes, est universalis omnia complectens. l. iulianus. de lēg. iii. Et quia uidemus, quod quasi omnes regulæ iudiciale, licet generaliter loquuntur, tamē cōmendas cōprehēdunt, ut late dixi in regula de infir. & de idio. & diceatur latius in reg. de impet. bñsi. fami. Car. & in reg. de annali, & trienal. Eralibi saepe, quæ ideo non repeatam, ne fastidium generent.

Quæstio Quinta.

Q VINTO Quarto, t' an ista verisimilis notitia obitus, de qua loquitur ista regula, debeat attendi computando dietas per terram, an uero per mare? **C SOLVTIO.** Ratio dubitationis est, quia iter terrestre est certum, & potest facile per milliaria cōputaria cōmuniter accidentibus, ut in. l. continuus. ff. de verb. oblig. sed iter maritimū est penitus incertum, quia aliquando ex Hispania per mare decurritur ad urbē in. x. diebus, aliquando in. vi. vt experientia docet. **C** Breiter iste casus saepe accidit: Nam tempore Calixti fuit propositum in Rota per D. Ioa. Pintor Auditorem in causa Dertuseñ. beneficij, in qua consuluerunt aliqui periti. Et tandem fuit conclusum, t' quod a cōmuniter accidētibus, eligendum est iter per mare, & per terram, secundum quod magis cōmuniter accidit, non secundū quod raro, quia iūra nō adaptantur.

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

tus ad ea, quae raro, & cum difficultate fiant, & hoc indicat tex. regula nostræ, que non vult præcise, q[uod] obitus deueniat ad notitiam papæ, sed q[uod] uerisimiliter potuerit deuenire, vt in simili dicit etiam tex. in clem. causam, in versi, verum, de elect. Et in isto uerisimili iudeo arbitrabitur secundum cōmūnem cursum itinerantem, ut dicit hic Glosator accidisse tē pore Sixti, in una causa Valentina. ¶ Nam verbum potuit, postum hic, non denotat necesse, statim, sed potentiam, cum sit prolati affirmatiue, ad hoc clem. auditor. in uer. potest, de rescrip. & in. c. consuluit, de offic. deleg. & c. gratia. eodem titu. in. vi. Potuit enim peruenire vacatio ad papam, licet forte non peruenirerit, & sic attenditur, q[uod] possit peruenire, unde ex Barchinona potest in. viii. vel. ix. diebus peruenire notitiam ad papam de obitu, licet nō peruenierit actu, & illud, quod potuit considerat regula, non q[uod] existat, sed q[uod] existere possit; propterea dicit tex. uerisimiliter, non q[uod] ita sit verum, sed q[uod] sit simile uero, vt dicit Bal. in. l. ea quidem, in. iii. colum. C. qui accu. non pos. facit. I. miles. §. multier. ff. de adulte. Ethoc, vt dixi arbitriuum est, vt dicit Cardi. & alii in dicta clem. causam, in ver. verum, sic igitur sufficit, q[uod] illud uerisimile sit possibile, vt notat Bal. in. l. scripturae. C. de fi. instrumen. Et ista uerisimilitudo aliter debet arbitrari per mare, & aliter per terram, quia, ut dixi, licet mare sit incertum, tamen a communiter accidentibus citius fit iter per mare, q[uod] per terram, vt nota. in. c. vbi periculum. de elect. lib. vi. habetur tamen in hoc ratio temporis, quia tempore hyeni si aliter consideratur iter maritimum, aliter æstatis tempore, vt tradunt doc. p[ro]f. Ioā. and. in. c. olim. de rescrip. ¶ Nam quinquaginta millia p[er] m[ar]e sunt minus, q[uod] una die, ta per terram, vt dicit Bar. in tract. de insula. in. iii. colum. Et de istis computationibus dicatur, & quæ sine meliora itinera, an maris, uel terræ, late tradunt Medei. Bononiæ. in. §. his igitur. insti. de iust. & iure. & Fely. in. c. olim. in. ii. col. de excep.

Quæstio Sexta.

SEXTO Quero, † ponamus, q[uod] aliquis impetravit beneficium eodem die obitus cū derogatione istius regulæ, an ei impetranti incumbat onus probandi obitum præcessus sive, an uero adversario? **C**ESOLVTIO. Prima facie videntur dicendum, q[uod] impetranti incumbat onus probandi, quia ex quo agit ad canonizationem sui tituli, tenetur probare uacationem tempore impetracionis. I. ff. de proba. Nam quilibet tenetur probare contenta in sua gratia, ut not. Mod. in. c. ad aures. de rescrip. nec sufficiere videtur, q[uod] proberet obitus, nisi etiam, q[uod] obitus uerisimiliter præcessit suam impetracionem, quia illa probatio non concluderet, vulg. I. matrem. C. de proba. ¶ Iste tamen non obstantibus domini conculserunt contrarium in una decanatus ecclesia Capuañæ, quam impetraverat Cardi. Ferrarieñ. cum derogatione istius regulæ: Nam uoluerunt isto casu præsumere obitum præcessisse precusionem, vt refert dominus Gueliel, in quadam decisione, sub titulo de præben. in collectan. suis. Ratio fuit, † quia quando sumus in dubio quis actus præcessit, capitur interpretatio, q[uod] ille actus in dubio præsumatur præcedere, qui est necessarius ad ualitudinem actus, ut actus ualeat, potius q[uod] pereat, ut per plura exempla probat Felyn. in. c. pastoralis. in. iii. colum. versi. ad identitatem, de rescrip. Et in notabilis casu tradit Ias. in. l. iii. §. condemnatum. in. ii. col. ff. de re iudi. præsertim, quia aliter interpretando esset præsumere delictum in dubio, q[uod] esse non debet, uulgatis iuribus. Nam capienda est semper interpretatio per quam excludatur delictum, in. c. h. de præsumpto. & not. per Bar. in. l. non solum. §. sed & reprobari. ff. de ope. no. nū. Et esset delictu alias impetrare beneficium uiuentis, vt patet in regula. xx. vbi d. xi. igitur &c. Et per hoc respondeatur ad. I. hæres institutus. cum sequen. ff. de acquir. hære. ¶ Et ista omnia de piano procedunt in casu nostro, data derogatione regulæ, alias uero si ex ciperetur de regulâ, impetranti incumbit onus probandi uerisimilem notitiam obitus, & sic satisfecisse regulæ, vt fuit alias conclusum tēpore Calixti in yna Dertuseñ. bñficii corā Jo. Pintor, unc. Rota Auditore, de quo tamē uidendū est, quod dixi in. d. regula. xx. de impetr. benef. viuent.

Quæstio Septima.

SEPTIMO Quero, † ponamus, q[uod] papa absit ab urbe per plures menses, prout contigit tempore Clementis, & nunc Sanctiss. D. N. Pauli III. Niciam proficisci, tis, &

REG. DE IMPET.BEN. VAC.PER OBI.FAMI.CAR. CI

tis, & moriatur aliquis Romæ, & beneficium impetraretur a papa longissime distante ab urbe, vtrum sit locus isti regulæ?

CESOLVTIO. Iste causus modo penderit, Et videatur dicendum regulæ locum non esse,

ex eo, q[uia] curia uidetur esse Romæ, & reputatur eadem cum illa pontificis, quādo remanebit audiencia caſtarum, vt not. omnes in clemen. ne Romani. per illum tex. de electio.

CEx diuerso suaderet ratio regulæ, ut dicamus isto casu habere locum, si tanta sit distantia tē poris, q[uod] verisimiliter in tam breui tempore non possit adiri papa: pro qua parte plura in informationibus deducuntur, sed quia causa penderit subfuso donec Rota in alteram partem inclinet.

Quæstio Octaua.

OC T A V O Quero, † nunquid isti regulæ soleat derogari?

CESOLVTIO. Stilus signaturæ habet, q[uod] derogatio istius regulæ non detur, nisi solum in Francia, sed extra Franciam semper caſari solet derogatio, sed pro qualificatis personis aliquando solita est derogatio dari. Et ita reperto in libro derogationum bo. memo. Laurentii Cardinalis Sanctorum Quatuor, pluries derogatum fuſſe, vt patet ibi fol. lviii. & lxii. & lxv. & fol. xcix. Sed Alexan. VI. in Bulla reformationis Curia, quando tractat reformationem signaturæ, posuit unam regulam, quā uoluit appellari infallibilis, uidelicet, Quod regulis de uerisimili notitia, neque de subrogandis colligantibus, nunquam derogetur, sed q[uod] stent immobiles, & certe honestum videretur: tamen, vt dixi, signatura ex gratia pro benemeritis personis, aliquando derogat, & non seruat illam constitutionem Alex. Modus aut, seu forma qualiter derogari debeat, & quibus uerbis, ponit Hispanus noster antiquus in illo vulgato libro protuſciali ecclesiariū, sive practicæ Caniculariæ, qui est liber approbatus a Sede Apostolica, vedicit Cardi. in clemen. ii. §. irritu. in tertia quæſione. de electio.

REGULÆ IMPETRANTIBVS BENEFICIA UACANTIA PER OBITUM FAMILIARIS CARDINALIUM.

TEM Voluit, q[uod] impetrans beneficium uacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis: Et si ille in Curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla. Et idem seruari etiam uoluit, si dicti familiares ipsorum Cardinalium, familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad beneficia, quæ durante familiaritate priori obtinuerunt: & in quibus ipsa familiaritate durante, ius eis competit: Ita, q[uod] ad illa Cardinales, quorum familiares prius fuerunt, si uum habebunt adhibere consensum.

PRAEFATIO.

ST A Regula uarie reperitur ab antiquis, & modernis Summis Pontificibus adita. † Eius primus conditor fuit Grego. XI. vt colligunt ex decisione Egidii. dcccxxii. Quod ex eo appetat, quia predecessor Summi Pontifices in suis regulis, nullam de ista fecerant mentionem. Imo, quod magis mirandum est, neque etiam inter regulas Gregorii XI. reperiuntur: Quarum apud me tria reperiuntur exemplaria, & ea quidem diuersis temporibus scripta, nec in aliquo discrepantia. In quibus, vt dixi, non reperiuntur hac regula, de qua Egidius mentionem fecit, forte fuit aliqua extrauagans, uel aliquod priuilegium, vt innuit idem Egidius in consil. xix. col. i.

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

Et est considerandum, quod præter istam regulam, de qua Egidius invenit, quæ in corpore regularum Gregorii, non invenitur, Gregorius nihil aliud dignum in favorem cardinalium, in suis regulis adidit. Sed ante Gregorium, primus omnium, Benedictus XII. fuit, qui dignitatem tantorum patrum iusto favore profecutus fuit, plures alias diuersas regulas in eorum favorem constituens. [†] Nam, quod gratiae beneficiales Dominorum Cardinalium, motu proprio concessæ censerentur etiam si in supplicationibus nihil de motu proprio dicere tur, & quod in gratiis illorum dispensatio opportuna etiam non petita apponereetur, ac quod qualitates beneficiorum, certo modo uacantum, uel uacaturorum, ac etiam beneficia, quæ obtinentur in eisdem literis pro expressis haberentur, primus omnium statuerat, plures alias regulas iudicarias condens: Quas deinde nemo Pontificum est imitatus. [†] Gregorius tandem, licet nihil aliud praestiterit, quod favorem Cardinalium concerneret, nihilominus istam regulam magis favorabilem fecit, quam fecerint moderni Pontifices: Nam voluit in beneficiis vacantibus per eisdem ipsorum familiarium Cardinalium, vel alias quousmodi, locum habere suum ipsius statuti rationem, quia motus fuerat, in cuiusdem regulæ processio ex pri mens, videlicet, ut honoris dominorum Cardinalium deferatur, ut referat Egidius in dicta decisione, quod quidem favorabile Gregorii processum, nescio qua de causa Pontifices moderni sustulerunt, ac regulam istam ad beneficia per obitum tantum uacantia restrinxerunt. Quorum ordinem in hisce nostris Commentariis imitabimur.

¶ Summarium quæstionum Regulæ de imprentibus beneficia vacantia, per obitum Familiarium Cardinalium.

Prima quæstio, ibi (impretrans, &c.) an ista regula habeat locum, quando Papa concedit gratiam motu proprio.

Secunda, ibi (beneficium, &c.) quid si familiaris Cardinalis habuit aliquod officium, durante familiaritate, nunquid habeat locum regula.

Tertia, ibi (vacans, &c.) nunquid regula ista procedat in mandato de prouidendo, reservatione, vele expectativa, de beneficio uacatu.

Quarta, ibi (per obitum, &c.) quid si beneficium uacat per renunciationem familiaris Cardinalis, in manibus Papæ, an habeat locum regula.

Quinta, an regula ista habeat locum in uacatione mortis factæ, prout est illa inducta per regulam de infirmis resignatibus.

Sexta, nunquid regula ista procedat in beneficio commendato familiari Cardinalis, per cuius obitum impretrans.

Septima, an impretrans beneficium uacans ipso iure per priuationem familiaris Cardinalis, teneatur seruare contenta in ista regula.

Octaua, an regula ista debeat obseruari in subrogatione factæ per obitum collitigantis familiaris Cardinalis, uel in gratia si neutri, perinde ualere, uel similibus impretrans nibus.

Nona quæstio, nunquid in declaratoria facta incontinenti ad primam gratiam, in qua fit mentio de familiaritate Cardinalis, debeat seruari ista regula.

Dicima, quid si tempore impretrans beneficium non erat litigiosum, quo tempore Cardinalis consensus præstare debebat: Sed antequam illum præstaret, mouetur lis super beneficio, an post talen item possit consensus præstari.

Vndecima, quid si ipsem Cardinalis impretrans pro alio beneficium uacans per obitum sui familiaris, aut intercessit pro impretrans, ut gratiam consequeretur, uel consensit uerbo, quod aliquis prædictum beneficium impretrans, nunquid satis factum sit isti regulae, non facta aliter mentione in gratia de familiaritate, nomine, & titulo, uel consensu Cardinalis.

Duodecima, quid si unus Cardinalis impretrans beneficium familiaris alterius Cardinalis, nunquid teneatur seruare contenta in ista regula.

Decimatertia, ibi (familiaris, &c.) quos intelligimus familiates, quoad effectum istius regulæ.

Decimaquarta, an dispositio istius regulæ, quæ loquitur de familiaribus Cardinalium, habeat locum in familiaribus familiarium corundem.

Decimaquinta, an si cum familiaritate concurrat alia reseruatio, habeat locum ista regula.

Decimasexta

REG. DE IMPET. BEN. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CII

Decimasexta quæstioncula, dicitur hic, quod in impretrans beneficium uacantis per obitum familiaris, nomen, & titulus Cardinalis eiusdem exprimendus est, alias gratia, &c. Quid si Cardinalis fuit absens tempore impretrans de licentia Papæ, vel alias, an tali casu requiritur expressio nominis, & tituli.

Decimaseptima, quid si Cardinalis fuit absens a curia per duas dietas, venationis causa, vel alias, an sicut nominis expressio, ita requiritur tali casu eius consensus.

Decimoctaua, si familiaris, mortuo suo cardinali, se transferat ad alium cardinalem, & moritur, nunquid iste secundus Cardinalis debeat præstare consensum.

Decimanona, ponamus, beneficia familiaris unius cardinalis pertinere ad collationem alterius Cardinalis, ratiocinie ordinarie iurisdictionis, an requiri debeat consensus.

Vigesima, quid si de sede uacante aliquis recipitur, in familiarem alicuius cardinalis, & antequam eligatur Papa, moritur familiaris, nunquid habeat locum regula.

Vigesimaprima, ponamus, quod unus familiaris cardinalis est canonicus in ecclesia non numerata, & moritur, nunquid sit locus regulae.

Vigesimasecunda, dictum est superius in alia quæstione, quod absens Cardinalis consensus non est requirendus: Quid si habet indultum, quod absens gaudeat omnibus priuis legiis presentium, etiam istius regulae? Nunquid tali casu poterit eius uicarius, quando Cardinalis absens in locis remotis, præstare consensum.

Vigesimatercia, quid si familiaris Cardinalis defunctus non habebat aliqua beneficia, sed ius in re, ad beneficium, quod de facto alius possidebat, nunquid impretrans huiusmodi ius debeat obseruare contenta in ista regula.

Vigesiminaquaarta, ponamus familiarem Cardinalis eligi in episcopum, & antequam confirmetur, mori in Curia, dubitatur, an consensus pertineat ad Cardinalē, iuxta formam istius regulae.

Vigesiminqauta, nunquid regula habeat locum in coadiutoria cum futura successione, quia quis habet ad beneficium, quod possidet familiaris, nunquid in ea debet fieri uentio nominis, & tituli Cardinalis.

Vigesimasexta, nunquid consensus, de quo hic fit mentio debeat in dubio de expresso intellegi, an uero sufficiat tacitus.

Vigesimaseptima, an Cardinalis possit huic honori, quod nomine eius in literis non exprimatur, nec eius consensus requiratur, renunciare.

Vigesimoctaua, nunquid consensus Cardinalis possit interuenire post impretrans, uel literas expeditas.

Vigesimanona, quid si antequam cardinalis præstet consensum, secundus impretrans cum consensu Cardinalis. Deinde primus impretrans obtinet post secundam impretrans consensum, nunquid prima, an secunda impretrans ualeat.

Trigesima, & ultima, quid si Cardinalis prouisioni factæ per Papam nunquam uoluit cōfessire, quid agendum impretrans.

¶ Quæstio Prima.

VAERO Igitur primo, ibi (impretrans, &c.) [†] an ista regula habeat locum, quando Papa concedit gratiam, motu proprio?

ISOLVTO. Videtur dicendum, quod sic, quia gratia motu proprio, potest dici impretrans, ut tradit Bal. in. c. nisi specialis. in versic. pone, quod in

literis, de offi. lega. Facit, quod dicit Cardi. consi. xc. incip. videtur vno.

Sequitur Decius in. c. ii. in secunda colum. de rescrip. **C**Præterea uidemus dispositionem. §. fi. clemen. i. de concess. præben. quæ loquitur de impretrans, uerificari in gratia motu proprio,

ut ibi dicunt Cardi. & Imol. Sicutnam extra ragans sedes Apostolica Ioan. XXII. posita in titu. de concess. præbend. quæ loquitur de impretrans, habet locum in gratia motu proprio, prout ibi dicit Glosator in uerbo concessæ. Ergo parvamente dicendum est, de ista regula.

¶ In contrarium facit, ² quia regula ista est odiosa, & exorbitans, ut dicit Egid. decisione dccccxxii. Et loquitur de impretrans. Ergo non habet locum in gratia motu proprio: Quia ista uidentur contraria impretrans, & motu proprio obtinere, ut in. c. si motu proprio. &c.

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

Si pluribus de prebend. lib. vi. & hoc probat tex. in. l.i. C. de peti. bo. sub. lib. x. vbi notant omnes. & in. l.iii. ff. q. quisq. iu. Quæ cum sint diuersa, ad positionem vnius sequitur exclusio alterius. cap. qualis. xxv. distinctione. In quam opinionem videtur inclinare Glosator hic in penulti. colum. ¶ Qui etiam tradit cautelam ad istam regulam excludendam, vt. v. idelicet, procuretur haberi gratia motu proprio. Et est de mente Lapi in. d. clemen. i. Nam sufficiet secundum aliquos, Papam dicere, talem esse familiarem Cardinalis, licet alia re quisita hic non exprimat. Quia papa ex certa scientia, hoc exprimendo, videtur habere certam notitiam regulæ, per quam uidetur induci dispensatio, & derogatio regulæ, iuxta tradita in. l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. Quæ ratio cessat in gratia imperata. ¶ Accedit, quia isto casu cessat fraus, & dolus illius, qui gratiam habuit motu proprio, vt dicit Ican. aud. in. c. fina. super glof. si. de offici. lega. lib. sexto. in nouis. Ergo cessat dispositio, non enim poterit illi subreptio, aut defectus intentionis Papæ opponi, cum ista omnia per certam scientiam, & motum proprium censemant esse sublata. ¶ Non obstat decisio com munis Doctorum ad. d. clemen. i. §. si. de concessi. præben. ¶ videlicet, q. ille tex. procedat in gratia motu proprio, licet loquatur de impetrante, quia illud procedit, ex eo, quia tota clem. loquitur indistincte: & ratio eius æque militat in utroq. casu. Secus uero in materia odiosa, in qua uerba proprie debet capi, vth hic. Quia talis interpretatio locū nō habet, quia gratia motu proprio, non est proprie impetratio, vt dicit Cardi. in. d. cle. i. & dicā in regula de annali latius.

¶ Quid dicendum? Teneo primam opinionem, quæ est uerior, & æquior, pro qua ter iudicauit Rota, modernis temporibus, primo tempore, bona memoria D. Petri And. Gammati, tunc Auditoris, ut ipse in terminis refert, & adnotauit, in trac. de offi. lega. lib. iii. fol. lvii. ¶ Et iterum tempore meo, hoc idem iudicauit Rota in causa Auinioneñ. canoniciatus, coram D. Io. Maria, octava Martii. M. D. xxii. Et nouissime in una Maclovien. Prioratu coram R. D. Raynaldo Petruito de mense Julio M. D. xxix. hoc idem, quod prius fir mavit Rota, ratio decisionis fuit, quia hoc priuilegium regulæ datur Cardinalibus propter magnas impenas, & onera, q. in alendis familiaribus subeunt, ut dicit decisio Rotæ: licet cor ruptæ, in titu. de præbend. decisi. xv. incip. Nota, q. ubi dominus. in antiquis &c. Et ista ratio militat æque in gratia motu proprio, sicut in gratia impetrata. Igitur, &c. ¶ Et considerata prædicta ratione ista regula est late interpretanda in eorum fauorem, & præiudicium concedentis, iuxta. c. quia circa, de priuile. & notata per Domi. in. c. ii. de fil. presby. lib. vi. & quæ late tradit Pet. de Ancha. consil. ccxv. & ccxvii. Et si contrarium diceremus, facile priuilegia Cardinalium deluderemus, cum unicuique facilimum esset, habere gratia motu proprio. Et intentionis papæ non est per talen gratiam motu proprio, alicui præiudicare, vt dicit decisio Rotæ. cxii. in no. & decisi. ccccxdv. in anti. præsertim cardinalibus, ut etiam tradit Fely. in. c. ad aures. in. v. colum. uersi. tertius casus. de rescript. Et ideo hac ratione Domini voluerunt, quod regula. xi. de non tollendo ius quasitum, habaret locum in gratia motu proprio, ut ibi dixi. in. vi. q. ¶ Et quia gratia motus proprii nō includit ea, que exprimēda sunt, ut dicit Fely. in. c. cum apostolica. de excep. Ergo quia ratione dicimus in gratia impetrata, requiri expressionem nominis, & tituli cardinalis, vt hic dicitur, eodem modo in gratia motus proprii est dicendum. Et posito, quod motus proprius, & certa scientia principis inducunt dispensationem, de quo tamen dixi latius in dicta regula. q. viii. Nō tamen inducunt derogationem istius regulæ, nisi de ea in individuo fiat mentio, vt late dixi in. v. & vi. q. proœmii. & cum hociam pluries fuerit per Rotam decisum, non curabo amplius insistere.

¶ Quæstio Secunda.

S E C U N D O Quæro, ibi (Beneficium, &c.) ¶ quid si familiaris Cardinalis habuit aliquod officium durante familiaritate, nunquid habet locum regula?

C S O L V T I O. Videut dicendum, quod non, quia appellatione beneficii, non uenit officiū, vt dixi late in regula, de infirmis resignatibus: & dicā in regula de annali, & triennali, & in pluribus aliis locis, vbi me remitto. Et de istis officiis tradit Paulus Romanus antiquis in trac. pensionis. in. vii. q. fol. xxi. & xxiiii.

¶ Quæstio

RE. DE IMPET. BE. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CIII

¶ Quæstio Tertia.

T E R T I O Quæro, ibi (vacans, &c.) ¶ nunquid regula ista procedat in mandato de prouidendo, reservatione, uel expectativa de beneficio uacatu?

C S O L V T I O. Tempore Sixti accidit iste casus, in causa Sagieni. Archidiaconatus, vt in quibusdam memorialibus cuiusdam Io. Alo. Tuscani, tunc Auditoris camera, reperio ad notatum. Et iterum tempore meo iste casus fuit propositus in Rota, & decisus in causa Auinioneñ. canoniciatus corā Do. Io. Maria de mense Martio M. D. xxii. Et conclusum fuit per maiorē partem Dominorū, q. non. Cum qua opinione reperio antiquos. Abbreviatores de Parco concordasse. Nam hoc tenuerunt Anto. de S. Seuerino. & Ioan. de Ferrera, illo rū temporum primarii, prout eos refert Paulus de Castello, in quoddam suo indice notabiliū. fol. xxv. Nihil tamen allegant, præter obseruantiam stili. Sed pro opinione Rotæ allegantur ista. Primo, ¶ quia regula loquitur de beneficio uacanti: ergo nō habet locum in uacatu, vt legitur, & notatur in. c. constitutus. & in. c. extenore. & c. f. de concessi. præbend. Faciat, quæ dicit Fely. in. c. in nostra. fn. xxvii. corre. in. ii. col. in. fi. de rescrip. Ista enim sunt inter se diuersa. Ergo de uno ad aliud non debet inferri: quia ex diuersis non fit illatio. c. in præsentia. de proba. Sed potius ad positionem vnius, sequitur alterius exclusio. c. nonne. cum uulga. de presumpt. Cum igitur regula ista irritet gratiam concessam post obitum familiaris, nō debet extendi ad gratiam concessam ante obitum: quia limitata causa, limitatum effectum producere debet. c. suscep. de rescript. lib. vi. & uulg. l. in agris. de acquir. re. do. Et ista omnia in ratione fundantur, quia non est eadem ratio, quoad ista regula, in gratia de uacatu, & gratia de vacanti: Quia in gratia de uacatu, ideo non debet seruari ista regula, quia nō possumus esse certi de persona, per cuius obitum beneficium uacabit, an erit familiaris, uel non. Et ideo nomen, nec titulus certi Cardinalis exprimi potest. Et propterea iudicari non debet gratia subreptitia: ¶ Quia de his, quæ possunt se habere ad esse, & non esse, si de illis non fiat mentio, gratia non annullatur, vt late probat decisio Rotæ. xxv. in nouis. titu. de rescrip. colum. iii. Neque si uellem ad cautelam derogare huic regulæ, hoc concederetur. Quia secundum stylum solet denegari talis derogatio. Imo cum saepè alii regulis præteritis temporibus derogati sit, vt particulariter adnotatum reliquit laboriosissimus, & proinde excellentissimus vir Laurentius Puccius Cardinalis Sanctorum Quatuor, in quibusdam memorialibus derogationum regularum: non tam in dicto libro reperiuntur huic regulæ derogatum, nisi temel, vt patet ibi fol. xci. Itaque in dictis gratiis de uacatu, non potest ista regula obseruari. Quæ omnia cessant in gratia de beneficio uacanti. Cum igitur regula ista sit exorbitans, iux. glof. penult. in clementina secunda. de offici. ordin. & secundum Egidiū vbi supra. Item etiam sit penalitatis, cum annulet actum, iuxta notata per Doctores in capitulo secundo, de constitutio. & quæ tradic Baldus in. l. non dubium. C. de legibus, per text. in lege Senatus. ff. de contrahenda empt. Est concludendum, regulam procedere in casu de quo loquitur, videlicet, in beneficio uacanti. argu. tex. in capitulo statutum. de electione. libro sexto.

¶ Ethoc, quod dicti fuit de gratia bñficii vacaturi, procedit ēt si gratia fuisset facta respetu certæ personæ, quæ fuisset familiaris alicuius Cardinalis, prout in regressu concessio per obitum Titii, qui fuerat familiaris Cardinalis: Quia in eo regula ista non procedit per superioris dicta, Ex quo prouisio sit de beneficio uacatu, prout refert, ¶ tenuisse Rotam Dominus Iacobus Simonetta, tunc Cardinalis dignissimus, in suis memorialibus, vt ipse mihi resulit. Quæ decisio non alibi certe fundatur, ut dixi, nisi, quia ista regula est odiosa, loquitur in certo casu, uidelicet, de beneficio uacanti. Ergo debet in eo restringi, ut in capitulo susceptum, de rescriptis. libro. vi. Erfaciunt ea, quæ dicam in alia quæstione de gratia si neutri. & in. q. sequenti.

¶ Quæstio Quarta.

V A R T O Quæro, ibi (per obitum, & cætera.) ¶ quid si beneficium uacat per renunciationem familiaris Cardinalis in manibus Papæ, an habebit locum regula?

C S O L V T I O. Glosator hic tenet, q. non: quia isti sunt diuersi modi uacandi: & regu

S

COMMEN.R.P.D.LVDQVICI GOMES.

la ista exprimit modum vacandi per obitum. Ergo per expressionem vnius modi excluditur alius diuersus, videlicet, per resignationem, vt dicitur in c. susceptum. de rescrip. lib. sexto. Ethocidē reperi tenuisse Curiā tēpore Sixti: Et ita pro expedito, fuisse dīctū in causa Sagieñ, Archidiaconatus, meminit lo. Alo. Tuscanus Mediolanensis, tunc aduocatus, & Auditor Camerae, in quoddam suo consilio incip. vtrum bulla perinde ualere, &c. posito inter sua consilia, libro primo, fol. vi. Et certe in ratione consistit ista opinio: [¶] quia nega² ri non potest, istum casum fuisse omissum in regula; Ergo relinquitur sub dispositione iuriis. Et ad hoc sufficit, d. c. susceptum, vbi est causus expressus pro ista opinione, pro qua faciunt ea, quæ dicta fuerunt in precedenti quæstione.
CSed aduerte, q̄ regula Gregorii Vndeclimi, quæ fuit antiquior ista, comprehendebat istū casum: quia loquitur de beneficiis uacantibus per cessum, vel deceſſum, ut refert Egidius decisione, dxxxii. Vnde ex quo regula ista est posterior, debet in dubio interpretari secundum antiquam, argu. l. non est nouum, ff. de legib. **C**Sed ad hoc replicari potest, quod mortuum procedit, quando regula ista dubitatur loqueretur, tunc enim in dubio recipiat interpretationem a regulis antiquis etiam correctis, vt tradit Bar. in. l. s. ff. de falsis. Sed hic non egemus declaratione, cum ista regula loquitur clare de beneficio uacante per obitum, & de vacante per renunciationem omittit, prout etiam omittebant antiquæ regulæ, quæ in hoc noluerunt Cardinales præfugiat. Relinquendus igitur erit iste casus sub dispositione iuriis, d. c. susceptum. Et ita in specie, in discursu cuiusdam, q. regulæ de infirmis, resignantib. dicit fuisse iudicatum, de anno M. D. xiii. in Rota Do. Gulielmus in Collectaneis decisionum, pro qua opinione faciunt optime motiva Andreae Siculi, de quo mentionem faciam inferius in. q. vii. **C**† Etex istis potest etiam inferri, q. facultas concessa per Papā familiari Cardinalis de permittandis benefitis suis, prout fuit concessa tēpore Pauli II. cuidā Gulielmo familiari Cardinalis Rothomageni, non subiiciatur huic regulæ: Quāvis contrarii fuerit tunc per aliquos doctores consulfum. Et ista de plano procedunt de iure loquendo, Tamen hodie Cardinales, tam ex præfugio, q. ex capitulis factis in clauis, obtinuerunt istos modos uacandi per cessum, vel deceſſum, ut referunt Moderni in tracta, reseruatio, in. xvii. effectu. Et ita ego reperio latissime concessum fuisse Cardinalibus in capitulis Sixti, Alexand. Sexti. & Iulii II. capite tertio, quorum exemplaria sunt penes me.

Quæstio Quinta.

QVINTO Quero, [¶] an regula ista habeat locum in uacatione mortis factæ, prout est illa inducta per regulam de infirmis resignantibus: Nam regula, ibi, in casu illo, singit beneficium uacare per obitum, cum uero uacer per renunciationem?
COLVTO. Casus iste bis fuit uenitilatus in Rota, & tandem decisus pro parte negariū: Nam tempore Sixti, accidit in causa Sagieñ. Archidiaconatus, anno M. CCCCLXXV. mense Nouembri. Et iterum, de anno M. D. xiii. Quo tempore fuit decisæ difficultas, vt meminit Dominus Gulielmus in Collectaneis Decisionum, fol. lxxv. decisione incip. vnuſ familiaris, & cætera. Et licet decisio illa ponat mixturam casus, resolutioni tamen eius hoc solo motu concluditur: Quia in quæstione proposita secundum terminos regulæ de infirmis, principalis actus, qui fuit ibi factus coram Papa, fuit resignatio: Et iste fuit verus, & naturalis actus. Vacatio vero mortis, quæ infra viginti dies resultat, est uacatio accidentalis, & contingens de futuro, & ideo illa considerari non debet, iuxta. l. qui habet, ff. de tutell. vbi traditur regula, [¶] quod actus naturalis non accidentalis attendi debet, & idem dicit Bartho. in. l. prima. q. hoc interdīctum, ff. de fonte, ubi per hoc interficit, quod statutum loquens de gemmis debet intelligi, de ueris non de factis. Et ista in casu isto magis militant, quia regulæ sunt iuriis stricti, & non egrediuntur terminos suos. l. iii. q. hac uerba, ff. de nego. gest. l. si seruum, q. non dixit, ff. de acquir. haec redi. præsertim, quia ista interpretatio est fauorabilis, quæ reducit nos ad libertatem iuriis communis, iuxta. l. si vnuſ. q. pactus ne peteret. ff. de pactis, cum aliis similibus allegatis hic per Dominum Guliel. Præterea, quia actus de quo in premissa, q. & uacatio inde resultans erant de præsenti. Illa uero, quæ ex post contigit per obitum, erat actus futurus, qui tempore

RE. DE IMPET. BE. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CIII

tēpore resignationis poterat se habere ad esse, & non esse. [¶] Ideo subreptio propter nō expressionem nominis, & tituli in talibus actibus, qui contingunt de furo, non uitatur, vt tradit Fely, notabiliter in. c. in nostra, in septimo correl. de rescrip. Etante ipsum decilio, xxv. in nouis. titu. de rescrip. colum. penult. repetita per Egidiū decisi. dcccix. colum. fi. **C**Addo pro ista opinione, ultra Do. Guliel. Quia tempore quo fuit facta resignation, beneficium adhuc non uacabat per obitum uerum, uel fictum, ynde impetrans, tale beneficium impetravit uacaturum, uidelicet, in euentum, quod continget resonantem mori, infra viginti dies. Et tamē clarum est, regulam istam locū non habere in uacatu, ut patet ex tex. & dixi superius in tertia quæstione. & est decisio Rota in no. q. impetrans per non promotionem non potest consequi per obitum illius posteacontingens. Et ideo tanquam casus omisso relinquitur sub dispositione iuriis. uulga. capitu. susceptum, de rescriptis. libro sexto.
CSuadetur hoc, quia uera uacatio de præsenti erat per resignationem: quia alias non tenuerit collatio de beneficio uiuentis, non vacanti, vt superius dicitur in regula. xx. & tex. in cap. primo. &. ii. & c. cum nostris, de concess. præbend. Neque potuisse validari ex superexistente vita resonantis post lapsum viginti dierum, tanquam a principio nulla. si eo tempore, de rescrip. lib. vi. Et licet papa possit per regulam facere, quod moriēt illo, qui resignauit infra viginti dies, censemur beneficium uacare per eius obitum, tamen hac uacatio sic inducta erit facta, & interpretationua, non autem vera: quia hoc facere nō posset:
⁴ **N**am potest papa facere, quod factum habetur pro non facto, iuxta tex. in clementina prima, de immunita. ecclesi. Tamen non potest facere, q. factum sit uerum, & factum non sit factum. l. in bello. q. facta. ff. de capti. Remanet igitur uera uacatio per resignationem, & facta per obitum. Vnde infertur, quod ex quo regula ista loquitur de uacatione per obitum, debet in dubio intelligi de iure, propria, & naturali uacatione obitus, & non de facto, prout quilibet dispositio iuriis communis, & statutaria intelligitur, vt est glo. in. c. placuit. el. ii. xvi. q. i. Nam ista est cōmuniis op. Canonistarum, q. appellatiō meritis intelligimus de naturali, nisi in casibus a iure expressis, vt dicit glo. in capitu. susceptum, de rescrip. lib. sexto, sequuntur Moder. in. l. ex ea parte. q. insulam. ff. de uerb. obliga. Et hoc idem est discordum in quolibet actu, qui in dubio debet intelligi de iure, & naturali, non de facto, vt superius est dictum. & tradit in notabilis casu Alexand. in consilio. lxv. Visu quadam constitutione, in tertia colum. volumi. iii. Et Franciscus Cremonensis in singularibus suis, notabilis. lxxii, cum pluribus aliis concordantibus, quæ præter ista cumular Felyn, in rubri. de sponsali. in quarta colum. Cum igitur regula ista, nihil aliud sit, quam statutum, quod loquitur de uacatione per mortem, debet ergo intelligi de uera, non autem de facta, nisi illud exprimatur, & faciunt, quæ notat Bar. in. l. tercia. q. hac uerba. ff. de nego. gest. & tex. in capitu. nuper. de biga. Præsertim, quia dato, q. extensio casus ueri ad factum non sit contra ius, sed tantum præter ius, tamen numquam fit extensio, nisi repertantur de iure particulari casus uerus, & factus, vt notat Domi. in cap. fi. in princ. de consue. in. vi. & glo. in. d. cap. placuit. Si igitur hoc disponitur in casibus, qui sunt præter ius, multo magis in casu istius regulæ militat, quæ est courta ius. **N**am de iure nulla qualitatis taciturnitas uitia gratiam, nisi illarum qualitatum, quæ sunt in iure expresse, vt in clemen. secunda. de offic. ordi. & in cap. fi. de offic. lega. libro sexto, & in clemen. i. de præben. cum multis concordiis, de quibus per Moder. in trac. benef. in. xi. q. tertie partis. uerbi. Quarta qualitas, pro quibus omnibus faciunt ea, quæ dicentur inferius. q. vii.

Quæstio Sexta.

SEXTO Quero, [¶] nunquid regula ista procedat in beneficio commendato familiae? **C**OLVTO. Queo, [¶] nunquid regula ista procedat in beneficio commendato familiae? **S**ri Cardinalis per cuius obitum impetratur?
COLVTO. Varias reperio super isto dubio scribentium opiniones: Nam Ioan. Bap. Caccialupus, & Ricius de Senis, aduocati illorum tēporū celeberrimi, tenerunt expressæ, regula non habere locū in cōmenda: & ita referunt se uidisse iudicari in facto, super quo longissima confilia contexerunt, quæ habeo in. xii. volumine allegationū. fol. cxliii. cum sequen. vbi post plura uerba superflua, tandem ad hoc tenendum mciūetur isto merito magis efficaci, uidelicet, quia regula ista loquitur de uacatione, quæ licet ex uerbis ultimis:

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

regule maxime in uerbo obtinuerint, uidetur intelligi posse de uacatione resultante ex cœ*s*
 2. fatio cōmēdā: *T*amē ille terminus vacatio, positus hic in tex. in dubio intelligi deber de
 uacatione iuris, & facti, ut in. c. cum nostris, de concess. præb. c. præsenti. de præb. lib. vi.
 cum multis aliis concor, per eos alleg. Cum igitur cōmēdātariū nō dicatur possessor iu-
 ris, cū non habeat titulum, ut in. c. dudum, de elec. Sed sit meritus detentor, & depositarius. l.
 licet. q. rei. & l. lucius. ff. depositi. Est concludendum per obitum eius nihil vacasse, &
 per consequēs regulā in tali cessatione cōmēdā nō uerificari: Nā per cōmēdā non extin-
 gitur prima uacatio, ut tradit Fede. in tract. de permitt. bene. q. xv. hoc in summa dicit p̄r
 dicti doc. qui postea magno uerborū ambitu, super isto puncto referunt omnia fundamē-
 ta Ludo. Roma. in consil. cccl. & Oldra. consil. clxxix. quererit, &c. quæ non curio referre.
 Quibus etiam conferunt ea, quæ dixi in regula. xviii. & xxvii. & latissime in regula de trien-
 nali, vbi copiosius tractauit istam quæstionem. *C*Sed ulterius pro ista parte adde, q. istam
 eandem opinionem tenuerunt tempore Sixti A. de Caphebellis, tunc aduocatus excellens,
 & quidam alii, qui allegabant pro ista opinione stilum inueteratum Cancellariae, quæ hoc
 3. tenuit, & cuius stylus processit a iure, ut dicit Specul. titu. de lega. q. supereft. versic. ultimo
 consulo. Imo facit ius, ut dicit decisio. dcx. in antiquis. & tollit dubietatem facti, ut dicit
 Oldra. consil. ccxc. Nam ipsius obseruantia præsumitur suscepta cum plena examinatione
 iustitiae. argum. c. apostolicae. xxxv. q. ix. Et quadam alia fundamenta generalia super hoc
 allegant, qua braciatūs causa, ac etiam, quia nihil non uidentur stringere non resero. Et
 ita etiā reperio illis tēporibus pro ista parte uisitū iudicatum per quendā Io. Eug. tūc Audi-
 torē in favorē Lactantii, cōtra quendā Io. Gruelli, ut ibi reperi adnotatū. Et nouissime can-
 dé opī. tenuit Rota in casu occurrenti, ut refert bone me. D. Dominicus Iacobatus, tunc
 Rotarē Auditor primarius, & postea Cardinalis, in quibusdā suis apostil. ad istā regulā, qui
 dicit tunc super hoc dubitatum fuisse, & Rota respondit se regulā in cōmēda locū nō ha-
 bere, licet ipse super hoc dubitet. Hec ille. *C*Postremo pro ista opī. faciūt uerba istius re-
 4. gulaz, quæ loquuntur de beneficio uacanti, & sed per obitū familiaris beneficiū nō uacat, sed
 ceſſat depositū, ut dicit doc. in. c. nemo. de elec. & in. c. si confiterit, de accusa. igitur in tali
 cessatione regula non habet locū. Hinc est, q. expectatiua, quæ cōceditur ad beneficium ua-
 cans, uel cū primū uacauerit non caput beneficiū uacans per cessationē cōmēdā, quia ul-
 tra, q. tale beneficiū est affectum per appositionē manus papæ, per obitum familiaris nō di-
 citur uacare. Ita conclusit Rota die. xxix. Octobris M.D. xxix. in una Valentini parochia
 lis de Pego coram. R. D. Io. Paulo. Non obstante cons. Sociini. xxxii. & aliis pluribus tunc
 deductis in informationibus iuriis, pro qua decisione faciunt ea, quæ in casu scribunt Mos-
 der. Sabinen. in tract. referua. fol. xiii. verificu. beneficia cōmēdata.
*C*Contrariam tamē opinionem inuenio obseruatā tempore nostro: Nam in primis Do.
 Gulielmus in discursu illius quæstionis, utrum regula de infirmis resignantibus procedat
 in cōmēda, refert. Rota tenuisse, regulam istam habere locū in cōmēda, ista ratione: quia priuilegium istius regulae concessum fuit Cardinalibus propter innumeras expensas, & o-
 nera, quæ subeunt in gubernanda eorum familia, iuxta decisionem. xvi. de præbend. in an-
 tiquis. Quæ ratio militat àque in cōmēdātariis, sicut in titularibus. Ergo idem debet esse
 ius, & nihil aliud dicit, & idem tenuit D. Guliel. hic. *C*Felynus tamen in quadam Apostil
 la super regula. xix. & super ista, refert. Rotarū uariare. Nam dicit, q. cum istud dubiu in una
 causa proponeretur, Domini quasi concorditer conculserunt, istā regulam non habere lo-
 cum in cōmēda. Et postea dixerunt, & iudicarunt contrariū: quia reperiebant ita alias
 fuisse conclusum, per istam rationē, quia licet stante cōmēda, beneficium non dicatur ua-
 care: *T* mortuo tamen cōmēdātario negari non potest, q. uacat largo modo quæcumq. sit
 illa uacatio, sive continuativa, sive induictiva per usum. Quæ uacatio uenit largo modo ap-
 pellatione dicti uerbi, ut tradit Paulinus in tract. de offi. & potesta. capituli sede uacante, in
 ultimo præludio. Satis enim est, quod de præsenti, quādo impetratur, uere uacat beneficium
 per obitū, id est, q. ratione illius obitū cōmēdātarii reuiseſit, & quodāmodo inducitur
 ista uacatio nūc. Ergo regula in ea debet habere locū, præscritim cū p̄r oīa sit eadē ratio. Et
 pro ista opī. facit, quod dicit Soci. in cōsil. xxxii. in. vi. col. versi. & pro prædicta. vbi tenet, q.
 expectatiua ad beneficia uacatura cōprehendit beneficium per obitū cōmēdātarii vacans,
 sequitur Aeneas de falco. in tract. referua. in. iii. q. principali. in. xxviii. effectu. & licet cō-
 trariū deciderit Rota, ut superius dixi. Illud fuit, quia cōsiderauit affectionem, quæ maxime
 ibi considerari

REG. DE IMPET. BEN. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CV

ibi cōsiderari debebat, propter personā Cardinalis, cui illa parochialis fuerat commēdata. Sed præstip̄ posita decisione indistincte uera, in casu nostro attendi debet ratio dicti, quia per obitum cōmēdātarii perpetui beneficium quoquis modo uacat. Nec ista regula in hoc est multū exorbitans, sed potius cōtingit equitatē, quia tenendo istam opī. sic faternus Car-
 dinalibus, & ex hoc etiam conseruatur spes seruentium eis. Faciūt ad hoc ea, quæ tradit
 6. Roma. consil. ccccxcviii. *C*Addo etiā pro ista opī. quæ mihi uideatur uerior, & q. in dubio
 talis interpretatio in quacūq. cōstitutione capi debet, per quam magis inuitentur homines
 ad beneficium, ut probatur in. q. fi. in procem. iusti. & in extraag. execrabilis. q. nos
 itaq. Sed isto modo interpretando istam regulam inuitantur magis, ac animantur Cardi-
 nales ad capiendos plures seruatores doctos, & uenerabiles, quod tendit ad decus ecclesiæ
 Romanæ, ut in cap. super specula. de magistris. Et etiam ad honorem eorundem Cardi-
 naliū pertinet, q. a pluribus assidenti, ut dicit Juuenalis Satyra. vii. quod not. Andr.
 Sici. in. c. ex parte. in. ii. col. de consti. Nam tanto maior quis reputatur, quanto pluribus
 familiis, & dignioribus præf. ut probat D. Gundisalvus Hispanus Auditor Rotarē in tra-
 cta. de dignitate Vicecancellarii. q. ii. allegat rex. in authen. de defen. ciui. q. nos igitur. Fa-
 cit illud Prouerbio. xliii. c. In multitudine populi dignitas regis. Facit etiam tex. in. c. ecce.
 xv. distin. Vnde merito. Vergilius in primo Aeneidos, laudans Didonem in isto apparatu
 famulorum: ait, Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo, centum alia, toris
 demque pares aitare ministri, &c. Nam huiusmodi imp. nūc, quæ sunt seruitoribus, & mi-
 nistris, censentur facta intuitu ecclesiæ, propter honorem inde resultantem, ut tradit Phi-
 lippus Francus in cap. præsen. q. porro. in secundo notabilis, de offic. ordinis. libro. vi.
 7. *T* Et ideo iurandi sunt cardinales favorabili interpretatione priuilegiorum huiusmodi, ut
 procluiiores exinde reddantur ad seruandas maiores impensas: propter quas multi pa-
 peres, clerici, nobiles, & literati, in eorum dominibus cololantur, & uiuunt. Et ita multorum
 necessitatibus subuenientur. Et hoc modo decentius decus Sedis Apostolicae sustinetur, Et
 per huiusmodi viam familiaribus datum firmior spes seruendi, quando patronorum ma-
 jor est, & vberior disponitio de beneficiis potestas. Et sic ista opinio tanquam æquior, &
 ultima, & pluris per Rotam approbata, tenenda est: secundum quam refert Aeneas de
 Falconibus, docto certe curiosus, & eruditus, in quadam sua apostilla ad istam regulam,
 Rotam in quadam causa sua, secundum istam opinionem, per tres sententias iudicasse. Et
 responder ad illa uerba posita hic in regula, videlicet, (beneficium uacans per obitū) quia
 illa non obstante cōt. in regula. xxviii. supra codē, sint posita eadē uerba: Et tamen Rota lon-
 ge uia obseruatione tenuit, illam regulam haberi locum in cōmēda, prout etiam ibi, & in re-
 gula de infirmis resignantibus, meripiuit. Do. Guliel. Nec obstat, q. verbum uacans, hic pos-
 sum, deber intelligi de uacatione iuris. Quia hoc est falsum, quia etiam verificatur in uaca-
 tionē de facto. Quam talis refutatio cōprehendit, secundum Rotam decif. cclxxiiii. in an-
 tiquis. Quam sequitur Præpositus in. c. clementis. xvi. dist. Ad alia motu patet respon-
 sio ex his, quæ dīca in regula de publicandis, & latissime in regula de tricinali.

Quæstio Septima.

SEPTIMO Quero, iuxta prædicta, tān impetrans beneficium uacans ipso iure per
 priuationem familiaris Cardinalis teneatur seruire contenta in ista regula?
 OSOLVTO. Glosator cōcludit, q. nō, quia regula loquitur de uacatione per obitū,
 & nihil aliud dicit. Et cum ista opinione simpliciter transit Felynus hic nihil allegans.
 Reperio tamen, q. istam quæstionem in terminis latissime discutit And. Siculus in consil.
 lxxii. lib. iii. per totū. Vbi relatis argumentis partis affirmatiue, pro ratione dubitandi fa-
 cit, q. non curio referre, postea concludit contrarium, videlicet, regulam istam non ha-
 bere locum in impetrante per priuationem. Et inter plura fundamenta, quæ pro hac parte
 scribit, tria principaliter uidentur consideratione digna, clarissim tamen per me declarata, &
 rationibus corroborata, quam ipse fecerit. Primum igitur fundamentum, quod facit, est
 de tex. in clementina ne Romani. q. irri. um. de electione, de quō multum gloriatur: Vbi
 2. est tex. tāqd constitutio loquens de morte Papæ, ita demū comprehendit priuationē,
 quando lex vltterius procedit, extendendodispositionē ad casum priuationis, ut patet, ibi, in
 illis verbis, per mortē, uel alias deficere quoquis modo, Ita. n. uerba (vel alias) indifferenter

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

prolata comprehendunt omnem modum uacandi. Cum igitur in ista regula solum sit prouisum in casu mortis, debet intelligi de naturali, non ciuili. l. ex ea parte. q. in insulam. ff. de verbo. obliga. cum concor. vt ibi in glos. Et si uoluisset papa casum mortis ciuilis comprehendere, expressisset, vt fecit in dicta clemen. Præsentim in materia odiosa exorbitanti, qualis est ista.

Comprobatur vltius ista opinio, & hoc erit secundum motiuum: Nam in concilio Constantiæ, in quo Benedictus Vndecimus, & Ioannes XXIII, priuati fuerant, fuit dubitatum, t̄ an electio Romani Pontificis per priuationem alterius expectaret ad Cardinales, anvero ad concilium generale. Et fuit conclusum, q̄ quando Pontificatus uacabat per obitum, tunc expectaret electio ad Cardinales. Quia iura tribuentia electionem Cardinalibus, loquebantur de vacacione per obitum, non quando uacabat per priuationem. Vn de ex quo ille erat casus omissus a iure communis, pertinebat electio ad Concilium: Refert Abb. in cap. licer. in ultimo nota bili de electio. Et sequitur Felyn. in. c. ad petitionem. in princip. de accusa. Sic uidetur: hic dicendum, q̄ dispositio istius regulæ, quæ loquitur de vacacione per obitum, procedat in casu suo, non autem in vacacione per priuationem.

Ctertium motiuum sita deficiente intentione contentis regulam: quia non putauit papa, q̄ in dominis Cardinalium essent uiri flagitosi, ac priuatione digni: quia de iure, pro illustri eorum dignitate, presumuntur habere familiares honestos, vt dicit Inno. & alii in. c. in literis. de testi. & in. c. insinuant. de offi. deleg. Ex qua presumptione resultat illa lñvitariorum munis ad. d. c. in literis, quod disponit, t̄ familiare non esse idoneostestes, vt istud dictum non procedat in familiariis Cardinalium, & Episcoporum: Quia non presumuntur habere personas suspectas domi, sed probatae vita, & exemplo, vt dicit Bal. in. l. etiam. C. de testi. & sequitur Moderni in trac. testi. fol. viii. in. ii. col. Et latius reassumit Firmanus in trac. de episcopo. in. v. par. li. iii. fol. li. in. iii. col. Are. & alii in. d. c. in literis, & in. l. ii. C. de testi. Cū igitur defecit mens cōdēntis, iste casus omissus, relinquatur sub dispositione iuris: quia ines, & int̄ctio cōdēntis debet semper in rescriptis attendi, secundum Inno. in. c. cā ecclesiastice, circa mediā, de excepc. sequitur Bal. in. l. rec̄tr̄p. col. penul. C. de pre. impe. offe. Et reassumit Fely. in. c. causa q̄ in. viii. col. versi. predicta declarata. & c. de testip. Et hac ratione dicit Valerius. M. Tullius in lib. officiorum, & alii plures bonarū literarū p̄fesores, t̄ Solonē nō tulisse legē de parricidiis, quia nō putauit filiū ad illud facinus posuisse quācūq̄ iniuria moueri, ut patrem occideret. Angel. in. l. propter infidias. C. qui accusa. Vbi igitur deficit mens contentis, dispositio cessat.

CVel etiam quarto dici potest. Nam posito, q̄ papa isti casum cogitauerit, noluit tamē in hoc Cardinales priuilegiare, regulam extendendo, vt per hoc eos cautores redderet in fuscis, piendis bonis ministris, & famulis, & recepitis castigandis. Nam uidentes, regulam non habere locū, quādo ob delictū peritut priuari aliquis familiaris, forte uigilabunt magis super familiā suā, vesic in bono erudiatur, quod similia, dē ea sperari non debeant; unde si contrariū ceteriat, in pena priuariant cardinalis cōmodo, seu priuilegio istius regulæ. t̄ Sicut uidentur in epis obseruari: Nam in pena efortū inductū est, q̄ licet criminis nō admittātur ad accusandū regulariter. c. i. de accu. & c. l. i. q. vi. Tamē vbi familiariis episcopi reperiuntur criminis in pena tollerātis ralem in domo, ipsum efm accusare potest: Ita est tex. in. capitū. nulli. de accusa: quia talis presumuntur quis esse, quales famulos habere dignoscunt. Sic econtra apud Platonē loco prouerbii usurpati: quales principes, tales solere esse ciues. Et ideo Ludo. Roma. in. l. cum mulier. ff. solue. matr. in. xii. col. dixit ad episcopos pertinere, bonis, & honestis vi familiis: Nesi contrarium appareat, presumuntur episcopū famulos discolos nutritre, ad effectum, vt dolos instruant, & suppleant defectum probationum, vt ibi latius per eu. **V**ltimo, ne aliquid remaneat intactū, pro ista opinione Andreæ Siculi, & aliorum uidetur in fortioribus terminis dictum Tho. Fastoli in dux. bio Rota. lvi. ybi dicit, t̄ q̄ in materia stricta rescriptum cum clausula cedente, vel dece- dente, non extenditur ad priuationem: Secus si materia nō esset odiosa, vt in d. cle. ne Romani. Quia tali casu licet exprimatur vacatio per obitum, includitur omnis vacatio, vt tradit Abb. in. disput. efs. Ex cuius dictis potest etiā capi resolutio ad. d. cle. alleg. in cōtrariū per Barba. & sequitur Fely. in. c. licer. col. fi. de offi. deleg. Et ante ipsū I. Frac. Pau. in trac. de offi. & po. ca. sede vac. in secundo eidētiali. & illud dictū Fastoli sequitur Moder. in trac. bñficiorū. in. iii. parte. Et ante ipso Fely. in. c. in nostra. in. xxvii. corre. col. ii. de rescrip-

Faciunt

REG. DE IMPET.BEN.VAC.PER OBI.FAMI. CAR. CVI

Faciunt etiam pro ista opinione ea, quæ dixi superius in. iii. & v. q. & quæ dicentur infra. q. xxiiii. & in regula de annali. super ista eadem questione. **C**Et prædicta omnia procedunt quando priuatio fieret in curia, quia si extra curiam, nulla esset difficultas: ex quo ibi censeretur uacare beneficium, ubi quis priuatur, ut dicit decisio. lxxvi. in antiquis. Sequitur Paulinus in tract. de offi. & po. capi. sedē vac. in secundo præludio. Quod est uerum, quando est ibi persona, ubi priuatur: quia si esset alibi, censeretur uacare ibi, ybi est persona. Vn de dicimus, t̄ q̄ priuatus ob non solutionem pensionis, in partibus, si est Romæ, eius bene ficium censetur uacare in curia, & esse referuatum, ut dicit quādam decisio allegata per Paulini. in. d. loco: & ibi uideri possunt plures modi uacandi, in quibus exemplificari posset ista regula.

Quæstio Octava.

OCTAVO Quero, t̄ an regula ista debet obseruari in subrogatione facta per obi- tum colligantibus familiaris Cardinalis, vel in gratia si neutri perinde ualere, vel similibus impetrationibus.

SOLVTO. Glosator hic in. iii. folio tenet, q̄ non. Rationem assignat: quia ista regula non tollit beneficium regulæ, de subrogandis colligantibus: Nam licet ista regula sit ultima secundum ordinem, & ultima tollunt priora, iuxta. c. i. de consti. lib. vi. nihilominus quando constitutio prima non est contraria ultima, sed possunt se compati, tunc ultima constitutio non tollit priorem, etiam si ultima habeat clausulam derogatoriam, cum clausula non obstat, ut not. Bar. in extrag. ad reprimendam. in uersi. non obstantibus. Et ita dicit fuisse tenutum in Rota, ut hinc latius per eum: & idem dicit Glosator in regula de subrogandis folio quarto.

Addit pro ista opinione Fely. hic, qui afferit, ita concorditer hanc opinionem tenuisse Rotam. Et hoc idem adnotauit Barcho. de Petra sancta auditor Rota, in calce cuiusdam informationis factæ tempore Iulii, super uno beneficio Hispalen. Et idem adnotauit D. Pet. And. in quoddam repertorio decisionum. Et ita hodie teneat, & quis omnes prædicti docto. afferat ita iudicatum fuisse, nullus ramen predictorum assignat rationem decisionis prædicti, q̄ nisi Glosator, quem superius retuli. Et tamen illa ratio Glosatoris, iudicio meo, non videtur multum efficax. Ideo forte quidam antiqui aduocati Paulus Pontanus, Andr. de sancta Cruce, & Ioannes de Barcellis, & nonnulli alii excell. doctores, illa ratione nō obstante, in quadam caus. Maguntiū, præben. contrariū consulterunt ista ratione, t̄ quia

regula ita priuilegiaria Cardinalium non continet in se, nisi unicam rationem, uidelet; vt Cardinalis per istum modum præstandi consensem habeant priuilegium disponendi, & sic valeant alium familiarem loco deperdit, vel defuncti pro suis seruitiis subrogare. Et in hoc principaliter est favorabilis regula, quæ præstat hoc humanitatis solatum Cardinali, qui perdidit familiarem suum, ut in simili dicit tex. in. l. iure succursum. in princ. ff. de iu. dor. Vbi defuncta filia iustum esse putat iuriis consultus consolari patrem, ut solatii loco reddat ei don. Et eodem modo in. l. si filius, de bo. damna. consolatur pater ex morte filii militis, si illi succedit in castrensi peculio, ad idem tex. in. l. iii. §. cum autem ff. ad Ic. rho. de iact. Et idem dicendum est in casu contrario, ut dicitur in. l. iii. §. sed utrum. ver. quid ergo. ff. de mino. quem ad hoc allegat Bal. in. l. i. C. de vſu. tei iudi. Nam honestum est, & iuxta dictum A. postoli, humanitate plenum, q̄ Cardinalis, qui socius fuit tribulatio- num, & onerum gubernando familiarem suum, sit etiam particeps, & socius consolatio- nis. t̄ Quia de iure naturali est, ut qui habet onus, debeat etiam habere commodum, ut dis- cit tex. in. l. secundum naturam. ff. de re. iur. Et ista ratio pariter militat in subrogatione, sicut in imprestatione. Ergo eadem esse debet dispositio. **C**Et pro ista op. facit, quia licet, be- neficium super quo imprestatur subrogatio, sit litigiosum, illa qualitas non facit differre be- neficium a beneficio, quia quæ differunt qualitate, non differunt specie. l. i. ff. de fundo ins- tru. notari. Moderni in rubr. de proba. Cum igitur ista regula indistincte, & generaliter lo- quatur de imprestante beneficium, verificari debet in imprestante beneficium per viam sub- rogationis. **Q**ui generalis dispositio capit omnes suas species, etiam qualitate differen- tes, ut notat Bal. in. l. in fraudem. ff. de testa. milit. per tex. not. in. l. i. §. quod autem ff. de aleato. notat Decius in. c. ii. de præben. & alibi sepe. **N**ec obstat, q̄ regula ista sit exorbi- trans: quia licet negari possit, cum videatur potius principaliter favorabilis, licet secundario

odiōsa, ut dicitur de Velleiano, in l. qui exceptionem, ff. de condi. indeb. Nihilominus, tenendo, q̄ sit exorbitans, in exorbitantibus sit extensio a paritate rationis, etiam ad casum nō proprium, sed qui sublata significazione vocabuli potest comprehendendi, ut patet in gloria eligatur, in cle. i. de electio, cum similibus. Ad idem est glo. quē juncto tex. loquitur de beneficio litigioso in cle. auditor, in ver. beneficium, de rescrip. Facit optime tex. iuncta glossa in l. i. C. de his, qui ante aper. tab. Et ista amplificatio, & extensio ad istum casum fieri debet, contemplata ratione personarum, de quibus loquitur regula. Quia dispositio solet restringi, uel ampliari secundum qualitates personarum. l. plenum. q̄. equitii, ff. de ysl. & ha. cum concor. ut scribit Fely. in c. causamq. in xii. col. de rescrip.

Cūlīstis tamen non obstantibus, teneo primām opinionem Rote, que iustior, ac magis iuri dicā uideatur, istis rationibus, in primis, quia certum est, q̄ beneficia litigiosa in curia sunt adeo affecta soli papae, q̄ si virus ex collitigantibus moriatur in curia, nullus de illis prouidere potest, nisi papa. Et si secus actum fuerit, est irritum, & inane. c. ii. vt lit. pend. lib. vi. & cle. i. eo. tit. Et talis dispositiōnē pertinens papę intelligitur libera, ut dicitur in d. cle. i. in fi. Et sic non requiriens consensum alicuius, ergo neq̄ Cardinalis. **T** Quia illud dicitur liberum, quod potest fieri sine alterius consensu, ut not. Abb. in c. de multa. in. iiiii. notabiliter, per illum tex. de praeben. & est tex. in. l. i. C. de sac̄. sanct. eccl. & ibi Moder. cum concor. vt scribit Alex. in consil. xvii. in priu. in v. uol. Sed subrogatio fit de beneficio litigioso. Igitur, &c. **A**cq̄edat, quia ab usu patris familias, qui deber attendi, iuxta. l. uel uniuersorum. ff. de pig. act. & l. si seruus plurium, de lega. i. Aliud est impetratio, & aliud subrogatio. Et licet subrogatio veniat appellatione imperationis, sicut arrogatio appellatione adoptronis, nihilominus simpliciter sumptuā inter se differunt re, sicut differunt nomine, alias ad quid diuersis nominibus nuncuparentur, iuxta. l. si idem. C. de codicil. Impetratio igitur ab stilo curie est illa, quae pure, & principaliter fit de beneficio, sed subrogatio gracia si neutri perinde ualere, & similes, quae sunt in aliquos euentus, & propter aliquam causam praecedente in appellatur gratiae accessoria, & secundaria. Regula igitur ista, quae loquitur de impetracione, inelligetur de illa prima, & principali, non autem de subrogatione, quae se cūdario fit, q̄ non solet appellari simpliciter impetratio. Sed gratia adminiculativa, & sic impetratio qualificata, & secundum quid, t̄ verba igitur in dubio de impetracione loquētia debent intelligi simpliciter, noui secundum quid. l. ff. de dona. l. hoc legatum. ff. de lega. iii. Et ista opinio ulterius suadetur, quia subrogationes a iure sunt inuentae propter unitatem publicam ecclesiarum, ne propter nouos aduersarios, qui interdum malitiosc peritos subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, ut dicitur in d. c. ii. vt lit. pend. lib. vi. Et ideo subrogatio debetur collitiganti ex beneficio iuris, propter predictam rationem, ut litigia iam incepta citius terminentur. Sed si in ista subrogatione obtempera per obitum familiaris collitigantis forte ab aliqua persona ignota ipsi Cardinali, vt sepe contingit, requirentur consensus Cardinalis, clarum est, quod a communiter accidentibus Cardinalis non facile consensim prestabit, sed porius in longum differet, uel certe negabit. Quia talis consensus Cardinalis quodammodo equipollat concessioni, urin. c. patitoralis, de donatio, quae facile non fit ignotis, & sic ecclesiae diutius uacabunt contra uitam publicam, ut dicitur in. d. c. ii. Estet igitur alienum a mente iuris, & equitatis, q̄ in talibus subrogationibus requirentur consensus, per quem posset, uel retardari, uel impediri actus, & q̄ regula de subrogandis, quae est iuri consona, & aquitata, per hoc reddatur frustratoria, quod non est dicendum.

CPostremo facit, quia, ut dixi, subrogatio fit de beneficio litigioso, de quo nullus habet dispositionem, nisi papa, & ideo non requiriuntur consensus. d. c. ii. ut lit. pen. lib. vi. **T**Nam si cut beneficium iuris patronatus laicorum potest per papam libere conferri sine derogatione, quando est litigiosum, ut est communis stilus signaturæ, ut est tex. in d. clem. i. & tradit Fely. in trac. quando lit. apostolice &c. eodē modo & beneficia familiarium: Cardinalium quando sunt litigiosæ, poterunt etiam per papam sine aliquo consensu aliqui subrogari. Hoc ramen putarem procedere quando subrogatio fieret collitiganti, quia uidetur illi quodammodo debita, secus si alteri non collitiganti, quoad hoc, ut Cardinalibus in iuribus suis minus praejudicetur, q̄ sit possibile. **E**x quibus etiam infertur, q̄ ista regula, non habet locum in gratia si neutri, quae fit de beneficio litigioso, ut tenuerunt Domini in causa inferius alleganda. Imo fortius voluit Rota in yna Naneten, alias Meten, canonicatus, & prebendæ

benda pro Petro Caireti, contra Gerardum hominis coram D. Marcello, de mense Decembris M. D. xxii. q̄ hoc procederet etiam si gratia si neutri, esset impetrata pro futura lite, ex eadem ratione; quia ex quo dicta gratia non habere effectum, nisi quando considerari per eū tum litis, neutri litigantium ius competere, ille euentus debet considerari, & tunc quando de tali euentu tractatur, discuti debet, de virtute regulæ, quod fit in ipsa lite. Et licet gratia si neutri ex tempore fuerit impetrata quo non erat lis, nihilominus gratia erat valida ipso iure, quia regula illa non annullat, nisi quando producitur, & produci non potest, nisi durante lite, quo tempore gratia si neutri recipit robur, & esse suum, nec attenditur initium imputationis eius. **T** Quia q̄n principium habet relationem ad finem, attenditur finis, & non principium. l. si pater. & l. cum apud. C. de hāre, insti. & l. eam quam. C. de fideicō. & res assūmit exemplificando notabilitate Bal. in. l. i. ff. de orig. iur. Sic dicimus econtra, q̄ quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, attenditur principium, & non finis, ut dicit tex. in. l. damni infecti. la prima. §. Sabini. ff. de dam. infect. quod est notandum.

Questio Nona.

NONO Quero, t̄ nunquid in declaratoria facta incontinenti ad primam gratia, in qua fit mentio de familiaritate Cardinalis, debeat seruari ista regula?

SOLV TIO. Io. Alo. Tufcanus aduocatus quōdam celebris in quoddam suo con filio redditio in causa Sagien, archidiaconatus inci. utrum bulla, posito in primo vol. consiliorum suorum, fol. vi. tenuit, q̄ non, etiam si in dicta declaratoria augmentaretur ius principium. Quia licet talis declaratoria possidici donatio, quia qui confirmat, donat. l. obirenit. ff. de verbo. signi. Et per consequens in ea requiretur eadē expressio, quae in gratia principali, per not. in. c. si apostolicæ de præben. lib. vi. Tamen illud procedit, quando talis declaratoria fuisse facta ex interhallo, ut loquitur tex. in. d. c. si apostolicæ. & Archi. in. c. si motu proprio. eo. titu. & docto. in. c. cum aliquibus de rescrip. lib. vi. & in cle. fi. de offi. ordi. Secus autem si declaratoria fuisse facta incontinenti, uidelicet successione ynum post aliud, eodem die: quia tali casu pro eodem reputantur, nec requiretur expressio siforum requisitorum in regula, ex eo, quia quae incontinenti sunt, inesse dicuntur. uulg. l. lecta. versi. dicerebam. ff. si cer. petatur. cum vulg. Et propterea videmus, t̄ q̄ protestatio declaratoria voluntatis, intelligitur repetita in actu, qui geritur incontinenti, non autem in eo, qui geritur ex interhallo, ut declarat D. Anto. in. c. cum. m. de consti. Bar. & alii in. l. non solum. §. nior. te. ff. de ope. no. nū. p. tex. in. l. per retentionem. C. de vslis. cū concor. vt ibi per eos, & Saly. in. l. pacta nouissima. C. de pact. Facit etiam pro ista opinione notabile dictum Bald. in. l. iuris uirando. C. de testi. & quae dicit A retin. in. c. de testibus. de testi, cum concord. ut scribit Fely. in. c. qualiter. The primo in. xvi. col. de accusa. & quod notabilitate dicit Alex. in. consil. xxxii. col. penul. lib. iiiii. Sicut videmus, q̄ perinde valere, quae fit in ipsa gratia non requirit expeditionem literarum, licet et robur gratiae, secus si fiat ex interhallo, & sic limitatur regula de non iudicando, nisi per literas expeditas, vt ibi dixi. Presertim quia in his, quae sunt incontinenti, dicitur abesse presumptio Fraudis, ut tradit Laf. in. l. iiiii. §. condonatu. in. iii. col. ff. de re iudic. post Abb. in. c. suscitata. de resti. in. integ.

Sed aduertendum est diligenter, quia si predicta essent vera, multum restringerentur, & limitarentur dicta Archi. in. d. ca. si motu proprio. & notata in. d. c. si apostolicæ. Ideo dubito certe, an sit uera illa restrictio, seu limitatio, ex eo, t̄ quia declaratoria augmentativa iuris primæ, dicitur noua concessio, & principalis de per se, ut dicunt prefati doctores. Vnde qua ratione in prima gratia debet seruari ista regula, eadem ratione, & in tali declaratoria, ut tenet Roma. in consil. ccclxxiii. in proposito casu. in principio, & sequitur Fely. in. c. in nostra. in. xvi. corr. de rescrip. Et ista ratio pariter militat in declaratoria facta incontinenti sub eadem data sicut facta ex interhallo. ut dicit Domi. in consilio. cxxviii. in secundo dubio. Vbi loquitur de gratia perinde valere, eiufdem dataz, cum prima. Et tamen ex quo erat augmentativa noui iuris, tenet per plures rationes, in ea require expressionem eorum omnium, quae requirebantur in prima gratia. Et hoc idem tenet etiam Fely. in. c. ad autres. in secunda col. de rescrip. **N**ec obstat, t̄ q̄ ea, quae incontinenti sunt, censentur inesse; quia illud est verum, quando illud, quod fit incontinenti, nō inducit aliquid de novo, quod alteret, & ita procedit decisio in no. ccclxxiii. cum aliis superioris allegatis. Secus quando in-

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

ducitur aliquid de novo, quia reputatur corpus de per se, & non inest, quia est diversa ratio, ut patet in exemplo, tradito per Moder. de Monteferrato in tract. testium, num. 231. & Sal. post Cy. in. l. iuris iurandi. in. ii. q. C. de testi, & Ias. in. l. iuris gentium. q. quinimo. in. ii. & iii. notabilibus. ff. de pact. Cogita tamen, quia res non est sine dubio, & potest de facili vtrac pars sustineri, maxime cum regula ista sit exorbitans a iure communii. Et circa istam declaratoriam uidenda sunt, quae dixi in regula de non tollendo iure quasitio. in. xiii. q.

Quæstio Decima.

DECIMO Quero, quid si tempore impetrations, beneficium non erat iuris sum, quo tempore Cardinalis debebat præstare consensum? Sed antequam illi præstatet mouetur lis super beneficio, an post talem item possit consensus præstari?

CESO LVTIO. Pro resolutione istius questionis, distinguendi sunt quatuor casus. Primus quando lis mouetur huius impetranti per secundum impetrantem, qui habet consensum Cardinalis. Et tali casu tenet Glofator hic, & secundus præferatur, per tex. in. ca. si pro te. de rescr. li. vi. ¶ Tamen adiutendum est, quod iste casus, est satis dubius, ex eo, quia tex. in. d. c. si pro te. procedit in gratia prima conditionali. Et in quaestione nostra nulla fuit gratia conditionalis, sed pura, quo casu, d. c. si pro te. non procedit. Quinimo. d. c. si pro te, non procedit absolute in omni conditione, sed tantum in suspensiua conditione, quae nihil, præter spem, ponit inesse, ut in. l. cedere diem, ff. de uestib. signi. Et in tali conditione non impeditur ait eius euenum actus fieri, & consumari, ut in exemplo dicti, c. si pro te. Sed ubi contio est resolutiva, que præsupponit, ius purum præexistere, licet resolubile, preut in causa nostro, d. c. si pro te. non procedit, ut in terminis declarat Oldra. in. consil. cclxxv. in. ii. col. qui alleg. ad hoc tex. in. l. proponebatur. ff. de castren. pecu. & in. l. seruum filii. in. princip. ff. de leg. i. Et colligitur haec distinctione ex. l. ii. ff. de in diem adiectio. & l. ii. ff. p. emplo. cu. aliis concor. ut ibi per eum. Faciunt etiam pro hac parte ea, que de conditione resolutiva scribuntur. Moder. in. c. ceterum. de rescr. Accedunt etiam, quae dicuntur in. l. fin. iuncta glosa. C. qui admitti. & in. l. i. q. quibus. ff. de success. adiecto. & l. si filio. q. contra. ff. de in offi. test. In quibus iuribus cauetur, & durante deliberatione primi gradus, non admittitur secundus, vel ulterior gradus. Quod omnia in casu nostro militant. Nam siue tenet unus, & prima impetratio fuerit pura, siue sub conditione resolutiva, tacita, vel expressa, secundus nunquam admittitur, donec primus potest habere consensum. Sed in casu nostro præsupponitur primus impetrantem ante item sibi motam per secundum non petiisse consensum Cardinalis, sed post item sibi motam, & sic lite pendente. Ergo secunda impetratio non faciens expreßum mentionem de prima, non debet valere, ut in puncto tradit Lem. in. consilio. cvii. in ultima columna.

Nec obstar, quod consensus Cardinalis fuit præstitus primo impetranti post item metam, & impetratio alterius, quia nihil refert. Nam ex quo impetratio prima fuit pura, sub ratione conditione resolutibili, talis consensus potest quandocunq; præstari, dummodo præstatur anteq; opponatur de ista regula. Nec habet locum dispositio. d. c. si pro te. ut superiorius est dictum. Et talis consensus possit quandocunq; præstari, tenet Inno. in. c. cum consuetudinis. de confus. quem refert Soci. in. consil. xxiii. in. v. col. lib. iii. cum pluribus concord. que congerit. Rochus Currus in tract. iu. pat. in verbo pro eo, quod. in. iii. q. Et secundum istam opinionem, videbatur inter loquendum inclinare Rotram, dum ista difficultas proponeatur, de mense Ianuario M. D. xxxv. in causa Meten. canoniciatus, coram Do. Marcello, licet nihil tunc firmaret pro certo. Secundus casus est, quando secundus impetrans opponit de regula in iudicio anteq; præstarecur primo impetrati consensus. Et iste casus est magis dubius, ex quo, quando Cardinalis præstat cōsensum primo impetrati, iam gratia erat nulla ipso iure per oppositionem regule. Et tali casu consensus debet a principio præstari, non post actum nullum, ut dicit Inno. in. d. c. cu. consuetudinis. & sequitur Scii. ubi supra.

Tertius casus est, quando secundus impetrans non habet derogationem regule, & primus opponit de ea, & etiam ipse secundus opponit contra primum de regula. Et isto casu si secundus impetrans non habet gratiam si neutri, & non est possessio ei. dubium, si possit excipere, cum sua non interficit, ex quo nullum habet ius, de quo videndum est in dicens. ccxxix. in. antiqu. incip. Nota an reus, & deci. clx. in. nouis. Quatuor casus est, quando secundus

REG. DE IMPET. BEN. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CVIII

cūdus impetrans non opponit de ista regula. Et iste casus est expeditus per no. per Fely. in. c. i. de re iudi. quia tali casu regula non annulat, nisi opponatur, & sic ualebit prima impetratio. ¶ Finaliter concludendum est, quod consensus potest ad primam gratiam præstari per Cardinalem etiam lite penden. alias per oppositionem regulæ gratia redditur nulla.

Quæstio Undecima.

VINDECIMO Quero, quid si ipsem Cardinalis impetrat pro alio beneficium vacans per obitum sui familiaris. Aut intercessit pro impetrante, ut gratiam conseretur, vel consensit verbo, & aliquis prædictum beneficium impetraret, nunquid satisfactum sit isti regulæ non facta aliter mentione in gratia de familiaritate, nomine, & titulo, vel consensu Cardinalis?

CESO LVTIO. Ista. q. continet tres casus. Primus est quando ipse Cardinalis pro alio impetrat. Secundus quando ipse non impetrat, sed intercedit pro impetrante. Tertius quando verbo contentus fuit, & alius impetraret beneficium sui familiaris. ¶ Circa primum videtur dicendum hic esse duo consideranda. Primum circa expressionem familiaritatis, nominis, & ti. Secundum circa expressionem cōsensus, de primo non videtur mihi satisfactum esse regulæ. Quia si talis expressio familiaritatis in interpretatione requiritur propter reverentia, & honorem Cardinalis, talis ratio cessat ipsosmet Cardinalis impetrante, ut dicit summarium decisio. Egid. doxxii. & hoc tenet sub dubio. Moder. in. tracta. rescrutatio. in. iii. quest. principaz. li. in. xvii. effectu. versi. tertium est. Et pro ista op. facit ratio tex. in. c. dilecti. de appella. vbi dicitur, & quod consensus requisitus ad aliquem actum magis exprimitur actu, q. verbis. Et p. hoc dicebatur diebus præteritis in una Hispania, beneficiorū coram R. Do. Siluestro Dario, q. ex quo Cardinalis in impetracione cuiusdam Laurentii de Ortega rescrutauerat sibi pensionem quinquaginta ducatorum, & addiderat ad supplicationem duas lineas manu sua propria, q. ex hoc videbatur satisfactum regule requiritus expressionem familiaritatis, & alius de quibus ibi, pro quibus faciunt ea, que Moder. Perusini tradunt in. c. commissa. in secundo notabili. de electio. lib. vi. & Archi. in. c. si seruus. post medium. liii. distinc. ¶ Circa secundum nunquid per huiusmodi actus videatur Cardinalis præstissime consensum, ut requirit regula, putarem, q. non, quia regula ista, que de consensu præfando loquitur, debet intelligi de expresso, non autem de tacito consensu elicito per interpretationem, iuxta ea, que not. Car. in. clem. sepe. q. si tamen, in secunda oppo. de verbo, sig. quod ratio ne fundatur: Nam ex quo consensus nihil aliud est, q. duorum simul sensus, ut dicit Bald. in. l. fi. col. i. C. ad macedo. ille sensus percipi non potest, nisi verbis, vel scriptura exprimatur, ut in. l. sed, & si quis. q. penul. col. iii. versi. venio ad. q. ff. si quis caut. cum concor. ut scribit Deci. in. l. sicut certi. in. iii. col. C. de testa. milit. facit. l. labeo. ff. de supp. lega. & l. i. q. fi. ff. de verbo. oblig. & not. Bald. in. l. pacta nouissima. col. fi. versi. & ultimo facit. C. de pact. ¶ Et ideo ex quo ista regula pro forma requirit, Cardinalis assensum, debet intelligi de expresso, nec tacitus consensus sufficit, ut Rota tenet in deci. xv. de offi. deleg. in. no. Nec ex eo, quia Cardinalis impetrans videtur expresse consensum præstare, quia aliud est impetrare, aliud consentire, & sicut aliud est contrahere, aliud contrahenti consentire, ut dicit Bald. in. l. i. in. fi. C. de pact. & facit tex. in. l. aliud est vendere. ff. de reg. iur. sicut etiam aliud est eligere, aliud electioni consensum præstare, ut not. Inno. in. c. cum in iure. de elec. etio. sequitur Bal. in. margarita. in verbo consensus, qui allegat tex. in. l. si pater. q. fi. ff. de ma. vin. Et per ista tenet præteritis annis R.ota in una Tullen. parochialis me præsente. Quod priuilegia militum. S. Petri aliter suffragantur militi agenti pro se ipso, q. nomina to ab ipso, quia in primo est verus actus, in secundo est solus consensus. Ista enim sunt diversa actua facere, & consentire, ut tradit Bal. in. l. ii. col. antepe. C. de rescin. vendi. ¶ Cōcludo ergo quoad istum primum caput, q. sola impetratio Cardinalis non habetur pro cōsensu, sed requiritur, q. Cardinalis per suam cedulaam consensus fide faciat in cancellaria, & ita se haber stulos, ut refert Hierony. Paulus antiquus cancellarie vicecorrector, in illo lib. practica cancellarie. fol. lxxxiii. versi. Item quando conferetur beneficium vacans, &c. & sequuntur Moder. Sabinen. in tract. rescrutatio. in. iii. q. principali. in. xvii. effectu. in fi.

Nec obstar. tex. in. l. cum quis. ff. de re. iur. t. q. paria sint actum facere, vel facienti consentire, quia illud procedit in actibus in quibus quis tenetur consentire de necessitate: nam

in tali casu faciens actum consentit, ut dicit tex. in. l. in xedibus. §. penult. ff. de dona. tradit. Ias. in. l. que doris. num. lxi. ff. solu. mat. Et ita limitatur per Federi. de senis tex. in. l. aliud est vendere. ff. eo. tit. qui procedit in consensu voluntario, ita declarat Fede. consi. primo. in vii. col. vol. paruo. vbi alias limitationes ponit, & ita declarantur dicta Bal. in. l. filius fam. ff. de procur. & Areti. in. l. gallus. §. forsitan. in. iii. col. ff. de libe. & post. & circa hoc alias limitationes scribit Moder. purpuratus in. l. fin. nu. 97. cum seq. Cede fact. post Decium ibi. vi. col. & aliter Bal. in. l. si ut proponis. C. de ser. pig. dato manu. & Decius in. c. super eo. in. iii. col. de offi. dele. & in. c. ii. in. vi. col. de iudic. post Ias. in. l. in. xix. col. num. cxxi. ff. de leg. i. & Corneum consi. cxliii. in princ. lib. iii. & ante ipsos Bar. in. l. post dotem. in. iii. col. num. 13. ff. sol. mat. quae omnia ultra docto. in. d. l. aliud. sunt notanda ad declarationem, & concor. d. l. cum quis. & d. l. aliud. que due leges in proposito istius materie nullum faciunt.

C Secundus casus. q. est quando ipse Cardinalis non impetrat, sed intercessit pro impetrante, an per hoc videatur consensum praestare?

C Solutio. Videtur prima facie dicendum satisfactum fuisse isti regulæ, prout de hoc uidetur esse in terminis decif. Egidii. dlxi. incip. conclusio, quod si. p. & c. ubi circa medium tener, & q. quando Cardinalis gratiam pro alio procurauit non est necessaria mentio familiaritatis ipsius Cardinalis, quia tunc non potest dici Cardinalis deceptus, arg. l. quis quis. C. de resci. ven. **T**amen circa hoc adiudicendum èd duo, quæ sunt hinc consideranda. I. r. num ratione expressionis familiaritatis, nominis, & titu. & de hoc loquitur Egid. Secundū est ratione consensus. Circa primum diceunt in sequenti membro, vbi iste casus, qui est illi similis decidetur. Circa secundum de consensu dicendum, ut superius dixi in primo casu. Nam attento stilo concludendum est, non esse isti regulæ satisfactum, quia, ut dictum fuit in proximo capite, consensus expressus hic pro forma requiritur, & q. per cedula. Cardinalis præstetur, sed licet per intercessionem Cardinalis consensus videatur induci, ille in consensu est tacitus, in quo de facili fraus committi potest, & ideo concludendum est illum non sufficer, sed requireti consensum expressum, quia in formalibus tacitus non sufficit, ut in. c. statutum. §. in nullo quoq. de rescrip. lib. vi. & ad prædicta faciunt, quæ in notabili casu scribit Soci. in consil. cxvi. iii. uolu.

Tertius casus est, quando Cardinalis verbo consensit, q. aliquis impetraret beneficium sui familiaris defuncti, non facta aliqua mentione in supplicatione familiaritatis, vel consensu. Et licet iste casus sit dubius secundum Egi. decisio. dcxxii. in cip. supposita &c. in fi. verbis. in qua decisione istum casum late disputat, & ponit rationes pro ultraq. parte, in quo Domini. fuerunt variis, & utr. verbis decisionis. xvi. de resti. spol. in no. qualsi diuisi per medium. Nam quatuor fuerunt pro parte affirmativa, & quatuor pro negativa, quorum auditorum nomina Egidius ibi exprimit: nihilominus Egidius ibi tener regulæ non esse satisfactum, quod probat quinq. rationibus, quas non cura referre, cum ibi uideri possint, & ista op. mihi placet, cum qua transeunt Moder. Sabinen. in. d. tract. reserua. in. xvii. effici. ver. si. secundum est, pro qua op. a fortiori militant omnes rationes superius posite in primo casu, & tex. in. d. l. aliud est uendere. cum remissio. ibi positus, quæ non repetam breuitatis causa. Et pro ista. q. faciunt ea, quæ dicam inferius. q. xix.

Quæstio Duodecima.

DODECIMO Quero, q. quid si unus Cardinalis impetrat beneficium familiaris alterius Cardinalis, nunquid teneatur seruare contenta in ista regulæ?

SOLVTO. Ista quæstio incidit in illud dubium, an in generali dispositione comprehendantur Cardinales, quod sapientius in pluribus regulis huius commentarii tractauit. Ideo hie erat breuis, solum considerando aliqua motiu, que in dictis locis non posuit.

Dico igitur, q. in ista. q. sunt consideranda duo capita: Primum est illud de quo diximus. Secundum est, an Cardinalis priuilegatus contra pariter priuilegatum debeat uti priuilegio istius regulæ. **C** Circa primum ultra ea, quæ dicta fuerunt, in aliis regulis, adde, q. istam quæstionem disputat D. Gundisaluu de Villadiego, quondam auditor Rotæ in suo trac. Cardinalium. q. xii. Et distinguunt tres casus, ex quibus in summa non refero, nisi unum, faciens ad propositum istius quæstionis, videlicet, q. quando constitutio est generalis, & rationabilis,

rationabilis, qualis est ista, licet sit penalis, & tunc Cardinales comprehenduntur, vt patet in capitulo si quis suadente. xvii. quæstio. iii. Vbi hoc notat Archidiaco. cum concor. allega. ibi per eum. Et eodem modo, per eandem rationem dicimus, q. capituli de multa. de præben. comprehendit Cardinales secundum Abb. in capitulo ecclesiæ. et secundo. de electio. & alibi sape, vt dixi late in repetitione mea. d. c. de multa. Et idem est dicendum in pluribus aliis similibus dispositionibus generalibus, quæ curiosus facile inuenire potest. Et istius dicti ratio in hoc concluditur, quia lex generalis omnes subditos comprehendit, excepto solo principe. c. omnis anima de censi. c. i. de consti. vbi hoc notat Fely. in octaua columnæ, & Moder. in. l. cunctos. C. de sum. tri.

Nec obstat, q. Cardinales sunt in illustri dignitate: + quia videmus idem in Augusta, quæ licet vna caro sit cum imperatore, & illustretur radiis dignitatis ipsius, nihilominus legibus imperialibus astringitur, vt dicit tex. in. l. princeps. ff. de legib. Et senatores, & alii maiores plebis, qui concurrunt cu. principi in condendis legibus, vt in capitulo lex. secunda distinct. & in. l. humanum. C. de legib. nihilominus legibus astringuntur. Quinimo ipse idem princeps ligatur ratione ipsius legis, vt tradit sancrus Thomas. i. secunde. q. xcvi. articulo. v. Plura alia ponit Dom. Gundisaluu, quæ breuitati studens non cura referre. Concludo ergo ex præmissis, q. in generali dispositione, etiam penalii Cardinales comprehenduntur. Et ita domini mei conculcerunt die. viii. Novembris M. D. xxxi. in vna Vallentina Archidiaconatus de Xatiua, pro Constantino de Castillo coram me, in qua voluerunt, q. Cardinalis de Vich, tanq. dioceſanus comprehendetur in indulto conferendi beneficia yacatura in sua dioceſe, concessio Cardinali Leodien. archiepiscopo Valentino, licet nulla esset facta mentio Cardinalis. **S**ed omnia ista limitantur non habere locum, quando dispositio illa generalis non haberet locum in gratia facta motu proprio; quia talis casu, ex quo Cardinales omnes hodie impetrant motu proprio, & in dubio eius gratiae ita interpretantur per antiquas regulas, vt dixi in prin. huius reg. no. procederet ea, quæ superius sunt dicta. Sed quoad istam regulam bene militant, propter ea, quæ diximus superius in secunda quæstione propositum istarum regularum.

Secundum caput istius quæstionis est, q. nunquid Cardinalis patronus familiaris moriui, vel alius impetrans possit opponere contra Cardinalem impetrantem, qui est pariter priuilegiatus de ista regulæ. Certe prima facie uidetur dicendum, quod non: quia priuilegiatus non vitetur priuilegio contra pariter priuilegiatum, vt est textus, quem ibi notat Abb. in capitulo cum causam. de præben. Et ideo dicit Bald. in. l. ii. C. de priuilegiis sibi per illum textum, q. priuilegia, quæ scholaribus tribuuntur per authen. habitu. C. ne fil. pro pat. non habent locum, quando scholaris agit contra alium scholarem. Pariter modo nec fiscus vitetur priuilegio suo, contra alium fiscum, vt dicit idem Bal. in capitulo primo. columnæ secunda. de proba. allega. tex. in. l. sed si milites. ibi, paritas enim honoris, & c. ff. de excu. tuto. Per quem tex. voluit idem Bald. in capitulo causam. el secundo. de iudic. q. dispositio. l. non eo minus. C. de procu. non procedit, quando minor agit contra minor. Facit, quod scribit Oldra. consilio. cxix. Titius. in. fin. & Ioannes Andreas in regula in iudicio. Et eodem modo si duo habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus non possint conueniri, non habebit locum inter se ipsos, vt dicit Petrus de Anchara. in consilio. xxvi. in secunda columnæ. Et plura exempla trahunt Moderni in capitulo primo. & in capitulo in præsentia. de proba. quæ omnia applicata ad calum nostrum, videtur idem concludendum.

Tamen considerandum est diligenter, quia in casu nostro prædicta mortua applicari non possunt, non solum illo respectu, quia Cardinalis impetrans nullum habet priuilegium istius regulæ: quod solum competit Cardinalibus dominis familiarium defunctorum, de cuius familiaris mortui beneficio agitur, ille igitur Cardinalis vitetur priuilegio istius regulæ, non Cardinalis impetrans. Et sic illud mortuum, q. priuilegiatus non vitetur priuilegio contra pariter priuilegiatum non procedit, quando alter tantum sit priuilegiatus in casu de quo queritur, vt et hic, ita in specie limitat illud dictum Abb. in capitulo audit. in pe. norabili per illum textum de in. integ. refit. & in capitulo ad aures. de præscr. Bar. & Moder. in authen. quas actiones. C. de sacro sanctis eccl. Et hoc militant, vt dixi, in casu nostro, quia solum Cardinalis cuius familiaris defunctus est priuilegiatus reperitur per istam regulam, non autem Cardinalis impetrans, cui non competit hoc priuilegium

regulæ, nisi propter obitum suorum familiarium, & post impetratorem beneficiorum eorumdem. ¶ Concludendum est igitur, regulam istam habere locum isto casu, vt, vi, delicer, cardinalis impetrans tenet facere mentionem nominis, & tituli illius cardinalis, de cuius familiaris mortui beneficio agitur. † Alio tamen respectu cardinalis impetrans tenet seruare istam regulam, quia in ea tria requiruntur. Primum, quod exprimat impetrans in impetratōne sua familiaritatem. Secundum nomen, & titulum cardinalis. Tertium habere consensum. Et licet duo vltima concernant prærogatiuam cardinalis propter defunctum familiarem. Primum tamen requisitum respicit pontificem, cui beneficia familiarium cardinalium sunt reseruata per regulas, ut pater in regula tercia supra eodem. Et ideo requiritur mentio familiaritatis, alias gratia esset subreptitia, vedit Rota in decisione .xv. de præben. in antiquis. Et in terminis hoc considerat Egidius in dec. dclxxii, & reassumunt Moderni in tractatu beneficiorum. in tercia parte. q. xi. in. iii. fol. & de hoc dicetur in alia questione.

Quæstio Decimatercia.

DECIMO TERTIO Quero, ibi familiaris, &c. † Quos intelligemus familiares, quoad effectum istius regulæ?
SOLVITIO. Illos familiares appellabimus, qui actu deseruunt, & continuam in domo commensalitatem habent, vt dicit textus in capitulo fin. de verbo. sign. libro sexto. & ibi norant omnes. Nam illa dicit vera familiaritas secundum Dom. ibi in penult. notabilis, quæ corpore, & dentibus fit. Et tales appellat ibi tex. domesticos. Et licet tex. hic de domesticis non loquatur, illud tamen cōprehenditur sub uerbo familiaritatis: quia omnis familiaris est domesticus, vt late declarat Fely. in capitulo in literis. in princ. & per totum. de testib. Et quanvis ista regula, vt dixi, non faciat mentionem de continua commensalitate, sicut facit text. in dicto capitulo fin. nihilominus verba simpliciter prolatæ in materia stricta, & exorbitanti, sicut ista, debente intelligi vere, & proprie, iuxta tex. in capitulo penultim. de senten. excommu. & in. l. fi. C. de iis, qui ve. atq. impe. & l. prima. q. hoc interdictum. et ultimo ff. de fonte. Regula igitur ista de familiari continuo commensali intelligitur. Et ita Rota intellexit, & interpretata est verba cuiusdam facultatis concessæ per Leonem decimum Legato Aunionem. In qua excipiebantur familiares papæ, & cardinalium: Nam intellexit illam exceptionem de veris familiaribus commensalibus, non de illis, qui per priuilegium habentur pro talibus. Et ita conclusum fuit coram me in. yna Senefcen. Prioratus de mense Februario M.D.XXXVIII. † Nec, vt dictum est, sola commensalitas sufficit, nisi etiam actus seruitur concurrat. Itaque copulari evidetur ista requiri a iure, vt habetur in dicto capitulo fin. & notat in specie Abb. de istis familiaribus cardinalium loquens in capitulo cum dilectus. in fin. de cler. non resid. cum concord. de quibus per Felyn. in capitulo in nostra. in. xxi. corr. de descri. qui inter cetera allegat, licet corrupte, Petr. de anchara. in consilio. cxxixii. primo inquirendum. Sed licet ibi Petr. de anchara, loquatur in capellaniis papæ. De quibus etiam loquitur Cardin. idem tenens in consilio. cxxvi. columna fi. versi. Quarto confirmatur, & Fely. in. c. si quando. in secunda column. de offi. deleg. & And. sicut. in consilio. lvi. in secunda column. in primo volumine. Nihilominus hoc expressius, & in terminis in familiaribus Cardinalium tenet Petrus de anchara. in consilio. ccxcviii. De quo Felyn. non meminit ibi, sed in capitulo insinuante, columna secunda. de offi. delega. cum aliis concord. vt scribit idem Fely. in capitulo per tuas. columna. fi. de ma. & obed.
 ¶ Prædicta tamen declarantur, nisi de stilo sola familiaritas sine obsequio sufficeret, sicut dicitur in collectore, & subcollectore, in decisi. xiiii. de præben. in antiqu. vel in referendariis, qui sine exercitio priuilegiis gaudent, vt dicit Glosator per illi textum infra in regula prærogatiuarum expectantium. Pro quibus faciunt ea, quæ dicit Fely. in capitulo clerici. in secunda column. de iudic. quia talis stilos attendetur, vt tradit idem Fely. in. d. capitulo in nostra. & sequuntur Moderni in tracta. beneficiorum. parte. iii. quæstio. xi. Et in hoc attenditur etiam consuetudo Domini. l. iii. §. si fundus. ff. de lege commiss. Specul. titulo de loca. §. postquam. versicu. ponamus. Sed præsupposito stilo moderno in casu de quo hic agitur, qui de vtraque qualitate debet intelligi. Ista, quæ dicta sunt, procedunt

procedunt a principio quando familiaritas contrahitur, in qua requiruntur illa, quæ dicta fuerunt, videlicet, commensalitas, & obsequium. Tamen postquam familiaritas deducta fuit in esse, licet postea cesset, morte, vel absentia, vel alia iusta causa, nihilominus regula procedit, vt in ea dictum expresse, & in dico capitulo si. & tenet deci. Bernar. de Bisigneto. xx. de præben. in antiquioribus. Ethoc idem statutum legitimus in regula tercia supra eodem. Quod factum est propter extraagan. Pauli secundi, postam inter communes, in nouis impressionibus. in titulo. de præben. quæ incipit. Ad Romanum pontificis. quæ hoc determinat ad perpetuam rei memoriam. Et videtur istam regulam, quæ simpliciter de familiaribus loquitur, declarare, & extendere ad continuos commensales. Et ita declarari debent, quæ dicit Fely. in capitulo de regularibus. in si. de finio. & in rubrica de magistris. in secunda, & si. column. Et Calde. in consilio octauo. in titulo de offi. lega. qui latus loquitur, & de quo Fely. non meminit. ¶ Stat igitur conclusio, quod ista regula debeat intelligi de familiaribus actu seruitur, & continuis commensalibus, † quam commensalitatem voluerunt Moderi. pontifices durare debuisse saltem per quatuor menses, ad evitandas fraudes procurantium se recipi ad effectum priuilegio rum, ut Leo Décimus, Hadrianus Sextus, & Sanctissimus Dominus noster Paulus Terius, in suis regulis statuerunt.
 ¶ Est tamen aduentum vltterius, quod si Cardinalis pateretur, quod aliquis familias continuo commensalis non actu seruiret, nihilominus regula ista haberet locum, & diceretur verus familiaris, & gauderet prærogatiu. per ea, quæ dicit Fely. in capitulo clerici. in secunda column. de iudic. Non tamen hoc econtra procederet. Nam licet seruiret, si tamen non comedetur expensis Cardinalis, non comprehenderetur sub ista regula per dictam extraagan. Pauli, quæ requirit commensalitatem, & per ea, quæ superius dicta fuerunt. Et ista procedunt in familiaribus perseuerantibus. Si vero recedent, & postea, peccantia duci, redirent, non dicerentur amplius familiares, nec numerantur inter permisso, nec inter prohibito, secundum Ioan. Andr. in capitulo sicut. de verbo. signifi. in nouella. sequitur Bald. in. l. prima. column. secunda. C. de episcop. & cleri. Hoc tamen ego intelligerem quando Cardinalis eum iterum non recepit inter familiares: † quia ex quo familiaritas est quedam societas, ut dicit Pere. de anchara. in dicto consilio, quæ sola voluntate dissoluta fuit, ideo, vt illa denuo restauretur, requiritur noua voluntas, per ea, quæ Bald. dicit in. l. mandatum. C. manda. & Barba. consi. xxi. column. penultima. libro primo. Et ita intelliguntur ea, quæ dicit Domini. in dicto capitulo si. pro quo videtur esse text. in. l. si penituit. ff. de diutor. Ethoc procedit in claris: In dubio tamen, ille, qui seruit, & habitat in domo presumetur. viuere expensis Cardinalis, nisi contrarium probaret, quia non presumitur, & de vento vixit, vt in L. fin. C. de ali. pu. preſt. & quod ibi notat Bar. & in. l. cum seruis. ff. de verbo. oblig. Neque minus seruendo Cardinali, & habitando in eius domo presumetur viuere expensis proprii, quia presumptio est, quæ viuat expensis Cardinalis cui seruit, iuxta dictum Apostoli. Lustum est, ut de fructu, quem quis seminat, & metat, & contrarium presumere non videatur verosimile, neque secundum iustitiam: quia honestum non est, quæ quis alteri seruendo de suo se ipsum pascat, vt tradit Oldra. consilio. cxlii. quartum. & Maria. Soci. in tracta. visita. column. xxviii. Et ideo dicimus, quæ altari seruit, deber de altari viuere, ut in capitulo cum secundum. de præben. cum concord. de quibus per Roma. in consilio. ccccxl. non est dubium. in princ. Talis ergo caputum præsumptio, qualis de iure communis ratio dicit: quod ius commune præsumit, ex eo loco, quem capere expensas debere ubi laborat, pro quibus faciunt ea, quæ scribit Oldra. consil. cxi. ad propositum. post princ. & Alexand. in consilio. cxxvi. viso. & cetera. column. penultima. libro sexto. Roma. consilio. lxv. circa fin. Et ita in specie reperio consultisse Ludo. vicum. de Interamne quondam aduocatum insignem, in quadam causa Hispanen. bene ficii de Mero. in quoddam suo consilio incip. An reuendus pater, in tertio dubio, qui licet prædicta non adducat, allegat tamen not. in dicto capitulo fin. & quasdam rationes, quas non scribo, ex quo satis virgere non videntur. ¶ Tamen est aduentum, quia licet prædicta colorata videantur. Nihilominus contrarium hodie seruat Rota, quæ nullum in dubio præsumit commensalem, nisi probet: Quia ex quo ista confituntur in facto, facta non præsumuntur, nisi probentur. lege quicunque. ff. ac publiciana.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Est tamen verum, q̄ commensalitate semel probata, semper presumitur durare, nisi pro-
betur contrarium. Et ita declarantur dicta Domini, in d. capitulo fi. per Rotā, † & talis pro-
batio familiaritatis, & continuē commensalitatis ad effectum excludendi alium, requiri-
tur, quōd plene proberet, nec sufficit, quōd probeatur per assertiōnem Cardinalis, quia il-
lī non creditur in præiudicium tertii. c. cum a nobis, de testib. Secus vero in papa afferente
aliquem esse familiarem suum, continuum commensalem, quia illi creditur etiam in præi-
dicium tertii. clem. i. de proba. Et ita in specie conclusit Rota in una Senescen. prioratus, co-
ram me de mense Februario M.D. xxxviii. Dum ibi Leo X. quendam Petrum protono-
tarium creauerat, & familiarem suum, continuum commensalem fuisse, asserit: Nam
Domini uoluerunt, illud sufficeret ad excludendum prouisionem Legati Auiunionen.
qui licet poterat de referuatis, non tamen de beneficiis familiarium papas prouidere: Ec-
ista de plano procedunt, quando agitur de familiaritate, ad effectum precedente, & prece-
gatue exclusiū alterius. Vbi vero solum de familiaritate ageretur, ad effectum expediens
di gratia dūtakat, tunc non ita exacta probatio requiritur, sed fides Cardinalis sufficeret,
ut in una Hispana, tenuit Rota. Quod procedit, quando non opponitur. ¶ Est tamen
uterius considerandum, quōd licet quoad veram familiaritatem requiratur commensala-
tas, non tamen requiritur, q̄ illa capiatur in domo Cardinalis. Nam potest capi certum
quid pro uictu quotidiano, & illud preparari extra domum Cardinalis, ut se habet stilus
hodiernus? Nam plures Cardinales hodierni dant portiones familiaribus suis in pecunia
numerata, ex qua emi faciunt necessaria, quae preparari faciunt extra domum Cardinalis
in domiciliis eorum. Alii etiam seruitores Cardinalium sunt, qui recipiunt partem suam
ex domibus Cardinalium non in pecunia, sed in pane, vino, & carnis, & ea comedunt
etiam extra domum Cardinalis, seruit tamē illi in necessariis, licet comedant, & dor-
sum. Sed bene interest Pontificis, quoad regulam istam, de qua presentia debeat intelligi. Quia Papa dat Cardinalibus istud priuilegium regulare, ex eo, quia secundum eorum officia afflstanti papae consulendo, & in arduis sedis Apostolicis negotiis operose agendo. c. fun. 4 damenta. q. decet. de elect. lib. vi. t. Hinc est, q. sine licentia recedere non possunt, cum habant alas ligatas, secundum Hostien. in. c. ecclesie vestra. el. ii. de electio. Cum ex eorum officio assumere debeat pondus diel, & astus, sicut illi, qui sunt vocati in partem solicitudinis, iuxta tex. in. c. decreto. ii. q. vi. Et ob eam causam merito priuilegitis honorantur, secundum Oldra. consil. xlvi. inc. p. ius commune. Apparet igitur esse contra naturam sui officii, si cardinalis de latere Principis se, vel paululum subtrahat. Cessat enim tunc causa priuilegii, & fauoris, cum nec tunc illustrant comitatus lateris principis, cuius merito Cardinales afflstantes, eidem sunt ceteri chariores. l. i. C. de prep. labo. lib. xii. fm. Bal. in rub. ff. de off. confu. & in. c. colim. de rescrip. Nam non ita equaliter splendor, qui abest, sicut qui presentes est. Secundum Bal. in. l. cum multa. C. de bonis & libe. quia inter absentes cardinales, etiam de licentia papae, & presentes longum est discrimen: Nam, vt dicit idem Bal. in. c. bonae. el. i. de postul. prela. Cardinales residentes in curia equiparatur stellis fixis, quae non mouetur, nisi motu orbis, sicut & cardinales non mouetur, nisi motu papae. Sed cardinales legati, qui de licentia papae absentes sunt, equiparantur constellationibus, sive planetis, qui mouetur mons proprio, natus dei, sicut & legati natus papae. t. Et ideo Cardinalis praesens reputatur dignior absente, vt dicit And. Sicul. in consil. xvii. in. v. col. num. i. i. lib. primo. Et latius hoc probat idem And. Sicul. in consil. primo. in. xx. col. lib. i. Hinc processit, q. cardinales residentes in Rom. curia excusantur a residentia suorum beneficiorū, propter afflstantiam papae. Intelligentur, n. ex hoc singulis ecclesiis deseruire, vt dicitur in. d. c. bonae. & in. c. cu. dilectus. de clericis non resi. Et ideo in. c. ex gestis. de cle. nō resi. ille cardinalis, de quo ibi tex. loquitur, priuatus fuit, quia nō residebat in curia in titulo suo, nec assistebat papae, vt dicit Io. And. in addi. ad Specul. eo. titu. circa fi. & tener Oldra. consil. lviii. incip. ius commune. Itaq. cum dictum ministerium non possunt impēdere, vagantes amonitatis gratia, cessat tunc fauoris prarogativa, nec possunt dici esse in curia, vt regula exigit. Tenerent enim affltere, vt dicitur in dīcto. q. decet. quod fieri nequit ab eo, qui a conspectu est removetus. Et licet per licentiam, quam fortassis Cardinalis, tunc discedens consequi potest, quoad ordinarios fructus capellæ pro praesente haberet: nihilominus ex quo dicta absentia, est fauore proprio concessa, non autem vniuersalis ecclesiæ, cui familiari teneatur, iuxta capitul. bonae. de postu. prela. non potest reputari praesens, quoad ea, quae speciali priuilegio danur praesentibus, nisi specialiter concedatur, vt voluit Ioan. And. in capitul. fi. de consue. lib. vi. Ita limitans nictū Archi. ibi: & sequitur Abb. in. c. ex parte. de cleri. nō resi. in. fi. Itaque fructum dictæ affectionis, sive benivolentiae, aut certe charitatis, absens nullo pacto pretendere poterit. Ista sunt, quae trutinanti calamo pro parte negatiua ad. duci possunt.

¶ Si quis tamen primam partem affirmari tam tueri vellet, multa de facili dicere posset: quia materia est anceps, & patitur multas rimulas. In primis posset adducere illud, quod tradit Albe. in tract. statu. parte. iiiii. q. viii. t. Vbi dicit, q. ille, qui corpore est in uno loco, animo tamen, & mente est in alio, censem ibi esse, vbi mentaliter, nō vbi corporaliter existit, allegat inter alia. l. nihil. ff. de capiti. Sed Cardinalis absens, causa venationis, habuit a. nimur redeundi. Ergo existimandus est semper Romæ fuisse. ¶ Accedit, quod dicitur in q. paup. in. iust. de re. diui. vbi dicitur, q. animal, quod nostrum est, etiam si natura featum fuerit, nunquam tamen nostrarum esse definit, donec animum redeundi habuerit. Reuertetur di autem animum, nunquam quis amittere censeret, nisi post q. reuertendi consuetudinem de seruere. Ita dicitur ibi. Sed cardinalis, qui absuit causa recreationis, nō deseruit curiam, quia rediit. Igitur &c. Et pro ista parte faciunt ea, quae tradit Abb. in. c. in nosstra. in penul. & fin. col. de sepul. ¶ Et in summa ultra practicas pro ista parte faciunt duodecim fundamen. ta, quae quidam Moderni curiosi in simili questione cumularunt, in quibusdam allegatio. nibus nouiter impremissis, allega. xx. quae ibi videri possunt. Vbi dictus doctor consuluit, pro quodā parafrasio Cardinalis, qui abfuerat animo redeundi. ¶ Postremo ultra predi. cta, pro ista parte facit, t. quia priuilegia istius regulæ concessa fuerunt cardinalibus, propter tres rationes: Prima, vt honori corū deferatur, vt refert Egidius deci. dcxxii. in. princ. Secunda propter onera, quae subeunt in alendis familiaribus, iuxta deci. xvi. de præb. in antis quis.

RE. DE IMPET. BE. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CXVI

quis. At ut spes bene seruientium tali priuilegio sustineatur, vt Roma. dicit in consilio ccccxcviii. Tertia, vt afflstanti lateri papæ, vt superius dictum est. Vide licer ista ratio afflstantis ad tempus cesser, alie tamens rationes militant, in quibus potest istius regulæ dispositio sustineri, iuxta vulga. q. affinitatis. insti. de nup. & tradit Iason in. l. cum filio. col. xxiii. ff. de lega. primo. & in. l. dedi. la prima, in primo notabilis. ff. de condit. cau. dat. ¶ Tenerendo tamen aliam partem ad ista posset responderi. Primo ad adducta superioris, q. procedant secundum fictionem, quae non habet locum in casu nostro, per ea, quae dicta fuerunt. Ad istud ultimum de. q. affinitatis. responderi potest ex traditis per Deci in. c. cu. cessante. de appell. la. Quid nō procedant, quando causæ sunt connexæ: quia tali casu requiritur omnibus cursus, vt tradunt Moder. in amplio tract. prescrip. fol. xvii. in. fi. & Iason in. l. in testamento. col. xii. C. qui testa. fa. pos. & sic limitatur d. q. affinitatis. Vel procedat quando omnes rationes sunt a iure expressæ, vt dicit Læzello. Deci in. l. singularia. in. ii. col. ff. si cer. pet. Sed hic nulla prædictarum rationum sunt expressæ in regula. Igitur requiritur concursus omnium, cu. omnes sint finales, tendentes ad idem. Vides ergo ex prædictis, q. quilibet pars in disputationis congressu sustineri potest. Tamen illa op. est cōmunitas, q. qn cardinalis est longo tempore absens, vel pro negotiis multū distata curia, cōsensus eius requiri non debet. Ratio est, t. quia talis ab sensu reputatur pro mortuo, vt not. doct. in. c. præsentata. de testib. & Jo. And. in. c. si cōtra. de offi. deleg. lib. vi. Ino etiam absentia modici temporis multū de priuilegiis demittit: per ea, quae dicit Jo. de Platea in. l. ii. C. vt digni. ordo seruen. vbi uoluit, q. maioris est honoris electio facta præsente cancellario principis. q. si mittatur sibi ad dominū. Ex qua lege vnu aliud inferat ibi docto. q. dignitas collata præsenti est honorabilior, & preferitur illa, quae cōferur absenti. Et propterea voluit glosa in rubri. ff. de offic. consul. & glosa in rub. de offic. præsul. q. consul. qui est illustris, quād abest non dicitur illustris. sed spectabilis. Et ex istis posset etiam inferri ad curiales residentes in curia, qui ob eam causam plura consequuntur priuilegia, vt late scribit Bartholomeus Callaneus in Catalogo gloriae mundi. in. vi. parte. in. xxii. cōsideratione. cum sequentibus. Secus quando parū distat a curia illico reuersurus, vt quando abest uenationis causa, pro qua op. faciunt ea, quae in præcedenti. q. dixi.

¶ Questio Decima octaua.

DE CIMO OCTAVO Quero, si familiaris, mortuo suo Cardinali, se transfert ad alium Cardinalem, & moritur, numquid iste secundus cardinalis debeat præstare consensum, ex quo primus cardinalis est mortuus?

C SOLVIT IO. Glosator hic in penulti. col. ponit quæstionem, sed inuolute. Et ideo super hoc distinguendi sunt duo casus. Primus est, circa beneficia acquisita durante secunda familiaritate: & in istis non est dubium, q. secundus cardinali debet præstare consensum, per tex. hic. Et in hoc puto Glosatorē non dubitasse, licet obscure loquatur. ¶ Secundus casus est circa beneficia acquisita per familiaritatem, durante prima familiaritate cardinalis primi domini. Et in hoc est subdividendum, q. aut cardinalis primus dñs vivit, & illius est requirendus cōsensus, vthic dicit tex. Aut vero est mortuus, & ista regula super hoc nihil disponit. Sed prima facie videtur dicendum dispositionem talium beneficiorū liberā ad papā pertinere, ex eo, quia per cessationem familiaritatis cardinalis papa in regula tertia supra eo. beneficia dispositioni sue referunt, ergo nihil deber in hoc facere secundus cardinalis, quia lex nō dicit, nec nos dicere debemus. vulg. lat. pretor. & ista interpretatio tenetā est in dubio, tāq. favorabilis, quia per eam reuertimur ad ius commune, de quo in. c. ii. de præbē. lib. vi. quod 2 voluit beneficia vacanta in curia ad liberā papæ dispositionem perrinere. t. Et iste recursus ad ius commune reputat favorabilis, vt dicit glo. magna in. c. iii. de præbē. li. vi. cu. vulg. de quibus per Moder. in. l. si vnu. q. pactus. ff. de pac. & in. c. cu. accessissent. de confit. ¶ Et licet Gem. in. consil. xcii. Et Egidius relatus per Tho. Faftoli in decisi. Rote in causa xxviii. dubio. ii. alias dubio. liii. Et Nicol. milis in verbo reseratio. q. vlti. voluerint huiusmodi reseratio, cessante familiaritate, extingui, itaq. d. regula. iii. non videretur habere locū: ¶ Nihilominus contrariū est verū, videlicet, q. reseratio semel causata propter familiaritatem, non extinguitur cessante familiaritate, vt dicit decisi. secunda, in titu. de præbē. in. antiquoribus. Et est clara extrauag. Pauli Secundi. titu. de præbē. incip. ad Romani. &c. de qua superioris feci mentionem, quā miror prefatos doctores nō vidisse, cu. iā edita fuisset.

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Illa igitur extraragans, de qua etiam in regulis Cancellariae s̄epe fit innovatio, imponit siue hunc quæstionem, q̄ talis reseratio non expiret, cessante familiaritate. Et ita in puncto conclusio tempore nostro Rota, ut reser. Dominus Pet. And. Gammatus in tracta, legati, libro tertio, fol. lxi, per plures rationes, & diēta doctorū, quas breuitatis causa, & quia huc non pertinet, non reser. ¶ Sed redeundo ad quæstionē nunquid quando familiaritas primi cardinalis cessat, propter mortem primi cardinalis, si familiaritas transit ad securitū alterius cardinalis, et dubium nunquid mortuo familiari iste secundus cardinalis debeat cōfensum præstare, vt dixi, videtur q̄ non, per regulam. iii. supra eo. Sed si bene consideretur illa regula non apparet quād primus cardinalis fuisse mortuus, sed loquitur indistincte, & ideo debet declarari per istam regulam posteriorem, quā clare loquitur quando familiaritas primi cardinalis non fuerat dissoluta per obitum cardinalis, arg. i. sed et p̄ certiores, ff. de legi. Et ideo non abs re Glosator hic se inuoluit, & allegat pro parte affirmativa tex. in. c. i. §. ii. ne se. vac. lib. vi. & tex. regulā hīc in verbo habebunt. Postea in cōtraſrum allegat. d. §. ii. Et subdit se credere in curia primam opinione practicari propter cardinales viventes, qui perfas, uel nefas volunt habere prærogatiuas. Hac Glosator. ¶ Sed aduerterēdum est diligēt, q̄ Glosator hic, grauitate decipitur circa decisionē istius. q. ¶ Nam omislo tex. allegato per cum in. d. c. primo. ne se. vac. lib. vi. qui non facit ad propositum, ex quo loquitur in requirendo confilio, de quo hic non loquimur, sed de requirendo consensu. Inter quā est magna differentia, prout dicit glosa ordinaria in verbo consensu. in. c. si pro te. de referip. lib. vi. Est considerandum, q̄ etiam si præsupponimus illū tex. in consensu habere locū, nihilominus illud p̄ procedit in materia, in qua est expeditū, consensum requiri. Sed in casu istius. q. illud est, de quo dubitamus, si debeat secundi Cardinalis consensu requiri. Et proculdubio si inspiciatur verba istius regule, debemus cōcludere, q̄ non quā regula requirit cōsensum cardinalis, quoad beneficia, quā durante familiaritatē acquisiuit. Sed iste familiaris tēpore familiaritatē secundi Cardinalis nihil acquisiuit, sed tēpore primi. Ergo regula nō procedit, hoc casu, quia cū limitate loquatur circa beneficia acquisita tēpore familiaritatē, limitata causa limitatum effectum producere debet. vulg. l. in agris. de acqui. re. do. Et illa qualitas acquisitionis durante familiaritatē, debet adesse tēpore, quo præstatutus cōsensus. Cum igitur in casu isto non concurrant prædicta, concludendum est, collationē liberam prædictori beneficiorū pertinere ad Papā, sine aliquo cōsensu istius secundi Cardinalis. Imo quando verba regulae hōi essent clara, ratio iuris hoc fuit det, quia cū regula ista, vt s̄epe dicitur, sit exorbitans a iure cōmuni, impediens collationē liberam beneficiorum papat sibi datam a iure, vt in. c. ii. de præben. lib. vi. debet stricte interpretari: Cū etiā grauitatē p̄sonarum hoc onere, & securitate exigēdi cōsensem, qui s̄epe cum magna difficultate, vel nunq̄ haberi potest, quod etiam tendit in grauitate p̄judicium ecclesiastū: ¶ Quārum diuturna vacatio est periculosa, iuxta. c. ne pro defectu. de electione. ¶ Confirmatur ista opinio, quia clarum est hinc regulā locū non esse quād beneficia per familiarē post familiaritatē acquisita fuerūt, vt patet in tex. & clarius probatur in. d. extra. uag. Pauli, de qua in superioribus qōnibus mentio facta fuit. Ergo eodem modo neq; habebit locum regula in beneficiis acquisitis ante familiaritatē istius secundi Cardinalis, cum sit eadem ratio, & teneat expresse Gaspar de Perusio antequis doctor, & episcopus Frequens in trac. reseruationē, fol. viii. nuper a me typis datum. ¶

Sed qui vellit primā op̄i defendere, defacili posse, quia pro illa op̄i, videretur facere in inī diuiduo cōsiliū Pet. de Ancha. ccxviii. ¶ Vbi apparet, q̄ Benedictus XIII. acceptauerat vnu absentē in familiare, quia aī familiaritatē bñficia acquisuerat, accidit, q̄ eo mortuo, fuit dubitatum nunquid eius beneficia fuerint reseruata, & Pet. de Ancha videatur ibi sentire, q̄ sic, ex eo, quia papa Benedictus ei, tanq̄ reseruata libere cōtulit; & tamē illa beneficia non fuerant acquisita durante familiaritatē, sed ante familiaritatē. Et licet Pet. de Ancha, ibi te- neat, p̄tūtūne non valuisse, illo respectu, quia receptio familiaritatis nō valuit. Tamē a cōtrario sensu, videretur sentire, q̄ si receptio tenuisset, p̄tūtūne valeret, pro quā op̄i, videretur esse tex. in. d. regu. iii. supra co. si recte inspiciatur. Vbi reseruātur beneficia, quā familiare cōtinui cōmētales obtinet, & in posterū obtinebat &c. Pondera verba obtinent, quod de- notat beneficia iā esse obtēta tēpore quo reseruātur: Nam ē verba præsentis, & præteriti. Itaq; illa regula nō dicit, quē obtinuerint durante familiaritatē, sed quā jā obtinent. Et ita tēperio ista op̄i, tenere per verba illius regulæ. iii. quendā doctū, & practicū modernū Sabineū.

REG. DE IMPET. BEN. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CXVII

Sabineū, in trac. reserua. in. xxii. effectu. in versi. ex eodem factō, cuius op̄useulum sub ful- ucribus, & vmbbris delitescēs, præteritis diebus imprimendū tradidi. I amen qui vellet alia opinionē tucri ad consilium Pet. de Ancha, & ad d. regulam posse respondere, videlicet, negando Petri de Ancha, ex eo, ibi tenuisse, collationē illam non valere, quia receptio nō tenuit, quia hoc non apparet. Sed potuit ex alio capite moueri, ex eo, quia illa beneficia fu- runt ante familiaritatē obtenta, vnde cū clare non appareat de eius mente, non potest in eo fieri fundamētū, arg. l. duo sunt titii. ff. de testa. tut. Et ad regulā tertiam potest dici, q̄ illa uerba dubia obtinent, intelligenda sunt, vt minus præiudicent iuri cōmuni, videlicet, de obtentiis durante familiaritatē, præsertim cum ista regula, vt dicitur est, a iure cōmuni exorbitat. Et quia per huiusmodi reseruationes, & regulas totū fere ius caponicū destrui vī, vt dicit Le- eus in. c. i. in. ii. col. de elect. Et ideo in casu isto idem de beneficiis acquisitis, ante familiaritatiem, sicut de acquisitis post, iudicare debemus, t̄ quia, vt dicit Bar. in. l. singularia. in. iiii. col. versi. tertio accidit. ff. si cer. pet. de his, quā sunt ante, vel post aētū, idē est iudicium, vt in miribili, & notabilis casu tradit Claudio Aquentis in rub. ff. solu. mariti. in. iii. col. vers. addo, q̄ etiam. cum concor. de quibus per Ias. in. l. non solū. §. morte. in. iiii. col. num. 13. ff. de ope. no. nunci. & in. l. si nihil bona. §. iusti. in. iiii. col. versi. in. iiii. p̄ arte. ff. de acqui- hāre. ¶ Sed clarum est, beneficia acquisita post familiaritatē finitā, sub ista regula, nō inclu- di, pari mōdo nec ea, quā fuerunt acquisita ante familiaritatē includi debere, cū in virisque eadem sit ratio. Et ista omnia de plano procedunt, nisi in reseruatione de talibus beneficiis, eaueretur expresse, vel cardinales, prout solet, hac per sua inducta a papa impetrarē. Qui bus cestantibus, de iure videretur illa opinio equeor, quamvis vtraque se iustis rationibus uequāt, super quibus libenter viderem, quid Rota teneret;

Quæstio Decimanona.

DE C I M O N O N O Quārō, t̄ ponamus, beneficia familiaris vnius cardinalis p̄t. rtinere ad collationem alterius Cardinalis, ratione ordinaria iurisdictionis, an re- quiriri debeat consensus? ¶ **SOLV TIO.** Fely. hic in quibusdam breuissimis, & mendosis apostillis tenet, q̄ nō, quia iste casus est exceptus ab ista regula: nullam tamen rationē allegat. Potest tamen iste casus terminari per dispositionem Hadriani Sexti, qui ex mente nonnullorū prædecessorū suorū istam regulam sic declarauit, q̄ quando cardinalis ordinarius prouidet de bene- ficio vacātā, per obitum familiaris alicuius cardinalis, tunc non habet lecū ista regula. Si ta- men beneficiū vacaret in curia, & papa de illo prouidet, tunc bene in expeditione literarū requiritur cōsensus Cardinalis ordinarii, si præsens sit in Ro. Cu. alias non. Ita voluit Ha- drianus, & sequuti sunt alii Pontifices Moder. ¶ Et ita per istam regulā decisus fuit casus notabilis in Rota de mensē Iulio M.D. xxxix. coram R.P. + D. Marcello episcopo Marsi- cano, in vna Cremoneū, parochialis Sancti Apollinaris, in qua Reuerendiss. Cardinalis Simonetta habuerat consensum a Reuerendissimo Cardinali Rauen næ. ordinario, q̄ posset idem Cardinalis Simonetta capere primū beneficiū vacans in. d. dioce. Accidit, q̄ vacauit dicta parochialis per obitū cuiusdam familiaris dicti Cardinalis Rauen næ. col- latoris ordinarii. Cardinalis Simonetta acceptauit, & obtinuit sibi prouideri, fuit illi oppo- sitū, q̄ prouisio nō valebat. Ex eo, quia in ea nō erat cōsensus Car. Rauen. Replicabat, q̄ sufficiebat ille primus cōsensus præstitus, de capiendo bñficiū vacātā, triplicabat illū cōsen- sum nō extendere, nec sufficeret, quod ista regulam, sed ille cōsensus solū respicit indultū in ipsius Cardi. collatoris. Nā ex quo nulla expectatiā, vel reseruatio poterat cōcedi in. d. dioce. Cremoneū, stante indulto cardinalis ordinarii, t̄ q̄sum ad indultū p̄stit cōsensem, illi cōsensus nō sufficitat satisfaciēdū isti regule. arg. c. ex tuarū. de aut. & vsu pal. q̄a sūt diuersa impedimenta, p̄ qua op̄i. faciūt, que dixi supra. q. xi. Breuerit fuit cōclusum per illā regulā, nō impidire Cardinalē Simonettā bñficiū acceptare posse, nec dari concursus cū indulto, q̄a clarū est, q̄ si ipse idē Card. Rauen næ. ordinarius cōferret bñficiū sui fami- liaris sibi nō obstarēt regula ista, ergo, nec parti mō, si ipse alteri cōsensit, obstabat, cū regula indulto deseruiat, & famuletur. ¶ Sed q̄n collatio pertinet ad aliū, ne inferatur p̄judicium, debet ista regula stricte intelligi, & tali casu possent intelligi verba apposita in gratia Car. Simonetta, videlicet, dūmodo nō vacer bñficiū per obitū familiaris alicuius cardinalis vi- uētis, cuius cōsensus requirendus foret: nā talia verba intelliguntur de alio card. q̄ Rauen,

COMMENTARIUS R. P. D. LUDOVICI GOMES.

natus, ordinarii collatoris, cuius consensum habebat, arguitur, quae dixi in regula de non tollend. ius quæsi. in h. primæ questionis. & hoc modo non infertur aliis præiudicium, iuxta tex. in. l. ff. q. licentiam. & quæ ibi notant Moderni. C. de iu. delibe. In proposito igitur istius. q. dicendum est, q. ne alius ordinarius præiudicetur, tantum fieri interpretatio hic de beneficiis pertinentibus ad dispositionem papæ, contra quæ facienda est latice interpretatio, vt sacerdotis est dictum per rationem, quæ ponit tex. in cap. quia circa. de priuilegiis. Non sic quando agitur de persona tertii.

Contrarium tamen facit, quia rationes finales istius regulæ, quæ fuerunt, ut honori cardinalium deferatur, & ut spes familiarium bene seruientur, & cardinalium opera libentius sustineantur; ac, ut in locum amissi familiaris consolationis vice alium subrogare possit; militans omnes isto casu. Ergo eadem debet esse iuriis dispositio. **C**Tamen resolutio est prima opinio, quam ita in curia seruari, Moderni Sabineñ. dicunt, in tracta. reservationi. in. xvii. effectu. versi. sextu. est. Pro qua opinione mouetur, ista ratione, quia magis attendi debet facultas ordinaria illius cardinalis debet eis cōferre, q. extraordianaria reservatio respectu familiaritaris. arguit. l. eius militis. ff. de testa. mi. Quia causa naturalis accidentalis p. refertur. l. iii. ff. detulit. Faciunt pro ista op. quæ dicit Egid. deci. xii. circa fin. Et ista pro hac op. sufficiat. **C**Est tamē aduersitatem Julius, Hadrianus, & Mcderni Pontifices, ut hoc dubium tollerent in regulis suis istu casum prefererit, ut hodie videmus. Tenendum igitur est, q. qn collatio pertinet ad Cardinalē collatore, non debet requireni consensus.

Quæstio Vigesima.

VIGESIMO Q. Quero, t. q. si, sede vacante, aliquis recipitur in familiarem alicuius Cardi. & antequam eligatur Papa, moritur familiaris, nūquid habeat locu regulæ? **C**SOLVTO. Moder. Sabineñ. in tracta. resolutio. in. xvii. effectu. versi. quartu. est, ista. q. in terminis ponunt, & dicunt, q. regulæ ista nō habere locum, ratio est, quia sede vacante, omnes reg. Cancellariae et referentes beneficia familiarium exipit, & teuocate censentur. Remanet igitur illa beneficia sub dispositione iuriis communis, ut videlicet, non unus Pontifex libere de illis disporere possit, tanq. de vacantibus in Curia sine cardinalis consensu. Nec extraug. Pauli hoc casu obstar, quia illa beneficia familiarium non reseruat, sed illa iam reserata ante obitum fuisse præsupponit. Itaq. sola regulæ Cancellariae reservationem induxerunt, quæ, vt dixi, per obitum cōdēntis ipso facto extincte fuerunt. Et ista opinionem tenet etiam Glosator (littera in alio casu) supra in regula secunda. Pro qua parte plures aduocati vrbis, tēpore Leonis, in causa monasterii Seduceñ. qua tractabatur in consistorio consuluerunt, ut Melchior de Baldassini aduocatus tunc celebris refert in quadam suo latissimo consilio. Et meminit Reuerendissimus Do. Lau. Cardinalis Sanctorum. Quatuor in libro quodam annotationum suarum, fol. iiiii.

Quæstio Vigesimaprima.

VIGESIMO PRIMO. Ponamus, t. q. unus familiaris cardinalis est canonicus in ecclesia non numerata, & moritur, nūquid sit locus regulæ? **C**SOLVTO. Moderni Sabineñ. in tracta. resolutio. in. vltima charta. mouent questionem, & non resolunt. Tamen ex verbis istius regulæ potest capi resolutio; Quia regulæ ista loquitur de beneficio vacanti per obitum, & tamen talis canonicius in ecclesia non numerata, non dicitur vacare, sed desinere, secundum Petr. de Anch. in. c. si gratiosa, in. ii. col. versi. & per hoc, de rescrip. lib. vi. t. Nam in ecclesia non numerata canonicius, & præbenda moritur cum canonico, vt dicit Egid. in decisi. xiii. Et ideo dispositio loquens de vacanti, non habet locum in tali, vt tradit Lopus alleg. xiii. in. vii. conclusione, & est glos. mag. in. c. si. de concess. præbend. lib. vi. Quam sequitur Abb. in. c. ex parte. in penulti. col. versi. sed est quæstio de concess. præbend. & in. c. constitutus. ii. col. vii. versi. sed quæro. de rescrip. Bal. in. c. cumana. col. pe. versi. clausula. de elect. & alii plures, quos breuitatis causa non refero. Hinc inferitur, q. ex quo talis canonicius per obitum possessoris non vacat, q. capitulum non erit in mora eligendi. Itaque non deuoluetur propter hoc electio canonico rū ad episcopū, vt dicit Imo. in cap. cum ecclesia Vulterana. in princi. de electio. Et ita ratio, quod est agnotatum in practica Cancel. fol. lxxxviii. in. ii. col. & ibi alleg. Feder. in tracta. permitt.

REG. DE IMPET. BEN. VAC. PER OBI. FAMI. CAR. CXVIII

permitt. q. xxviii. & hoc idem expresse tenet Paulinus in tract. de offi. & po. capituli sc. va. in secundo eidem. in antepenulti. col. versi. & q. eccl. Tamen, licet ista ita de iure videatur, nihilominus in istis soler Cardinalis consensus requiri.

Quæstio Vigesimasecunda.

VIGESIMO SECUNDUO Quero, t. dictum est superius in alia quæstione, q. absens Cardinalis consensus non est requirendus; quid si habet indulgum, quod absens omnibus priuilegiis presentium, etiam istius regulæ gaudeat? Nunquid tali casu poterit eius vicarius, quando cardinalis absit in locis renotis praestate, consensum?

CSOLVTO. Ita, q. potest resolutio ex dictis per Archid. in. c. reatina. lxiii. dist. vbi dicit, q. si de consuetudine sit, q. debeat requireti cōsensus Regis, comitis, vel archiepiscopi ante electionem, & illi sin absentes, sufficit, q. eorumdem vicarius consensum præster, allegat Cōpottellanus in. c. cū terra. de electio. vbi refert, sic obtinuisse in causa Cantuarie Arz. chiepiscopi, & canonicorum Roffensem. Et licet Roma. in singulari. lxxviii. incipiens ex long. sua. &c. teneat contrafum, cum quo simpliciter videatur transire Fely in. c. cum oēs. in. iiiii. col. de consti. Nihilominus opinio Archidiaco, est communis, & ea sequitur Fely. sibi contrarius in. c. ex parte. in. iiiii. column. de consti. Vbi late respōdet ad argumenta Roma. & idem Fely. transit etiam cum Archi. reprobato Rma. in capitulo auditis. in. ix. column. de prescrip. & lass. in. llii. prouinciali. q. si ego. in. quarta column. ff. dc ope. no. nunci. & Deci. in. d. c. cum omnes. in. ii. lectura. col. iii. num. xi. cum aliis concer. ut nouissimi apostillatores scribunt ad Roma. Et secundum istam opinionem iterum iudicavit Rota in causa Valentina Archidiaco. de Xatiua, coram me. iiiii. Julii M.D. xxxiii. quæ omnia reduta ad casum nostrum, auferunt difficultatem, ut de se patet.

Quæstio Vigesimateria.

VIGESIMO TERTIUO Quero, t. quid si familiaris Cardinalis defunctus non habebat aliqua beneficia, sed ius in re ad beneficium, quod de facto aliis possidebat, nūquid impetrans huiusmodi ius, debeat obseruare contenta in ista regulæ?

CSOLVTO. Ita quæstio resolutur ex verbis ultimis istius regulæ, ibi, & in quibus, ipsa familiaritate durante, ius eis competet. Et hoc non solum habet locum in ista regulæ, sed in quibuscumq. aliis reseruacionibus, vt patet supra in regula. iii. que eundem modum loquendi seriat. t. Et ratio est, quia beneficium dicitur illius, qui ius haberet, licet aliis de facto possideat, vt in. c. si tibi absenti. de præben. lib. vi. Et ob eam causam voluit quædam ultima decisio in antiquis. de rescrip. q. beneficium dicitur vacare per obitum illius, qui solam supplicationem habet, vt dixi in regula de non tollendo ius quæsum. & faciunt ad prædicta, quæ notabiliter tradit Collecta. in. c. constitutus. versi. sed quid de. q. de concess. & Nico. Milis in verbo obtinere, qui notabiliter loquitur.

Quæstio Vigesimaquarta.

VIGESIMO QUARTO Quero, t. ponamus, familiarem Cardinalis eligi in episcopum, & anteq. confirmetur, mori in curia, dubitatur, an consensus pertineat ad Cardinalem, iuxta formam istius regulæ?

CSOLVTO. Videtur dicendum, q. sic, per ista verba posita in tex. ibi, (iustis eis competenter) & per ea, quæ dicta sunt in proxima precedenti quæstione. **C**Tamen prædictis non obstantibus, contrarium videtur concludendum, ex eo, quia si electus moriatur, beneficium non dicitur vacare in curia, & per consequentem præcepit, non erit reseruatus, & papa, vt de tali non poterit conferre, ut teneret decisiō penul. in nouis, quæ est nu. ccccxcii. & hoc idem tener Philippus Fran. in. c. q. sit. q. i. in princi. de electio. lib. vi. Et ratio prædictorum est,

t. quia per mortem electi vacatio de novo non inducitur, sed illa vacatio durat, propter quam ille fuerat electus, ut tradit Collecta. in. c. eccl. in. ii. col. versi. sed nunquid si celebra. de sortileg. & in. c. cum in cunctis. versi. sed quid. de electio. Cum igitur regula ista loquitur de vacanti, verba regulæ verificari non possunt in tali vacacione, & per consequētne nec eius dispositio habebit locum. **C**Tenendo tamen primam opinionem, potest ad hoc

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

responderi illud idem, quod dictum fuit de commenda superiorius in .vi. q. & pro ista opere vterius facit, quia regula .iii. supra eo, vtitur pinguioribus verbis, ex quibus iste casus posset comprehendendi: Nam dicitur ibi, qd referuantur inter cetera quaecunq; beneficia, quae familiares Cardinalium obtinent, & in posterum obtingebunt, & in quibus, seu ad quae ius eis competit. &c. Ista verba, in quibus, seu ad quae, comprehendunt istum casum, quia negari non potest, qd electus habet ius ad rem, vel in re, & data ista reservatione, subintrat proutio pape, & per consequens requiritur consensus Cardinalis: Et pro ista expositione verborum regulę faciunt ea, que scribit Bar. Belenzinus, quondam auditor Rota in tracto chari. sub. q. cxx. cum seq. Nisi defendendo secundam opinionem, dicamus, qd regula ista, que est posterior, noluit dare istam prerogatiuam Cardinalibus, de prestanto consenserum, nisi in beneficiis, in quibus ius comperient familiari, & sic in quibus habent ius in re, non ad rem. Itaq; per istam regulam videtur restrictum istud priuilegium. Stant igitur ista simul, qd papa conferat beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis, & qd cardinalis non praestet consensum, ut est in illis, in quibus familiaribus competit ius ad rem, quae sunt referata per dictam regulam .iii. tamen non per istam, quod nota.

¶ Qui autem sint modi, per quos acquiri possit ius ad rem, vel in re dixi latius supra in regulā de non tollendo ius quæsumus. q. i.

¶ Quæstio Vigesimaquinta.

VIGESIMO QUINTO Quero, tñ nunquid regula habeat locum in coadiutoriis: Nunquid in ea debet fieri mentio nominis, & tituli card. &c.

¶ SOLVIT O. Reuerendissimus bone memorie dominus Dominicus Cardinalis Jacobatus, olim auditor Rota primarius, in quibusdam apostillis per eum scriptis super regulā ista, dicit, hoc dubium tempore suo fuisse propositum in Rota, & tunc dictum fuisse per dominos, qd regula non haberet locum, licet super hoc dubitaset, & nihil aliud super hoc dicit. Tamen si uerba regule ibi, vel ad quae ius competit. &c. considerentur, iste casus includetur sub regula, quia tali casu obtinens coadiutoriam, uel regressum, non tenetur, mortuo familiari, in suis literis futuare istam regulam, ex eo, quia viuente familiari fuit facta prouisio de virtusq; voluntate, & pape prouisio. Vnde in tali casu regula non habet locum. Et ita procedit decisio Rota.

¶ Quæstio Vigesimalēta.

VIGESIMO SEXTO Quero, tñ nunquid consensus, de quo hic sit mentio, debet in dubio de expresso intelligi, an vero sufficiat tacitus?

¶ SOLVIT O. Iste casus potest decidi per deci. Rora. xv. titulo de offi, dele. in no. & exhibis, quae dixi superiorius. q. xi. vbi videndum est. Ex quibus concludendum est, qd debeat de consensu expresso intelligi. Ratio est, quia de illo debet per scripturam Cardinalis fieri fides in cancellaria quando literæ expeditiuntur, vt dicam in .q. xxviii. infra. eo. de tacito vero illa fides fieri non potest, pro qua op. faciunt, que scribit Abb. in. c. cura de iurepatr. & Cardi. in. c. nobis. in. v. notabilis, post Ioan. And. de iu. pat.

¶ Quæstio Vigesimalēpta.

VIGESIMO SEPTIMO Quero, tñ Cardinalis possit huic honori, qd non men eius in literis non exprimatur, nec eius consensus requiratur renunciare?

¶ SOLVIT O. Egid. deci. dclxxii. col. fi. videtur tenere, qd non, cum hęc sit introducta in fauorem omnium Cardinalium, arg. c. si diligenter, de fo. compe. & hoc manifeste probatur ex proœmio regule antiquę Gregorii, quam ibi in prin. decisionis refert Egi. Cuius initia erat, vt honori Cardinalium deferat, &c. que verba concernunt collegiū omnium cardinalium, ergo illi honoris particularares renunciari non potest, vt in. d. c. si diligenter facit, quod dicit notabiliter Inno. in. c. accedentibus de priuileg. quod priuilegio honorabili ecclesię non possent omnes de ecclesia renunciare, sequitur Abb. in. c. pro illorum de præb. & in. c. c. accessissent, de consti. & ibi Moder. ita neq; Cardinales possent hoc inducere.

Quæstio

RE. DE IMPET.BEN.VAC.PER OBI.IAMI.CAR. CXIX

¶ Quæstio Vigesimoctava.

VIGESIMO OCTAVO Quero, tñ cōsensus Card. possit interuenire post **¶ SOLVIT O.** Colligitur ex his, quę lat. ponit post alios q. l. si quis mihi bona. q. iussum de aqua. hę & latius Brunus in tract. formę. in rit. de impletō, & obseruan- tia form. & col. xxii. vbi dicit agitur, an actus sit nullus, & tunc consensus ex interuello non validat, an vero sit in suspensiō, & tunc validat. Ex quorum dictis super hoc pūcto magna posset disputatio compōdis: Nam plura etiā pro, & contrā, in simili. q. scribit Rochus Cur- tius in tract. iu. pat. in verbo pro eo, qd de dioecesi consensu, &c. in .iii. q. ¶ Sed omnibus dimissis quoq; præsente. q. concludo sic, qd consensus Cardinalis non requiritur de stilo curię tempore data, & sic a principio, sed sufficit, qd tempore expeditionis literarum interueniat: Nam de consensu Cardinalis non debet in literis fieri de nomine, & tit. ex quorum expressione familiaritas colligif. fieri tentio. Sed sufficit, qd de dicto consensu Cardinalis per eius scripturam fiat in cancellaria fides & ita hodiē practicatur. Et ista practica hodie ponitur in illo approbatō libro prouinciali ecclesiastri, quem Moderni practicam can- cellaria vocant, in rubrica de vacantibus referuntis versi, item quando confertur beneficiū, fol. lxxxiii.

¶ Quæstio Vigesimalēna.

VIGESIMONONO Quero, tñ quid si anteq; Cardinalis existeret consensum, secundus imperat cum consensu Cardinalis, deinde primus imperat, & obinet post secundam imperationē consensum, nunquid prima, an secunda imperatio valitat? **¶ SOLVIT O.** Glosator hic col. fi. versi. sed vidi dubitari ponit. q. in terminis, sed in effectu nescit quid dicat. Ex ideo dico sic, quia ex quo cōsensus Cardinalis non requiritur tempore imperationis, sed sufficit, qd de eo tempore expeditionis literarum fiat in cancellaria fides, ut dictum est in proxima superiori. q. primus imperans numerus est in mora, nisi quando bullas suas voluerit expedire, tunc enim sufficit, qd fiaret consensu fides. Nec tex. in .c. si pro te, hic allegatus per Glosatorem, facit ad propositum, quia ille tex. loquitur in gratia conditionali, & casus noster loquitur in gratia pura: Nam licet imperans debat habere consensum Cardinalis, propter hoc a principio gratia non est nulla, neq; est conditionalis, sed est pura, licet resolutibilis in euentum, qd imperans non habet consensum, & tunc non, nisi in iudicio contendatur, & opponatur de ista regula. Magna igitur est differentia, an imperatio a principio sit conditionalis, vel pura, licet ex euenti resolutibilis, vt notabiliter declarando tex. in .d. c. si pro te, distinguit Oldra. in consil. cclxxv. incipit allegationes. col. si de quo tex. late disputat, in rep. l. si quis pro empore, numero. ccclxxviii. cum seq. ff. de visu cap.

¶ Quæstio Trigesima.

TRIGESIMO Quero, tñ quid si Cardinalis prouisio facta per papam, nung. voluit consentire, quid agendum imperant?

¶ SOLVIT O. Colligitur ex his, que dicit Abb. in consil. lxv. incipit quidam Raynaldus. vol. ii. in. iii. dubio. & in. c. nullus. de iu. pat. vbi concludit, qd tali casu recurrendum sit ad superiorē, qd consensum præstabit, vel actum sine consensu expedite statuet; pro quo plura allegant ibi Moder. in apostillis, que tanq; notoria omittant.

TEM Idem Dominus noster, ut improbi lites exquirerent um motus reprimantur: uoluit, statuit, & ordinauit, q̄ qui cung⁹ beneficium ecclesiasticum, tunc per annum, immediaſte ræcedentem, pacifice possessum, & quod certo modo uacare prætenat, deinceps impetraverit: Nomen, gradum, & nobilitatē possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possedit, & specificam, & determininatam, ex qua clare constare poterit, q̄ nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competit, causam, in huiusmodi impetratione ex primere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamq; extunc desuper infra annum usq; ad sententiam diffinitiūm inclusiue prosequi debeat, & teneatur; Alioquin impetratio prædicta, & quæcūq; inde sequuta, nullius existat firmitatis. Et idem impetrās de damnis, & interesse, possessorem prædictum propterea contingentibus, ei satisfacti, & si possessorem ipsum fruole, ac indebit molestas se repræcaus exiterit, quinquagnita florenos auri persoluere Camere Apostolice sit astrictus. Nec aliis, q̄ præmissæ uacationis modus, et p̄literas, si neutri, aut subrogationis, uel alias sibi, quoad hæc, ut huiusmodi beneficium ea uice consequi, uel obtinere ualeat, quomodo liber suffragetur, illudq; nullatenus in ante litigiosum propterea cœseatur.

DIVISIO REGVLÆ

REGULA Ita de annali possessore, & communī divisione, in duas partes principales diuidi solet: Nam prima pars regulæ reprimet motus non seruans formam regulæ, quos tribus penis castigat, & sic ista prima pars requirit, q̄ cuncta rite procedant. Secunda uero pars, q̄uæ incipit ibi, & si possessorem ipsum, &c. observationem forme non concerit, sed regula, q̄d impetrationis, & si iustitiam, quam si possessor repertus fuerit non habere, tribus aliis, & diueris penis castigatur, q̄z qualiter procedant, & intelligatur, dicam inferius in ultimis questionibus. Sed propter ordinem procedendi secundum verba regulæ, causa clarioris intellectus, ego regulam istam in quatuor partes principales distribuendam duxi. Prima pars modum, & formam impetrationis concernit. Secunda tempus præfinit, infra quod possessor ad iudicium trahi debet. Tertia pars, causam prosequi usq; ad sententiam præcipit. Quarta poenas non seruantibus regulam apponit. Secunda ibi, & infra sex menses, &c. Tertia ibi causam, &c. Quarta ibi, alioquin. &c. Rursus prima pars in quatuor alias partibus subdividi posset, prout quatuor diuersa requirunt. In prima enim ibi, ut improbis finalis istius constitutionis ponitur. In secunda ibi, voluit, statuit, &c. qualitas possessionis, & possessoris, ac impetrationis genus ponitur. Tertia ibi, & quot annis &c. circa expressionem annorum ipsius possessoris ueratur. Quarta formam impetrationis docet ibi. Et specificam, &c. Rursus quarta principalis pars in tot particulas, quorū poenas varias continet, ut se patet subdividitur. Continet enim tres poenas ab aliis tribus superius positis, diuersas.

Sequar igitur modum divisionis secundum ordinem literarū in discutēdis dubiis, ut cuiuslibet facile sit, perspective textu, questionem, quam maluerit, inuenire. Sed non abs re erit, anteq; rem ipsam aggrediamur, pauca quedam prius de origine annalis præscriptionis istius regulæ præmittere.

Præfatio

¶ Præfatio originis regulæ de Annali.

Analis igitur possesso, & quæ virtute istius regulæ, in beneficialibus, maximū iuris effectum inducit. Crum habuit a pluribus iuribus de annali possessione loquentibus, allegatis per glosam in cap. plerisque de rescrip. & tex. in. §. si quis, finali, si de iniecti, int. do. & vasal. &c. que dispensavit annalum per annum possidentem, sciente, & no contradicente domino, inestitum præsumi debere, adeo, q̄ ex tali possessione, sine titulo contra dominum se defendere poterit, quem tex. ad hoc alleg. Genit. in cons. xiiii. in fi. col. concor. tex. in. c. i. §. Tertius, si de feu. defuneti conten. sit inter do. & agna. & in. c. i. quo tex. pore miles. cum aliis iuribus ibi in glos. allegatis. Quæ iura omnia cum in feudo loquantur, q̄t̄d beneficium quoddam dicitur, gaudium capienti tribuens, ut dicit tex. in. ca. i. §. in primis, in quib. cau. feu. amit. certe potuerunt dare et causam, ut ad similitudinem illorum iurium de annali possessione, in materia feudali loquuntur, ista regula constituuerent. ¶ Nā dispositio loquens de feudis in beneficis ecclesiasticis trahit, & procedit, vt late probat Decius in cons. lxxvi. Et latius dicā in regula de trienali, q. iii. & ex definitione beneficii ecclasiastici manifeste appetat, quæ quidem diff. nitio, eadē est cum illa feudi, ut scribit Abb. in. c. i. in penult. not. de commod. & in. c. ad audientiam, in ultimo notabili. de prescrip. & sequuntur omnes post eundem Abb. in rub. de rescrip. ¶ Et non solum in materia feudal, sed etiam in pluribus locis iuris, annale tempus, plurimum iuris fomentum habet, ut patet in. c. plerisque de rescrip. & in. §. si quis autem non implens, in authen. de hære. & fal. & in c. si seruens, el. ii. liiii. dist. & in. c. cursus, cum seq. xi. q. iii. cum aliis concor. quæ pro annali præscriptione Dynus, & Moder. in suis tracta. præscriptionum tradiderunt. Hinc est, q̄ mancipia dicuntur vetera, quæ post annum seruunt, noua vero, quæ infra annum I. si. q. quotiens ff. de public. Imol. in. c. fin. col. penulti. de feu. Sicut etiam nuptia nouae appellantur, quæ infra annum celebrantur, ut dicit Archid. in. c. i. xxv. q. viii. ¶ Et licet de iure comuni passim, prout etiam in ista regula, annalis per se sibi favorabilis possessoribus sit. Imperator tam in. I. C. de anna. excep. ut odiosam, & difficultatibus plenam sustulit, cam tantum quoad res Italicas intactam dimittens. Sed ille casus ad propositum nostrę possessionis non pertinet, cum ista non sit proprie præscriptio, sed potius quedam exceptio magis igitur conuenienti hic iura illa, quæ in materia feudorum superiorius allegata sunt. ¶ Ex quorum ratione, ut creditur, Eugenius quartus, primus istius regulæ author, hanc regulam condidit. Illa tamen in multis discordat ab ista moderna, & est magis copiosa in verbis, & proprietate maiorem lucem, & acuitatis argumentum præstat isti modernæ regulæ, ut in progressu operis apparebit. Cuius quidem Eugenianæ regulæ, verba hic describere voleam, ne quid antiquitatis penitus ignoretur, quæ adnotabuntur, cum res ipsa postulabit. Vnum vero sciendum est, quod licet predecessoris Eugenii in specie regulam annalem non ediderint, Benedictus tamen Decimus tertius vobis fuit, in quadam regula sua, aliquid ad istam regulam pertinens, terigit. Nam in vna regula voluit, q̄ si quis beneficium specialiter referat, & illud per annum detentum fuerit, impetratio huiusmodi, nisi in eadē de detentione, & tempore huiusmodi mentio fiat, viribus non subsisteret. Hoc autem cum verbis istius regulæ in principio concordat. Et licet Eugenius indistincte regulam edidit, ea forma, quæ inferius describitur, quæ parum a nostra moderna, quæ vixit differit. ¶ Tamen Nicolaus V. primus omnium istam regulam, cum illis eisdem verbis, quibus nostris modernis scripta est, edidit. A qua succeſſores omnes de verbo ad verbum transcriperunt, excepto, quod loco illorum verborum, causamq; desuper infra annum prosequi debeat, &c. hic posita, ponuntur ibi hæc verba, causamq; desuper infra conuenientia (prout illius iudex habeat arbitrii) tempora, prosequi debeat, & teneatur. Illa tamen Eugenii longe plura continent verba. De quibus Benedictus nullam mentionem fecit. Sed ut res ipsa oculis contempletur, verba regulæ Eugenii submittit. ¶ Item voluit, statuit, & ordinauit, quid, quicunque impetraverit beneficium ab aliquo, per vnum annum pacifice possatum, in sua impetratione, possessorem, & illius gradum, nobilitatem, & quorū annis possederit, causamq; specificam, & determininatam, ex qua clare constiterit, possessori nullum ius competrere, ex primere, & qui prius beneficia ferat, alios sic possessa a sede apostolica impetraverunt, et si super hoc literæ apostolice nondum emanarunt, a die date præsentium, & qui deinceps similiter impetrabunt, a die impetrationis eiusdem computandos, infra sex

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

menses, cum possessore de iure experiri possessorum coram judge competenti citari faciendo teneantur, causam extinc continue prosequendo. Alicquin impetrario, & inde se cura, sicut nulla. Ac impetrans de damnis, & interesse satisfaciat possessori. Quanquam si per euentu nilitis competum fuerit, impetrantem fruole, iniuste, & indebit possessorum molestia, idem impetrans camere Apostolicae in quinquaginta florenos auri, nullatenus remittendos, nihilominus condemnatus, & obligatus, & ad beneficia huiuscmodi obtainenda inhabilis existat. Nec beneficium aliquod ceseatur litigiosum, vel ex lite affectum, si actor infra annum a die data commissionis desiper signat computandum, omnia iura sua non produixerit. Nec omnes termini in causa seruati fuerint, ipse que beneficio per cessionem, vel decessum extra Romanam curiam vacante, ille, ad quem alias dispositio spectabit, de illo libere disponere, seu apostolicus expectans illud acceptare possint, ite pendente huiusmodi dicioni obstante. Hec Eugenius. Reliquum est (quod ad regulam istam fertinere videbatur) praerogativum describere, & effectum primi numeri, quem veteres monademi, alii vni tamen appellauerunt. Verum cum de illius dignitate, & effectu diffuse fatis differant Iudeus Clitoneus in eo libro, quem de mistica numerorum ratione scripsit, & Gregorius Veterus in Armonia mundi, cap. viii, quinti toni, & magister Bernardus de Bustis in secunda parte Rosarii, sermone. xxxiiii. in re fruic la tempus cetererent nec curauit.

Summarium Questionum Regulae de Annali possesso.

- Primo quarto circa primam partem istius regulæ, an verba ista regulæ, ibi, ut improbi &c. inducant causam finaliæ istius dispositionis.
- Secundo quero, numquid co ipso, qd quis impetrat beneficiu annalis possessoris, & cum ad iudicium trahit, dicatur improbus, vel iniustus, litigatcr.
- Tertio quarto, ibi, quicunq; &c. an quilibet inhabili, etiam hereticus, scrupans contenta in ista regula, possit impetrare beneficium annalis p offisscri.
- Quarto quarto, vtrum regula ista per solam eius allegoricem annullet ipso iure gratiam impetrantis, sicut lex communis, absq; aliqua producere ne in actis facienda.
- Quinto quarto, quid si prima instatia no fuit oppositum de ista regula, sed opponit in secunda, utrum annulabat ipsetratio, & acta facta in prima instatia, in qua tac no fuit oppositum.
- Sexto quarto, numquid ista regula super dispensationis in ea inducat, seu configat formam.
- Septimo quero, p; dispensatio, qd ista regula inducat formam, utrum possessores annales, in quicunque fauore, ejus fauori renunciare possint.
- Octavo quarto, que est ratio, quare regula ista annalis definiens possessorum etiam absq; titulum, & triennialis regula non defendat, nisi habentem salientem loratum titulum, cuius tamen contraria videbatur dictum; nam ex quo annalis possessor est modici temperis magis in ea videbatur requiri titulus bonus, saltet coloratus, qd in triennali, ut sic modi citas tuis per adiumentum tituli suppleretur, non ita in triennali possessione, que ratione longioris temporis sine aliquo titulo, magis sufficeret posset, qd est igit ratio ranta diversitatis.
- Nono queritur, numquid ista regula debet seruari extra curia coram legato, vel ordinario.
- Decimo quarto, an ista regula habeat locum in impetrante gratiam motu proprio.
- Vndeclimo quero, an ista regula de annali obster impetranti habenti forte mandatum de prouidendo ad monasterium monialium ad quod soler p electione, & confirmatione assunt.
- Duodecimo quarto, an impetranti beneficium contra capitulum alicius ecclesie possessorum annalem, obster ista regula.
- Decimotertio quero nunquid ista regula procedat contra impetrantem, qui ad effectum, vt contra eum de ista regula excipi non posset, ante suam impetrationem possessorum, ipsum ante completum annum a possessione deiici curauit.
- Decimoquarto quero, an impetrans impeditus per possessorum annalem quominus causam expediret infra annum excusetur a penitentia regulae.
- Decimquinto quero, an derogatio regule facta in commissione directa primo auditori, iure ipsius impetrantem quoad gratiam subrogationis, vel si neutri, impetratam coram secundo auditori in secunda instantia.
- Decimsexto quarto, numquid impetrans impugnans possessionem annalem possit postea eam approbare, opponendo de regula contra ius tertii.

Decimoseptimo

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXI

- Decimoseptimo quero, dicitur hic quicquid beneficiu &c. quid si aliquis impetraret officium alicuius annalis possessoris, puta scriptoris apostoli, vel alicui simile, nūquid obster regla. Decimoctavo quero, an regula ista peccat in oib; bñficiis et curatis, an vero simplicibus. Decimono uno quarto, an habeat locum ista regula in episcopatibus.
- Vigesimo quero, an habeat locum ista regula in administratione perpetua data per testatum, aut in altariis, seu oratoriis.
- Vigesimoprimo quero, an regula ista habeat locum in positione pensionis impositæ sui beneficio per annum possesso.
- Vigesimosecundo quero, an regula ista locum habeat in hospitali.
- Vigesimotertio quero, nūquid exceptione istius regule possit uti, detinens beneficium reservatum.
- Vigesimoquarto quero, an procedat regula in beneficiis consistorialibus.
- Vigesimoquinto quero, vtrum Titulus possidens per annum pacifice unum beneficium, ut unum possit uti exceptione istius regule contra impetrantem dictum beneficium unitum in titulum, & tanq; de per se.
- Vigesimosexto quero, an regula ista procedat in beneficio commendato.
- Vigesimoseptimo quero, an in beneficiis iuri patronatus laicorum vendicet sibi locum regula.
- Vigesimoctavo quero, an regula habeat locum in imperatione gratia si neutr.
babiliter ignoret, vt in. c. pastoralis. de fide instru. Ex quibus inferebat Dominus Mercurius,
q' non poterat in secunda instantia excipi de ista regula, vel si exciperetur de ea, q' non re-
uocarentur acta prima instantiae, nisi ex nouiter deducitis. Pro quo facit decisi. Egidii. ccccxi.
Maxime quia regulæ istæ Cancelarie, quoad istum effectum, vt nō ligent ante productio-
nem, dicuntur constitutiones speciales, vt dicit Pet. de Ancha. consil. cccxii. Et ideo non li-
gant manum iudicis, nisi producantur: & per consequens acta, & sententia primæ instantiae
contra regulam non productam debuissent valere.
C Tamen istis non obstantibus, Rota tenuit, quod superioris dictum est. Quia decisio non
solum procedit, quando opponitur de regula in secunda instantia causæ principalis, sed

COMEN.R.P.D. LUDOVICI GOMES.

etiam si opponatur de regula in causa restitutionis in integrum, aduersus sententiam latam contra possessorem annalem, ¶ Ut iudicauit Rota in una Tude, coram me de mense Februario M.D. xxxiiii. Et hoc idem dixerunt domini in eadem causa de regula, xxix, de commissariis causarum factis, literis non expeditis, vt, videlicet, possit opponi de illa regula excipi in causa restitutionis per predictas rationes. Et idem dixerit domini in una Massilientis canonici, & praebeat, coram me de mense Decembri M.D. xxxv. In qua oppositum fuit, de ista regula annuali per condonatum in termino sententiae declaratoriae sententia contra ipsum, cui furcata intimata executoriales, & voluerunt sententiam retro esse nullam. ¶ Erat ad dictum Alexan. allegatum per Mercurium in d. auth. iubemus, responderetur Domini, qd loquitur in termino probatorio viuis instantie, non autem loquitur in diversa instantia, vt est causa appellationis, quia dictum illius non esset verius propter doctrinas predictas. Vel dictum Alex. procedit, vbi constaret de malitia possessoris insolenti in prima instantia opponere, ad effectum magis grauandi partem in expensis, & annullatione actorum. Quo casu doctrina Bar. in d. l. ita demum, & Abb. in d. c. i. de except. cujus alii allegatis, non procederet, vt notabiliter probat And. Sicul. in consil. xxxv. incip. in minimis. in ii. col. lib. iii. & Fely. in c. ad audiencia. el. ii. de rescr. ¶ Et ista oia predictum, et si annualis per se secessit, qui de regula excipit, fuisset cōdenatus per primā suam, que transiit in re iudicata, & decreta contra illū fuisset brachium seculare, & usolasset sequestrum: Nam non obstante tali violatione posset exceptione istius regulae iuuari, et si per violationem predicti sequestri perdiditer illis in beneficio. Ita conclusit hodie Rota, que est prima Iulii M.D. xxxviii. in una Nullius abbatis coram Reuteret. D. Joan. Paulo Ptolomeo, ratio decisionis fuit, quia ista regula annulat imperationem factam, & inde secura quecumq; & sic annulat ipsam sententiam, & secura ex ipsa sententia, id est, sequestrum, quod est sequestrum. Ita qd violatio sequestri non impedit exceptionem regule. Est bene verum, qd licet nullum esset sequestrum propter decreeum istius regule, tamen violans illud punitur, quia iure suo est priuatus, vt dicit decisi. ii. de sequest. poss. & fruct. in antiquiori. & ideo pars quicquid contra quem datur de regula poterit nouiter impetrare dictum beneficium vacas pretextu huius violationis. Et ita in eadem causa tenet Rota die, xvi. Novembris M.D. xxxix. coram eodem. D. Io. Paulo.

Quæstio Sexta.

S E X T O Quero, tñ nunquid ista regula super dispositis in ea inducat, seu contineat formam? **C S O L V T I O.** Ista quæstio deseruit ad multa, quæ in sequentibus quæstionibus dicenda occurruunt: Et ideo sine disputatione dicas, quod sic: quod multis modis probatur. ¶ Primo, quia ista regula inducit nullitatem actus. Vbicunque igitur aliqua constitutio procedit, irritando actum, illa constitutio dicitur continere formam, vt est bonus tex. in c. si capitulo, de concessi. præbend. lib. vi. iuncto. c. dilectus. ii. de præbend. & tradit Bal. & Moderni omnes in l. i. ff. de libe. & posthu. & est glo. in l. fina. C. de ven. re. ciui lib. xi. Facit tex. in capitul. quia propter de electio. & in c. Pifahis. de restitu. spoliato. cum concor. vt scribit Alexan. in d. l. i. & in l. hac confutissima. C. qui testa. face. poss. & las. in l. non dubium. in v. colum. C. de legib. & ante ipsos Roma. consil. lxvi. ¶ Secundo, quia ista regula imponit poenam pecuniariam. Et vbi talis pena apponitur, dato, qd de annulatione actus nihil dicatur, forma inducitur, vt dicit Bal. in auth. qui semel. in antepenult. col. C. quomo. & quando iud. & tradit Bar. & omnes Moderni in l. prætor. §. i. ff. de ope. no. nunci. & est glo. in uerbo tertiam. & ibi notat Bal. in capitul. i. de mili. vasal. qui contur. est. & glo. in uerb. tertio. in clemen. i. de vi. & hone. cleri. notat Joan. And. in c. extuta. de cleri. non res. & Anto. de But. in c. præterea. de dilatio. ¶ Tertio, quia ista regula tradit tres lenitatem, quæ non sunt inducæ a iure communni. Ergo ex hoc datur intelligi, quod continet formam, iuxta tradita per Pet. de Ancha. in consil. xxxv. Visa quadam. & idem in consil. vi. incip. Viso themate. in. ii. col. & concor. Signorel. in consil. clvi. in processu. in secunda col. ¶ Quarto, quia ista regula dat imperanti modum procedendi. Ergo inducit formam, vt in c. qualiter. el. secundo. & ibi Fely. de accusa. & las. in l. ii. §. prius. ff. de uulg. & pupi. & solet allegari tex. in c. quia propter de electione. ¶ Quinto, quia regula ista apponit tēpus faciendi actū, quo casu per hoc inducitur forma, vt dicunt Bal. & Saly. in authen.

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXVII

in authen. quæ supplicatio, per illum textum, C. de preci. Impe. effe. Licet huic dicto videtur aduersari Alexan. in l. prima. in principio C. de iudic. tamen concordari possint dicta eorum ex iis, quæ tradit Abb. in consilio. xcii. statuto. in fi. lib. i. ¶ Ultimohie videatur inducta forma, ex eo, tñ quia dispositio istius regulæ non solum concernit interesse priuatum, sed commodum, & bonum publicum, vt patet ex processu, & ex poena applicata a fisco, quo casu, forma dicitur induci, adeo, quod consensus partium nihil operatur, vt in l. priuatorum. C. de pact. & probatur assumptum in l. iii. ff. de re militari. Ex quibus omnibus appetet resolutio istius quæstionis, quæ potest esse utilitas ad multa.

Quæstio Septima.

S E P T I M O Quero, tñ praesupposito, qd ista regula inducere formam, utrum possessores annales, in quorum fauorem inducta est regula, possint eius fauori renunciare? **C S O L V T I O.** Quidam antiqui tenuerunt, quod sic, vt refert Joan. Aloisius Tuscanus Mediolanensis, olim aduocatus e. diuini, in primo volumine consiliorum. fol. xvii. Tamen pro vera intelligentia istius quæstionis, Ego considero duos casus. Primus est, in tacita renunciatione, quæ resultat ex omissione exceptionis istius regulæ, possessor competens contra impetrantem, & ita renunciatione tacita potest fieri dupliciter, aut non producendo regulam, ut eam producendo, & probationes annualis possessor omittendo: Nam non sufficit, quod possessor excipiat de regula in actis, nisi probet se suis possessorum annalem, vt ei cōpetat exceptio. Neque etiam sufficit per testes probare, se esse annalem possessorum, nisi etiam regulari in actis producatur, & allegetur. Itaque pars sunt, vel non producere regulam, & non probare possessionem annalem. Iste igitur casibus tacite potest possessor fauori suo renunciare, sicut de iuramento calumniae diciunt in cap. primo, de iura. calum. lib. vi. ¶ Et ideo sententia lata contra poss. sc. rem annalem, qd non opponenter de regula, ut non probantem se esse annalem possessorum valeret, iusta ea, qd. sicut dicit Fely. in capitulo primo. de re iudi. & dixi superius in alia quæstione. ¶ Secundus casus est in expressa renunciatione, & ista expressa renunciatione potest etiam fieri, dupliciter, videlicet, ante productionem istius regulæ, vel post. Et utroq; casu esse dubium, si valeret renunciatione expressa. Et posito, quod sic: nunquid possit postea iudex possessor probare uolentem repellere, a probatione facienda super annuali possessione, sub processu, quia renunciavit, & quid si post factam renunciationem, de non viendo, regula producta, possessor renuncians probet se annalem, quia probatione vi non potest stanze renunciatione, an tali casu iudex ex officio possit repellere ipsum impetrantem. Videamus igitur de omnibus istis.

¶ Circa primum est aduentum, quod durae sunt partes regulæ principales. Prima, quæ dirat usque ibi. Et si possessorum ipsum, & cetera. Et ista pars concernit interesse priuatum partis. Et ita in illa prima parte ponuntur tres poenæ introductæ in fauorem possessorum. Et puto, qd quoad illas poenæ, anteq; impetrans, inciderit in secundam partem, qd possessores possint renunciare, argu. c. statut. §. in nullo. de rescr. lib. vi. & l. filio. ff. de iniusto rup. & l. penul. C. de pact. Et hoc casu puto, qd si de tali renunciatione regule cōstarer in actis, qd iudex possit repellere possessorum a probando annalem possessionem, obstante renunciatione, tñ quia iudex potest repellere actum frustratorum, vt l. vbi pactum. C. de tractat. & dixi superius in quarta questione.

¶ Sed quoad secundam partem regulæ, videlicet, quando impetrans per euentum litis, in iudicium fuit calumniosus molestator, qui ob eam causam in alias tres diversas poenæ hic in postis incidit. Tali casu, quia dixi poenæ concernunt commodum, & interesse publicum, possessor non possit isti regulæ renunciare, vt in d. §. in nullo. De quo tamen late dixerunt Moderni in tract. de forma. cap. quis possit dare, & tollere formam. fol. xviii. col. iii. & in c. de potentia formæ. fol. lx. in iii. col. Et isto secundo casu, si iudicis ex probationibus, & ait, etis constaret, nullum ipsi impetrati ius competere, sed iniuste, & friuale possessorum ipsum annalem molestasse, licet possessor renunciatur, vt exceptione regula iam in actis processu. & ex quo tamen publice interest calumniosos, & iniustos litigantes repellere, vt in d. dicitur, tñ ex quo tamen publice interest calumniosos, & iniustos litigantes repellere, vt in clemen. i. de re iudi. possit iudex impetrantem ipsum puniri, & iuxta notata per Inno. in c. i. de offi. vi. & Bal. in l. i. C. quo. & qd iu. in fi. & in l. ii. §. sed qd. C. de iur. calum. & not. Bar. in l.

COMMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

athletas & calumniator. ff. de his, qui no. inf. & dixi aliquid supra questione quarta. Et quod possit iudex ex officio suo, eo casu, quo sibi constat de annali possessione improbos impetrantes repellere, videatur sentire Bar. in simili in. l. properandum, in principi, ueris, sed uidi. C. de iudi. Sequuntur Moderni Asteni. in repeti. cle. sape. in decima septima colti. de uerbo, significatione, facit bene tex. in capit. nonnulli. in principi, & capit. si. de rescrip. Stat ergo conclusio, quod post probatam annalem possessionem, & regulam productam non possunt partes tacite, vel expresse huius regulae renunciare. Ratio generalis est, quia ex quo ista regula est addita ad tollendas, & puniendas calumniosas lites, per hoc dicitur concernere principaliter utilitatem publicam, & ideo renunciari non potest, ut in terminis nisi dicit Bar. in dicta. l. properandum, & Barba. consil. lvi. in octaua, & nona colum. lib. secundo. considerato textu illius. l. & sequitur Decius in ca. de causis, colum. ii. de offic. deleg. Et ita hodie vigesima Nouembris M. D. XXXVI. in simili casu concluserunt Domini in vna Roma. pecuniaria, cor. R. D. Jo. Paulo Prolo. pro Francisco Flores, contra Andream de Nouaria, uolentes Franciscum Flores non potuisse renunciare regulae, de non appellando ante diffinituam sententiam. Ex quo in procēmio illius regulae papa exordiuit se illam constitutionem fecisse, ut litibus finem imponerer, quæ uerba secundum Rotā videntur, & principaliter interesse publicum concernere, cui per dictum Frāscum, contra quem erat producta, renunciari non potuit.

Quæstio Octaua.

OCTAVO Quero, † quæ est ratio, quare regula ista annalis defendit possessore etiam absque titulo, & triennalis regula non defendit, nisi habentem saltem coloratum titulum. Cuius tamen cōtrarium videbatur dicendum: Nam ex quo annalis possessor est modicū temporis, magis in ea videbatur requiri titulus bonus, salē coloratus, q̄ in triennali, vt sic modicitas temporis per adiumentum tituli suppleretur. Non ita in triennali possitio ne, que ratione longioris temporis, sine aliquo titulo magis sustineri posset: quæ igitur est ratio tantæ diuersitatibz?

SOLV TIO. Regula ista annalis fauer possessoribus, & est inducta in odio impenetrantium, ut ex eius principio appareat. Et ita Rota interpretatione longius tenuit. Triennalis vero regula non fauer possessoribus: propterea requirit titulum. Sed ad huc reincidentium in idem, quare magis annalis regula fauer possessoribus, q̄ triennalis, cu deboret esse contrarium, vt plus possidens, plus habet fauoris: Presertim cum annalis exceptio sit odiosa respectu excipientis possessoris, vt pater in. l. i. C. de anna. excep.

Respondeo data paritate possessionis sine titulo, magis fauendum fuit annali, q̄ triennali: Quia ille minus delinquit percipiendo fructus sine titulo. At triennali ex hoc grauiorem causam sibi constituit, ex perferuerantia longioris temporis. † Quia tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam definent alligatum, capit. fina. de consuetu, & ideo necessarius fuit titulus. Sed hoc non reluat, quia etiam annalis possessor sine titulo non deberet per annum, nec per mensem in peccato tollerari. Et ideo qua ratione titulum in triennali exigimus, in annali saltem coloratum exigere deberemus. Et odio impenetrantium non debet esse tanti, vt detentorem annalem cum peccato defendere.

Quid igitur causa fuit, tam diuersi instituti, & contraria dispositionis? Respondeo, quod diuersitas est in hoc, quia annali possessor non fauer regula propter se principaliter, sed propter negligentiam impetrantis. Nam alias non data negligentia impetrantis, annalis possessio nullum fauorem tribuit possessori, cum in potestate ciuislibet sit, impetrare quando vult, & seruare contenta in ista regula, & seruando ea, tunc annalis possessor non iurat possidentem sine titulo, quominus condencetur impetranti in fructibus, & expensis, cum adjudicatione beneficii. Vbi vero impetrans negligit ea seruare, que hic continentur, ipse sibi nocet, & causam damni dat, ut dicitur in. l. Imperatores. ff. de iure fisci. & tali casu punitur, vt molestator. Non igitur ex hoc acquiritur annali possessor aliquod ius, seu prīuilegium, nisi quod regula punit impetrantem negligentem. Per hoc tandem non excluditur aliis, & aliis impetrans, qui seruata regula possit ipsum annalem possessorem conuenire, & rationem sue iustæ possessionis querere. † Nam vnius non seruantis regulam ignavia, & negligentia non nocet alteri impetranti seruanti regulam.

Itaq;

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXVIII

Itaq; ad ultimum annalis possessor, si non habet titulum, luci poenas, succurbit, & excludeatur. Sed in regula triennali alia ratio concurredit, Quia illa regula suspendit gratiam factam, & etiam nouiter impetrantes post triennium excludit, & triennalem possessorum totu tempore vita sua defendit, ac tuerit, adeo, q̄ uno excluso, alius impetrans non admittitur, sed omnes pariter triennali possessore uiuente excluduntur. Itaque triennalis possessor, hoc medio, securus uisit, & sine molestia fruic. Sed in ista regula de annali, omnia ista cessant, quia tantum annullat gratiam non seruantis regulam, non alterius. Triennalis uero omnium etiam non negligentium gratias suspendit. ¶ Posset tamen, & alia facilior ratio differentia inter utrasque regulas assignari. † Nam in ista regula de annali ideo non requirit titulus, sed sola possessio, ex eo, quia regula annullat ipso iure gratiam impetrantis, non seruantis regulam, & reducit titulum a non titulum, propter odium, quod habet contra impetrantem certo modo beneficium uiuentis annali possessoris. Itaque cum impetrans reperiatur medio exceptionis istius regulæ exclusus, & nudus, propter annulationem tituli, quæ inducitur propter decretū itinantis regulæ, æquum erat, possessorum etiam nullum titulum habentem, & nihil adhuc probantem in pari causa absolvi debere, iuxta. c. si. de iure iuram. & l. fi. C. de rei uend. quia in pari causa deficitis tituli possessori debemus, magis, q̄ actori fauere, vt dicit tex. in. c. in pari. de reg. iur. lib. vi. Sed in regula de triennali Papa non annullat ipso iure, sed tantum impetrationem suspendit, licet possessori triennali, exceptionem regulæ contra omnes impetrantes perpetuo tribuat, non tamen, ut dixi, annullat titulum impe. ranti. Et quia iniquum uidetur, q̄ triennalis possessor sine titulo saltem colorato acquireret exceptionem tantæ uitutis, contra habentem titulum bonum, ideo Papa uoluit, q̄ in dicta regula de triennali requireretur titulus saltem coloratus, vel presumptus. Qui, quidem, titulus coloratus, una cum triennali possessione, in penā negligentiae ipsius impetratis titulum, licet bonum, obumbraret, ac suspenderet. In regula igitur de triennali post exceptionem titulus impetratis bonus remanet, quis ope exceptionis ad uitam tantum triennalis possessoris suspendatur.

T¶ Sed ulterius queritur, quare magis Papa in ista regula de annali impetrantis gratiam annullare voluit, q̄ in regula de triennali: Ratio est, quia in regula de annali est imposita forma impetranti, quam si non seruat, presumunt improbus molestator, & ob eam causam gratia annullatur. Sed in regula de triennali non datur aliqua forma, sed apponitur tempus actioni, Vnde si aliquis est negligens in non agendo infra triennium, sibi debet imputari, si eius gratia obfuscatur, & iuspenditur in penam sua negligentiae. Damnum igitur, quod quis sua culpa sentit, sibi debet impunari, iuxta. c. damnum. de re iudi. lib. vi. Nec lex impositus sibi hanc penam, sed ip̄em ex negligentiā sua eam incurrit. Et quia illa negligentia non est dolosa, sicut illa, quam hic incurrit, impetrans regulam istam de annali non seruando, ideo istius gratia tanquam de doloso ip̄o iure annullatur. Illa uero eliditur tantum, nō quia lex uoluit ibi punire actorem, sed quia actor ita voluit, cum esset in facultate sua nolle excludi. Et ista sint dicta disputationis gratia, si quis tamen meliore rationem differentia inueniet, eam in medium proferat.

Quæstio Nona.

NONO Quæritur, † nunquid ista regula debeat seruari extra Curiam coram legato, vel ordinario?

SOLV TIO. Considerando rationem istius regulæ prohibentis molestari possedores annales, certe videtur tenendum, regulam ligare omnes etiam extra Curiam: quia licet dictum sit speciale, vbi rāmen ratio est generalis, attendit ratio, & nō dictum, vulg. l. regula. ff. de iuri. & fac. ignor. Et hac ratione Rota sape tenuit, regulam de infirmis resignantibus habere locū extra Curiam, vt ibi dictū fuit. Suadetur hoc etiam ex uerbis processus huius regulæ, ibi, vt improbi motus per quirentium lites reprimantur. &c. Nam ista ratio procēmio, quæ finalis est, militat tam in curia, q̄ extra quia vrobici improbi litigantium motus deprehenduntur. Et istud odium improbitatis, quod non aliunde prouenit, q̄ ex huiusmodi impetrationibus factis contra uiuentem possessorum annalem, militat tam in impetrationibus, quæ sumpta papa, q̄ a legato, vel ordinario extra curiam. Ergo deber fieri pariformis, & æqualis interpretatio: Nam ut fraudes cuiterunt, & lites iniustæ tollantur,

Y ii

regulæ, velleges, quæ alias essent restringendæ, late interpretari debent, ut ratiæ locum habent, ut dicit Decius de alia regula Cancellariae loquens, in consil. cccxcviii. in f. Et ibi refert sic fuisse iudicatum in Parlamento Francæ. ¶ Postremo facit, quia in prouisione ordinaria, & legati etiam motu proprio factis requirunt mentio coloratæ possessionis alterius, ut tener Abbas, & communiter docto. in capitulo. cum nostris de concessio, præbende. Sequitur Felyn, in cap. in nostra, in. xxix, corolla, de rescriptis. Latus allega. x. Et non solum in talibus imprecatiōibus requirunt mentio coloratæ, sed etiam possessoris de facto, ut tener Ioan. Andr. & Anto. in capitulo. penultimo, per illum tex. de præbend. & in. c. literas, de concess. præbend. Sed possessor annalis, aut est in dubio colorata, ut uoluit Felyn, in dicto capitulo, in nostra, in trigesimo sexto corre. & habemus intentum, aut est nuda possessio facti, & idem est dicendum, videlicet, quid debet de ea fieri mentio, & quia ex detentatione possessio arguitur, ut in capitulo secundo, ut lice pendent, tradit Iason in §. sita q. numero, 3 o. institu. de actio. Et quoad istum casum ista regula habetur concursum iuris communis.

¶ Prædictis tamen non obstantibus, contraria opinio videretur verior, & communior, pro qua adducitur argumentum efficax: quia ratio, quare pretermittit potest istam regulam magis curiales, q. exteros ligare, videretur esse, quia imprecatiō papa est imputandum, & ad malitiam, & dolum referendum, si non obseruat regulas ibi vigentes: Nam ex quo ibi publicantur a curialibus, sciri, & perquiri debent, argu. cap. i. de postula. præclaro. Sicut de extravaganti ibi nota, cuius ignorantia neminem excusat, tradunt Felyn. & Abbas in capitulo primo de re iudi. & in cap. pastoralis. de f. instrumento. Sed ista ratio cessat extra curiam:

3. ¶ Nam cum in curiis ordinariis, & legatorum rara huiusmodi regulæ ventilentur, neque publicentur, possunt probabilitate ignorari, iuxta tex. in capitulo. primo. de constitut. lib. vi. Et ideo imprecatiōes ab ordinario, non seruat ista regula, debent excusari. Alias uidetur nimis durum, & iniuria plenum, quod iuste ignorantes, & in partibus remotissimis habitantes, quia non didicerunt regulas Cancellariae, punientur tam grauibus, & acerbis poenis hic designatis, contra tex. in capitulo. secundo. de constitut. libro sexto. Quæ q. sint a sensu aliena, nemo non facile intelligit.

¶ Adiuuatur etiam hoc alia ratione secundum Modernos. Quia imprecatiō ab ordinario contra annalem possessorē, non uidetur ita damnanda, ut calumniofa, sicut illa, quæ obtineatur a papa, ideo minus punienda. Ratio est, quia ordinarius, quando confert imprecatiō beneficium annalis possessoris, iam habet, vel habere præsumitur certam notitiam, illius possessoris, cum visitare soleat singulis annis oves suas, & teneat titulos possessorum prescuratari, ut dicit tex. in capitulo. ordinarii. de offic. ordi. lib. vi. Et tradit Fely, in capitulo. ad aures. in. xiii. conclusione, de rescrip. Et ideo conferendo simpliciter alteri beneficiū præsumit annalem possessorē, tanquam titulum non habentem negligere, ex quo melius cognoscit personas sue diocesis, q. papa, ut dicit glo. in clemen. secunda. de offic. ordinarii. 4. Et propter hanc causam, ¶ nulla rescriptio etiam triennalis currit contra ordinariū, quo minus possit remouere possessorē carentem titulo, ut tradunt omnes, & ibi latius Fely. in cap. licet hec. de simo. & in. c. sicut. in. vi. colum. de re iudi. & est expressum in concilio Basiliensi, titulo de pacifi. poss. Et ideo imprecatiōes ab ordinario, propter istam rationem non præsumuntur molestat, nec improbus litigatur. Secus tamen erit dicendum in imprecatiō papa, qui præsumetur iniustus imprecatiō, & molestat, si non seruat istam regulam, ex eo, quia Papa in dubio non intendit concedere gratiam contra annalem possessorē, non facta mentione istius regulæ, Quia non habet, nec præsumitur habere, sicut ordinarii notitiam possessorum orbis terrarum, ob uarias occupationes rerum, propter quas multotiens non concedenda concedit, ut dicitur in capitulo. si aliquando. de senten. excommu. & in. l. prima. C. de peti. bo. sublatis. lib. x. & not. in capitulo. i. de constitut. lib. vi. Non enim visitat dioceses sicut episcopi, nec prescuratur titulos possidentiū, sicut ordinarius, ut dicit glosa in capitulo. statutum. de rescriptis. libro sexto. Et ideo in dubio intendit possessoribus fauere, etiam si in effectu essent detentores intrusi, quia papa in dubio iudicat potiorem esse causam possessoris. Cum igitur iustior, & certior, si iustitia imprecatiōis ab ordinario, q. a papa, & diversa ratio inter eos militat, merito in hac regula pecuniali, dicendum est, diuersum debere censeri ius. Et forte ista ratione voluit Glosator in regula. xix. de idiomate. illam regulam non habere locum in ordinario. ¶ Sed aduentum

tendum est, quia ratio ista morderi potest: Nam licet ordinarius titulos possessoris beneficiorum in diocesi sua existentium quādō vacant scire possit, non tamen scire præsumitur uacationes aliorum beneficiorum sui subditi possessoris annalis alibi contingentes, licet ille resultent ex facto possessoris annalis uiuentis, de quibus loquitur ista regula: Nani hic agitur de imprecatiōe beneficium uiuentis possessoris, Vnde si aliquis imprecat beneficium, ex eo, quia possessor annalis est execrabilis, hoc genus uacationis potest ignorari ita ab ordinario, sicut a Papa: ¶ quia cum sint facti, censentur ignota etiam a prudentiis, l. secunda. ff. de iur. & fac. igno. capi. i. de constitu. libro sexto. Nec visitatio ordinarii hoc detegere potest, cum possit possessor habere beneficia in variis dioceſibus, & ostendere titulum beneficium dioecesis ipsius uisitantis satisfaci ordinario. Alia uero beneficia alibi existit potest dissimilare, & sicea ordinarius ignorare potest, sicut papa. Ex quorum possessione ignota ordinario potest resultare incompatibilitas, quæ præstaret iustum imprecatiōis causam. ¶ Sic etiam si imprecatiō beneficium annalis possessoris per contractum matrimonii forte occulti, & incogniti ordinario, vel per simoniam. Nam in istis modis vancandi uerificantur uerba istius regulæ ibi certo modo, & tamen in istis ita potest decipi ordinarius, sicut papa. Nisi dicamus, q. ordinarius visitator potest subditum suum compellere etiam ad ostendendum omnes titulos beneficiorum suorum etiam alibi cōſistentium. Ex quibus resultare posset impedimentum aliquod ad reuinendum beneficium existens in dioecesi visitantis: Et hoc facere posset sub poena excommunicationis, quam in dubio non præsumitur quis incurrere velle. argu. l. f. C. ad leg. iuliam repe. Et ita per diligentem investigationem haberi potest notitia omnium beneficiorum ipsius subditi, quæ omnia celsant in Papa non visitante. Nec obstat, quod dictum est de imprecatiōne per contractum matrimonii occulti, vel per simoniam: Quia forte in illis vacationibus, per quas agitur ad priuationem, ista regula non procedit, ut latius dicetur inferioris in alia quæſitione. ¶ Præterea, q. ista regula non habeat locum extra Curiam, tenuit in specie quidam celebris Doctor antiquus Viuianus de Viuianis, aduocatus consistorialis, in quoddam suo consilio redito in causa Missinensis parochialis.

¶ Postremo pro ista opinione adduci potest alia ratio satis concludens: quia regula anti qua Eugenii Quarti, primi conditoris huius regulæ, expresse loquitur de imprecatiōe a se de Apostolica. Et omnia uerba illius regulæ nullo pacto possunt adaptari ad imprecatiōnem ab ordinario extra Curiam faciendam. Vnde ex quo ista regula moderna nihil addit ad illā Eugenii, sed simpliciter loquitur, debet intelligi, & declarari secundū illam antiquā, ut, videlicet, restringatur ad terminos tantum, in quibus antiqua regula loquitur: quia uulnatum est leges posteriores secundum antiquas restringi, & declarari debere, ut habetur in. l. non est nouum, cum. l. sequenti. ff. de legibus, & tradit late Roma, in consilio. cccxlv. incipien. Circa primum consultationis articulum, in penultima col. vbi multa iura ad hoc adducit, cum aliis concor. ut latissime scripsi in cap. primo. in glo. reuocare, de constitut. lib. sexto. Et licet ¶ aliquando lex antiqua recipiat declarationem a moderna, hoc procedit, quando lex antiqua obſcure, vel inuoluto loquitur, ut tradit Andr. Sicul. in capitulo super quæſitionum, in tertio notabili. de offic. deleg. Et ante ipsum Alexan. in consil. cviii. col. vi. vel. iii. Sic ecōtra, quando lex moderna generaliter loquitur potest declarari secundū antiquam, ne illam in dubio videatur corriger, quod fieri non debet, nisi expresse dicatur, iuxta. l. iubemus. C. de testa. & que latissime dixi in capitulo. i. de constitut. lib. vi. Nec obstat, quod Papa in ista moderna regula omiserit illa verba (a sede Apostolica imprecatiōnū) posita in regula antiqua. Ex quo videretur innuui voluisse, regulā istam modernam indistincte, & generaliter in quacunque imprecatiōne procedere, sive illa fiat ab ordinario, sive a Papa, argu. eorum, quæ dicit Rota in decisio. quinquagesima, titulo de rescrip. in antiqua. & decisione quinta. eodem titulo in antiquioribus, & reassumit Felyn. in capitulo. super literis. in. vii. colum. de rescrip. dum ibi volunt, q. quando papa in supplicatione potrecta, deler aliqua, videtur in omnibus aliis gratiam velle concedere. Sed ad hoc respondeatur, quod Papa in moderna regula deleuit illa uerba, quia non erunt necessaria. Ex quo per se quæ uerba regulæ satis colligebatur, eā loqui in imprecatiōibus apostolicis, quid mani festa colligitur ex genere pecuniae hic apposite: ¶ Nā papa iubet multari improbū imprecatiōē in quinquaginta florenis auri Camerę Apostolicę applicādis: Nam ista verba inferunt, loqui regulā de imprecatiōe in curia Ro. ab ipso Papa, non aut ab ordinario extra Curiam.

Et sic appareret, q̄ illa verba (a fede apostolica) posita in regula antiqua, non erant necessaria, sed potius superflua; cum hoc idem poterat ex aliis verbis regulæ comprehendendi. Et breuitas in legibus commendatur, vt tradit Gemi, in. c. si. in. v. notabili de verbo. sig. lib. vi. Et hoc etiam in ratione constitit, quia si papa volueret, regulam in ordinariis extra curiam habere locum, dixisset, iuxta vulg. c. ad audiendum, de deci. Et isto modo arguendi vtitur glo. in capitulo vt circa, in verbo adhaerentes. & in. c. cupientes. q̄ si vero, in verbo priuatur, & in. q̄. vel si personas, in verbo priuatur, & in. c. si forte in verbo restitueret, de elect. lib. vi. Praeterea quia uidemus regulam non habere locum in gratia motu proprio, vt dicam in sequenti. q. Et tamen gratia omnes ordinariorum censemur in dubio factæ motu proprio, vt tradit Fely. post alios, quos ibi allegar in. c. in nostra, in. xxix. corollario. de rescrip. & in. c. ad aures, in. xiii. conclu. co. tit. allegar Card. in cle. ii. de offi. vi. qui hoc testet. Ex quibus omnibus appetit istam opinionem satis esse æquam, & probabilem. Secundum quia ita iudicauit Rota coram R. D. Raynaldo Petruito, in vna Romana sancti Pauli, & Cesarei, in qua bis causa proposita, ita cōclusit die, xiiii. & xviii. Januarii. M. D. xxxviii.

Questio Decima.

DECIMO Quero, t̄ an ista regula habeat locum in impetrante gratiam motu proprio? **S**OLO VLTIO. Breuiter videtur prima facie dicendum, quod sic. Pro qua opinione inducit tex. in cle. i. q̄. si. quā ibi norat Car. in fi. de concef. præ. vbi tex. ille, qui loquitur in impetrante, habet locum in gratia motu proprio, ea ratione, ut litibus occurrat. Ad idē est tex. in extraug. sedes apostolica, Io. xxii. positā in tit. de preben. qui videtur loqui de impetrantibus, & tamen haber locum in gratiis motu proprio, cum in eisdē militet eadē ratio, ut late dicit ibi glo. in verbo. cōcessit. Postremo pro ista op̄. videtur tex. in. c. cū nostris, de concess. preben. secundum quod ibi declarat. Anto. Imol. & Abb. & communiter Moder. vbi est tex. q̄ imperatio non ualer non facta suetione de colorata possessione alterius, & tenet decisio. lxxviii. de rescrip. in anti. & tamen ille tex. procedit etiam si impretratio fuerit obtenta motu proprio, ut ibi dicunt predicti docto. sic est dicendum in ista regula: nam dato, q̄ in illa nulla fiat mentio de gratia motu proprio, tamen debet suppleri, & subintelligi per alia iura de materia loquenter. **S**ed predictis non obstantibus, contraria opinio videtur de iure prior, pro qua in primis ponderantur sunt illa uerba posita hic in regula (quicunq; impetraverit), quod quidem uerbum impetraverit, uere loquendo, ad gratiam motu proprio adaptari non potest, cum sint inter se longe diuersa, impetrare, aut motu proprio obtinere, ut est tex. quem ibi notat Bar. & alii in. l. i. circa fi. C. de peti. bo. subla. lib. x. t̄ Hinc est, q̄ prohibitus impetrare, non prohibetur consequi gratiam motu proprio, ut ibi dicitur, & tradunt Moderni in c. si motu proprio. de preben. lib. vi. Quod alia ratione suaderi potest, quia ille, qui impetrat in materia odiosa, præsumitur ambitiosus, & importunus, ut dicit Io. And. in. c. duobus. de rescrip. lib. vi. in nouel. per tex. in. c. quamuis. de preben. lib. vi. Adeo, q̄ papa uidetur portare per suggestionem ad impetrantis importunas preces, q̄ sponte sua gratiam concedere, quamobrem de tali impetrante male præsumitur, ut colligitur hic in uerbis processu. Sed hæc omnes præsumptiones malitia cestant in obtinente gratiam motu proprio, cui papa præsumitur potius ob eius meritum, q̄ ad eius importunam peritatem prouidere, ut dicit Bal. in. l. quod fauore. C. de legibus. & sequitur Io. de Platea, & Moderni in. d. l. i. Ideo talis impetrans non comprehenditur sub dispositione istius regulæ, quia talis non dicitur improbus, nec exquirit lites, ut dicit hæc regula. Habet ergo locum in casu suo, & non in obtinente gratiam motu proprio. Suadetur vterius ista opinio, quia ratio regulae non uidetur posse adaptari ad gratiam motu proprio, ex eo, quia non est præsumendum papam sponte sua, seu motu proprio uelle concedere illud, quod per istam regulam grauiſſime, ut illicitum castigavit. Regula enim ista improbat factum, & animum illius, qui impetrat scienter, & ex propenso beneficium uiuentis annalium possessoris, & tales pluribus poenit. hic cōtentus puniri. Sed clarum est, q̄ ista improbitas considerari non potest in eo, cui forte præter eius mentem, & scientiam papa motu proprio beneficium contulit, ergo in eo regula locum non habebit. Pro qua opinione conferunt ea, quā Ioan. de Ana. dicit

dicit in capitu, cum sit de iude, in. iii. notabili. Vbi concludit tex. illum de impetrante loquente non habere locum in gratia motu proprio, quia non est similis, eademq; ratio vtriusq; casus pariter etiam tex. in. l. iii. cum ibi notatis. f. q̄ quisq; iur. quæ loquitur de impetrantibus, secundum communem opinionem non procedit in gratia motu proprio, vt ibi norant omnes. Et tenendo ista partem, non obstant, quæ in contrarium adducta fuerunt. Primo tex. in. d. cle. i. q̄. si. cum aliis, quia ad illa iura vñica pater responsio, videlicet, q̄ promiscue, & indistincte loquuntur, nec apperunt, de qua impetratio papa intelligere. Itaq; ratio ibi posita potest ad utrumq; casum adaptari, quod cessat in casu nostro, vbi verba istius regulæ sunt clara de impetrante loquenter. **E**t q̄ ista regula in gratia motu proprio locum sibi non vendicet, probatur evidenti ratione: quia, vt in proxima questio ne conclusum fuit, illa regula non habet locum in ordinariis extra curiam; t̄ & tamen oēs ordinarii concedunt gratias motu proprio, vt ibi dixi ex dictis Card. in cle. si. de offi. ordi. & Fely. in. c. in nostra, in. xxix. corr. de rescrip. **E**t ista, quæ dicta sunt de plano procedunt in vera gratia motu proprio ex mera, & spontanea liberalitate principis emulati. Secus tam videtur dicendum in gratia motu proprii procurata, & per fauores obtenta, prout sepe fit: Nam tali casu possit teneri regulam talenti motum proprium comprehendere, cu in eo militet eadem ratio, quæ militat in gratia impetrata, pro quad distinctione est notabile dictum Card. in consil. cxlii. in fi. quem Moderni Mediolanenses sequuntur in ca. ii. in. ii. col. de rescrip. facit glo. in ver. liberalitates, in. l. fi. C. de fructi. & lit. expen. quæ vult, iuncto illo tex. p̄ gratia motu proprio si fiat ad impetratorem, non dicatur proprie gratia motu proprio, ideo. l. iii. ff. q̄ quisq; iur. quæ alias locum non habet in gratia motu proprio. Procedet tamen in ista gratia motu proprio procurata: Nam talis procurans huiusmodi gratiam deber reputari magis impróbūs, & ambitiosus, q̄ simpliciter, & ordinario iure impetrans, per ea, quæ tradit. in. q̄. sed & iste. inst. de actio. cum concor. vt late ibi scribo in. viii. col. Quidam accedit ea, quæ And. Sicut dixit in consil. lvii. incip. Praclare. in tercia columna, in primo volumine, & in consilio. lvi. incip. Et quidem, in prima col. co. lib. Faciunt ad hoc dicta las. in. l. si quis id quod, in. vi. col. ff. de iur. om. iur. & Petri And. Gamma. in tract. lega. q. xviii. lib. x. Et quod in notabili questione tradit Bar. in. l. si seruus communis. q̄ quod uero. ff. de fur. & Abb. post Inno. in alio casu in ca. sicut. el. iii. in. vi. col. de iure iur. t̄ Ex quibus omnibus resultat ista conclusio, q̄ procurans habet titulum, seu gratiam motu proprio, vt excludat alium, prout in casu nostro, in grauiori causa se constituit, q̄ impetrans debito, & regulari modo. **S**ed aduentandum est, q̄ ista distinctio non videtur tuta, cōeo, quia Rota non tenet illud consilium Card. prout vidi iudicatum bis tempore meo: quia sufficit, q̄ gratia sit motu proprio, licet fuerit procurata: quia non attendit quomodo quis gratiam obtinuit, sed qualiter uerba gratia sonant: Nam, ut inquit Saturi. Vide ueniat querit nemo, sed operetur habere. Alias rarissime gratia invenientur, quae possent dici motu proprio concessæ, cum Pontifices hodierni iam sponte sua non moueantur ad concedendas gratias motu proprio, nisi requisiti, & rogati, ut experientia docet, pulsantibus enim, & potentibus conceditur ille fauor, iuxta illud Euāgeliū Marci. vii. c. perite, & accipietis &c. Alias sequeretur absurdum, q̄ omnia iura loquenter de motu proprio essent hodie frustratoria, quod nō est dicendum, ut norat Fely. in. c. si q̄ col. fi. de rescrip. Et pro isto Rota stilo est notabilis deci. Bal. in. c. nisi specialis. in. i. col. ver. Pone in literis. & c. de offi. lega. quæ ibi multū cōmedat And. Sicut in. ii. column. num. 3. 3. & Fely. in. d. c. si quando. vbi Bal. in fortioribus terminis dicit, t̄ q̄ si in supplicatione concessa motu proprio dicatur. Supplicauit nobis talis &c. si tamen papa motu proprio concessit, nihilominus gratia erit motu proprio concessa, & non ad impetratorem, & operabitur uirtutem suam, ac si nihil de supplicatione dixisset. Ratio assignatur per And. Sicut ibi, quia concessiones apostolice sub duplice genere conceduntur, videlicet, uel ad infinitam, seu postulationem impetrantis, aut motu proprio c. si motu proprio. de pre. li. vi. Quidigitur unus supplicat, & in stat. q̄ papa ei concedat gratia eo modo, quo petiit, & papa in signatura sua non responderet, fiat, vt petiit, sed fiat motu proprio, & sic uult concedere gratiam magis præiugiatam, & pinguorem. q̄ ab eo petitur, videlicet, motu proprio, est signum, q̄ noluit concedere ad supplicationem impetrantis, sed ex suo motu proprio: quia concessio unius, est exclusio alterius, vt dicit Rota in antiquis titulis de rescrip. deci. l. & in antiquioribus deci. v. Nam ex quo plures sunt motus in

principiē dignosci non potest quis sit ille motus, nisi per eius verba in signatura expressa; Nam si intendit ad preces supplicantis gratiam concedere, & non sponste sua ille motus de tegiūt, per illa verba signaturæ, fiat, ut petitur. Sin autē intendit facere gratiam, propter meritū impetrantis ex motu mere liberalitatis, & nō propter petitionē impetrantis, tali casu respondit, fiat motu proprio; nam per hīdī signaturā datur nobis signum, q̄ papa propter preces motus nō fuit, sed propter meritū petentis. Secundū quē merita presumuntur, ut dixi, papam gratiam motu proprio concedere velle, & non ad petitionem suam, ut dicit Bal. in.d.l. quod fauore, quod est notandum. ¶ Et ideo si impetrans in supplicatione petata papa sibi gratiam motu proprio concedi, & papa in signatura non responderet fiat motu proprio, sed fiat, ut petitur, gratia non censetur facta motu proprio, licet in supplicatione hoc petatur, sed erit gratia facta ad postulationem. Nunq̄ igitur gratia dicetur motu proprio concessa, nisi papa hoc in sua signatura exprimat, & concedat. ¶ Et ita debent intelligi omnia iura de motu proprio loquentia. Et sic hodie practicatur in curia. Iste tamen filius, & dictum Bal. in.d.c. n̄iſi limitantur notabiliter procedere, quando princeps absq̄ petitione partis, ellē gratiam motu proprio concessurus. Secus si alias non concessisset; quia tali casu gratia censetur facta ad postulationem, licet papa in signatura dicat motu proprio. Ita notabiliter declarat illud dictum Bal. Decius in.c.cum.m.in.xiii.col.versi. sed addit, & in.xiii.col.ver. non obstat dictum Salyceti, &c. de consti. pro quo facit glo. in.d.l.f. C. de fruct. & lit. expen. Quod dictum est nouum, & non taetum ab aliquo, quem legerim, secundum quod p̄ ostiūt plura dicta in ista materia concordari, sed vereor ne subficiat, quia illa mens papa, an esset, vel non concessurus, videri non potest, † quia de his, quā in mente hominis consistunt, solus Deus est præfcurator. c.i. ut eccl. bene. Et ideo illa mens principis deprehendi non potest, nisi ex verbis, quia talis praesumitur mens illius, qualis verba indicant, ut dicit tex. in.l.labeo. ff. de supplicet. leg. quia non praesumitur papa verbis exprimere, quod mente non conceperit, ut dicitur in.d.l.labeo. in.f. & tradit lsf. in.l. §. f. in ii.col. ff. de verbo. oblig. Ex ideo concludo, q̄ quando papa in signatura sua dicit fiat motu proprio, dato, q̄ nullies nunq̄ animum habuerit concedendi gratiam motu proprio, n̄ihi lominus erit vera gratia motu proprio, & in ea habebit locum tex. in.c. si motu proprio, & in.c. si pluribus. de præben. lib. vi. c. omnibus aliis de motu proprio loquētibus. ¶ Et predicta omnia procedunt, quando sumus in claro, quod gratia motu proprio conceditur. In dubio tamen, quando nescimus, nec apparet, an gratia motu proprio, vel ad postulationem sit concessa, tenendum est, gratiam motu proprio conferi concessam, & sic exponetanea, & libera principis voluntate, ut tradit Deci. in consil. cccxli. vito puncto. in. ii. col. Tamen ego etiam multum dubitarem de isto dicto Decii, ex eo, quia in dubio rescriptū debet interpretari potius iustitiae, q̄ gratiosum, & sic magis ad postulationem, q̄ motu proprio concessum, ut dicit Gemini post Io. And. & alios in.c. cui nulla. col. i. de præben. lib. vi. ut dixi in titulo de rescripto. eo. lib. num. i. 6. & in tract. signaturæ. nu. 8. vbi latius scripsit.

Quæstio Vndecima.

VNDECIMO Quero, † an ista regula de annali obstar impetranti habenti forte mandatum de prouidendo ad monasterium monialium, ad quod solent per electionem, & confirmationem assumi?

CESOLVTO. Pro resolutione distinguendi sunt duo casus. Primus, in monasteriis consistorialibus, & in illis ex quo non sit prouisio per uiam impetracionis, regula non procedit, ut dicetur in alia quæstione, & dixi in regula de infir. resignanti. Aut vero loquimur in monasteriis non consistorialibus, & puto idem dicendum, ex eo, quia regula loquitur de beneficiis, quā sui natura certo modo impetrari solent, ut innuunt verba istius regulæ ibi (siquis impetraverit). Secus vero de beneficiis, quā sunt electiva, ut monasteria monialium, iuxta. c. indemnitatibus. de elect. lib. vi. q̄ communiter impetratibus non conceduntur. Et licet aliquando impetrantur, illud accidentaliter evenit, regulariter tamen per electionem dantur; & iste naturalis modus prouidendi attendi debet, non accidentalis, arg. l. qui habet. ff. de tutel. c. requisisti. de testamen. cum concor. ut scribit lafon in.l.jii. in f. ff. de offic. assit.

2. Preterea, † quia quilibet dispositio in dubio interpretari debet, iure ordinario, non extraordianrio

traordinario. vulg. l. Scio. §. medico. ff. de an. lega. cum concor. vt tradunt Moderni Mediolan. in. c. inter cætera. in. iii. col. de appell. Cum igitur regula ista loquitur de beneficiis certo modo impetrandi, debet intelligi de beneficiis, quā regulariter, & via ordinaria impetrantur, non autem de illis, quā extraordinaria conceduntur: Nam propterea, q̄ beneficium electuum semel impetratur, non definit ē electiū, nec perdit naturam suam. Sicut non mendicans, propterea, q̄ semel mendicet, non dicitur mendicans, quia non perdit naturam suam, ut dicit Federi. de senis in consil. cxl. Nec doct̄or dicitur mercator, licet aliquando mercetur, ut probat Alex. in. l. cætera. §. si quis. ff. de leg. i. Bar. in. l. i. §. i. ff. de exerci. cū aliis de quibus per Fely. in procēmio decretal. in versi. Gregorius. col. fi. Regula igitur ista loquens de beneficio impetrabili, intelligetur de illo, quod regulariter, & de natura sui est tale, sed monasteria non sunt huiusmodi, sed ad ea personas per electionem assūmuntur. Ergo regula loquens in uno, non habebit locum in alio, iuxta. c. cum in illis. §. illis. de preben. lib. vi. & in.c. fi. eo. tit. in an. ¶ Et quamuis verbum beneficij, aptum sit comprehendere maiora beneficia, hoc tamen non habet locum in materia odioſa, nisi exprimatur, ut tradit Abb. iu. c. penult. de verbo. signi. Et ideo Ioan. mo. in. c. inquisitores. de hære. lib. vi. attestatur se vidisse papam declarare dispositionem loquentem de dignitatibus, non comprehendere monasteria. Et hoc idem dicit Archi. in ca. ii. de præben. lib. vi. Praetertim, quia ista regula, respectu impetrantium, (dato, q̄ infinita loquatur,) est poenalis, ut ap̄paret in ea. Quo casu in materia poenali infinita loquutionē nō equipoller yniuersali. iuxta doct̄ri. Dy. in rubr. de reg. iur. lib. vi. l. si seruitus. ff. de serui. vrba. prædi. Nam si papa volsit istum tex. ad ista monasteria extendere hoc dixisset, latē per verba yniuersalia, prout fecit in regula de triennali, propter verbum, quæcumq; & in regula de verisimili notitia obitus, & in regula de subrogandis, & multis aliis. Sequenda est igitur constitudo principis, iuxta. l. cum yniuersorum. ff. de re. permu. Et quia ista beneficia electiu habent suā determinationem, ut in. d. §. illis. Et sunt speciali mentione digna, & si non exprimātur, non comprehenduntur, ut habetur in cle. i. de præben. tradit notabiliter, & latissime Fely. in. c. in noſtra. in. xxxi. &. xxxii. cor. de refrip. Maxime quando beneficium electuum, est monasterium, & sic dignitas Abbatialis, quā requirit maiorem expressionem, † Adeo, q̄ non solum appellatione beneficiorum, sed etiam inferiorum dignitatum non comprehenduntur, iuxta. no. per Archi. in. c. ii. de præben. lib. vi. & tenet Oldra. consil. xiii. maxime. col. fi. Et facit, quod dicit Domi. in consil. cxxxi. & pro ista op̄i. conferunt omnes rationes, quas ponit Lap. alleg. lxxxviii. col. pen. Ex quibus omnibus concludo, regulam in talibus dignitatibus nō habere locum, & per consequens nō obstat habenti prouisionem, nec etiam impetracionem. Et ita reperto in terminis istam opinionem adnotasse Reuerendissimum Cardinalem Sanctorum quatuor seniorum in suis memorialibus.

¶Ego tamen de ista opinione multū dubito, ex eo, quia ista regula fuit adīta in fauorem possessorum, & in odium impetrantium. Propterea, quia vexati possessorum viventes. Et ideo regula in sui procēmio tales impetrantes improbos appellat: qui viventes possessorum intequuntur. Vnde ob eam causam huiusmodi ambitioni, & illaudatae cupiditati modus est hic positus, quem impetrantes, si voti compotes fieri cupiunt, feruare tenentur, alias male de tali impetrante suspicuntur. Quod si pena istius regulē regulariter in quocunq; beneficio locū habet, & talis impetrātis ip̄obus iudicatur, multo magis improbior, & ambitior iudicabitur is, qui monasterium monialium, natura sui electuum, impetrare conatur. Quia tunc peccat in duobus, videlicet, non seruando regulam, & quia impetravit monasterium, natura sui nō impetrabile, nec solitum per impetracionē concedi. ¶ Et ista omnia de plano procedunt, nisi monasterium iam esset solitum impetrari: quia per hoc videatur a mitti natura sua primea. arg. c. cum de beneficio. de præben. lib. vi. Sicut videmus, q̄ regula ista procedit in archidiaconibus, † quā sunt maiora, & præstatiōra monasterijs, ut dicit Abb. in. c. per tuas. in ver. excellētiores. de simo. Et pro ista op̄i. facit, ut dicamus, regulam contra taliter impetrantes locum habere, ne religiosi, & monachi in monasterio residentes, & diuinis inservientes, per lites certo modo procuratas, distrahantur, quod totum est. ne cle. vel mo. prohibetur. ¶ Finaliter, ut tota hēc materia uno eterbo cōcludatur, diffin guendi sunt duo casus. Primus quando aliquis de monasterio prouideatur, & tali casu regula non habebit locum, per ea, quā dicta sunt. Secundus casus est quando monasterium impetratur, tunc obstar regula rationibus supradictis. Et ita per prædictas rationes iste casus

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

moderis temporibus in Rota decisus fuit, coram d. Nicolao de Areto in quadam Consentina monasterii, ut tunc D. Jo. Bap. de senis, & Iacobus de nigris sacrificiorum adiutori adnotarunt.

Quæstio Duodecima.

DVODECIMO Quaro, † an impetranti beneficium contra capitulum alicuius ecclesie possessorem annalem obster ista regula?

SOLVIT. Fuit dubium hoc positum tempore Pauli secundi in Rota. Et tunc qui dñm A. de Beniz ex primariis illorum temporum aducatus tenuit, regulam isto casu nō habere locum. Quod ex eo persuadebat, quia verba regulae non poterant in c. possidente verificari, quæ requirunt expressionem nominis, gradus, & nobilitatis possessoris in impetracione facienda, hæc enim potius singulares possessores, q̄ capitulo, vel collegium respiciunt. Ergo tali casu regula non habebit locum; nam quibus verba legis non conuenient, neq̄ ipsa dispositio conuenire videret. l. si seruum. §. non dixit prator. ff. de aqua quoti. & efti. **Q**uod vero nomine, gradus, & nobilitas capituli exprimi non possit manu fepte apparere, t̄ quia capitulum est persona representata. l. mortuo. ff. de fidei. c. romana. §. in viuenteritate. cum ibi noatus. de sen. ex com. lib. vi. In quo nec gradus, aut nobilitas subsistere potest, nisi forte velimus singulos de capitulo considerare, quod fieri minime potest, iuxta c. liberti. xii. q. ii. & §. qui manumittitur. & l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. cum vulg. ff. de in ius voc. Eſtet enim absurdum, q̄ in impetracione beneficii tot canonico rum nomina, fortis gradus, & singulorum nobilitatem, impetrās exprimere teneretur. Quod etiam si commode talis expressio fieri posset, alia tamen ratio repugnat, cum alia sit capiūli, alia singulorum possessio. Et dato, q̄ aliqua particularis persona nomine capituli possideret, illius tamen nomen, gradus, aut nobilitatem exprimere non licet, cuia ille non diciatur possidere, qui alieno nomine possidet. c. cum venissent de resti. spoli. Procedit ergo regula in terminis suis, quando contra singularem possessorem fit impetratio. Nec etiam secunda pars regulae hoc casu potest habere locum, cum dependeat a prima, quasi eam in necessarium antecedens praesupponens. **A**ddo vñ aliud, quia satis notum est, q̄ dispensatio simpliciter loquens de personis, nunq̄ comprehendit collegium, vel capitulum, nisi expressa dicatur, ut late per plura iura, & rationes probat Roma. de collegio auditorum Rotae loquens, in consil. ccccxxvi. incip. q̄. indultum &c. Sed in regula ista nulla fit mentio de capitulo, igitur in eo regula non habebit locum.

Sed istis rationibus non obstantibus, contraria opinio defendi potest, istis fundamentis. Primo, quia regula ista, quæ indistincte loquitur, non astringit impetrantem precise contra graduum possitorem impetrare, sed impetrandi licentiam generaliter contra graduum, & non graduum concedit. Si igitur possessor graduatus est, exprimet impetrans gradum, & ea, quæ hic dicuntur: Sivero graduatus non est, aut in eo possitorem cadere gradus, nec nobilitas potest, tali casu regula impetrantem ad ea exprimenda non astringit, sed seruabit alia contenta in regula, quæ seruari possunt, in quibus regula procedet, & locum habere poterit. Concluendo igitur, q̄ si in re inanimata, & incorporea, seu in corpore representato, quale est capitulo, fieri prædictarum qualitatum expressio nō possit, in eo regula nō procedet, quoad illam particulari, seruabit tamen impetrans regula in aliis eius partibus substantialibus, propter quas principaliter fuit aedita: Nam et quotannis capitulum possedit, & causam, quare illi ius non competit, exprimere debebit, & omnia, quæ in secunda, & tertia parte regulae continentur, quod si non fecerit, obstat ei regula, quæ magis in istis aliis requisitis seruari debet, q̄ in parte illa expressionis gradus, & nobilitatis, quæ nihil important, & quibus communiter derogari solet: Nam ratio regulae in sui processu (vt lites rem præmantur) magis respicit partes alias, q̄ expressionem gradus, & nobilitatis, vt defē patet. Et ideo istius secundæ partis, quæ iustificationem, & prosecutionem causæ respicit, nunq̄ aut raro fit derogatio.

Quæstio Decimateria.

DE CIMO TERTIO Quaro, † nunquid regula ista procedat, contra impetrantem, qui ad effectum, ut contra eum de ista regula excipi non possit, ante sua initia impetracionem, possessorem ipsum ante compleatum annum a possessione deiici curavit?

Solutio.

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXII

SOLVIT. Videlur dicendum, q̄ non, quia exceptio istius regule datur possessori duntaxat, & non omni possitorem, sed tantum possitorem immediato. Ista omnia probantur in tex. ibi (per annum immediate præcedentem pacifice possessionem, &c.) & ibi infra (sex mensis possessorem ipsum &c.) Itaq̄ tota ista regula est fundata in possessione illius, contra quem impetratur. Sed in casu proposito exsoliatus ab alio, amittit possessionem. Ergo illi non competit exceptio istius regule, quia cui non adaptantur verba dispositionis, negat competit ipsa dispositio. l. si seruum. ff. de acqui. hære. **C**ui contrarium facit, quia fraus, & dolus nemini patrocinari debet, ut in c. fedes, & c. ex tenore, de rescrip. sed si iste possit, dolo, & fraude impetrantis spoliatus de regula excipere non posset, impetrans ex dolo, & malitia sua commodum reportaret, contra tex. in c. eum, qui de præben. lib. vi. ergo, ut in eo puniatur, in quo deliquerit, est dicendum hoc casu, possitorem exsoliatum in odium impetrantis, reputari pro possitorem annali, ad effectum excipiendi de ista regula, cum per eum non stetit quominus integrum annum completeret, ac per impetrantes malitiam factum sit, quominus possidet, iuxta text. in l. i. §. sed, & articulo, cum concor. ibi positis in glo. ff. q̄ vi. aut cl. **C**Et ista omnia a fortiori procedent quando idem impetrans post impetratio nem factam contra possitorem eundem spoliaret sua possessione, t̄ proit contigit in causa Hispalen. Scholastræ, in qua Sebastianus Ponze post impetracionem spoliavit D. Frã ciscum Solis episcopum Balneoregionem, ad effectum, q̄ episcopus exciperet de regula, propter ut exceptit, Sebastianus spoliator replicaret, episcopo exceptioni regulari non esse locum, quia episcopus nō erat possitorem tempore exceptionis regulae, & ideo isto casu per Rotam conclusum fuit locum esse regulae; quia per episcopum factum non fuerat, quominus possideret, & ideo pro possitorem habitus fuit, ad effectum exceptionis regulae. Et ita post plus res informationes in dicta causa Hispalen. decisum fuit, hoc dubium die .xvii. Octobris M. D. xxxiii. coram D. Nicolao Atagona. Et ille punitus decisus fuerat per Rotam præsupposito vero spolio dicti Sebastiani, de quo fuit postea latissime disputatum, ut dicetur inferius in proxima, & aliis. q. Et sic patet responsio ad contraria: Nam sicut pro possitorem habetur, qui dolo desit possidere, l. qui dolo, ff. de re, iur. Ita & ille, qui dolo aduersarii defuit possidere, reputabitur possitorem, in damnum, & præiudicium dolosi, ut est tex. & ibi glo. in c. contingit, de dolo, & contu. & in l. quamvis, ff. de bon. auth. iu. possit. Itaq̄ poterunt verba, & mens istius regule in tali possitatore verificari.

Quæstio Decimaquarta.

DECIMO QVARTO Quero, † an impetrans impeditus per possitorem annalem quominus causam expediret infra annum, excusatetur a pœnis regulae?

SOLVIT. Iste etiam casus ventilatus fuit in Rota in predicta causa Hispalen. Scholastræ. **C**Pro cuius intelligentia in facto præmitendum est, q̄ D. Franciscus de Solis episcopus Balneoregionem, cōmisit causam super d. Scholastræ in possitorem, & peitorio contra Sebastianum Ponze aduersarium, a quo se spoliatum pretendebat vigore cuiusdam brevis apostolici de dicta Scholastræ, Sebastianus vero contrarium asserebat, ex eo, quia in dicto brevi erat clausula illa apposita, videlicet, q̄ capere possessionem posset sine vitio spolii &c. vigore dictæ commissionis, episcopus Sebastianum infra sex menses ad iudicium euocauit, & sic impluit vnam partem istius regule. Deinde Sebastianus, cum procederet contra episcopum, & seruaret aliquos terminos in peitorio, episcopus peitorio suscepit, & contra d. Sebastianum commissionem reductoram brevis ad ius commune impenetravit, vigore cuius obtinuit primam sententiam contra Sebastianum in spolio, cui purgatio spolio Sebastianus paruit, & causam peitorii contra episcopum constituit: Verum, quia propter suspensionem peitorii per episcopum obtentam factum fuit, quominus Sebastianus super peitorio causam vñq ad sententiam inclusus, iuxta formam istius regule proficeretur, Episcopus contra illum de regula ista exceptit, Sebastianus respondebat per ipsum factum non fuisse, quominus impleret requisita istius regule, sed suspensio peitorii pere episcopum facta in causa fuit, ne ipse causam vñq ad sententiam proficeretur. **C**Dubitatum fuit quid juris? Solutio. Super isto pucto Rota conclusit Sebastianum excusari, & illi regulam non obstat. Non quo ad primam partem, quia ex quo episcopus traxit Sebastianum infra sex menses in iudicium, & sic seruauit primam partem istius regule

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

diligentia episcopi Sebastiani prodest debuit, argu. l. petende. C. de tempo. in integ. rest. & in notabili casu tradit Bar. in l. in sacris. la. iii. in f. C. de prox. sacr scri. lib. xii. Nam talis diligentia est communis, & prodest vtriq; parti, prout de appellatione dicatur in l. am. pliorum. C. de pplic. & de dilitatione in d. l. petende. t. sicut etiam dicitur de commissione, vel rescripto per unam partem impetrato, quia efficitur commune inter ipsos litigantes, ut in decisi. secunda. de dolo, & contu. in antiquiori. tradunt Felyn. & Moder. in rubri. de rescr. facit tex. in l. fina. C. de fruct. & lit. expen. & est decisi. vii. &. xviij. &. lx. in no. que bene in proposito faciunt. Per qua modo de hoc mense Decembri. M. D. xxxix. ventilatur in Rota puerula difficultas coram R. P. D. Petro Vortio in causa Bononiensi, fideicōmissi, nunquid appellatio, cum illa clausula quatenus sententia veniat cōtra se, iuuat aduersarium non appellantem, pro quo videtur est per Decimum, & alios in. c. si duobus. & in. c. oblate. de appella. per Philip. Franc. in cap. sape. colum. vii. eodem titu. Et quia causa pender nihil amplius dicam. De quo tamen adhuc aliquid dicam inferius in alia questione. Et ista procedunt quantum ad primam partem regulare. Sed ut dicam in alia questione, quoad secundam partem regulare idem concluserunt domini, ista ratione, quia si Sebastianus visque ad sententiam causam super petitorio prosecutus non fuit, hoc impedimentum causatum fuerat per Dominum Episcopum eius aduersarium, qui petitorum suspēderat & stante sua pensione nihil poterat Sebastianus agere. Et quamvis posset dici Sebastiani culpa impedimentum obuenisse, qui episcopum expoliare non debuerat, nihilominus spoliū processit principis auctoritate, qui uoluit in suo breui Sebastianum possessionē capere posse, sine virtu spoliī, &c. Nec obstat, qd Sebastianus cogi. are poterat breue apostolicum ad terminos iuris communis potuisse reduci, prout reductum fuerat, quo casu facta reductione, cedere debebat, quia ad hoc responsū fuit, qd Sebastianus etiā sperare poterat de liberalitate eiusdem principis, qui breue suū confirmare, & manutene posset. Nā litigans non debet diffidere de iure suo, nec de victoria, quae ad finem litis, vt dicit Bald. in l. f. in quarta colum. C. de aedict. di. Hadri. tollen. t. Quia in re dubia non tenetur quis cedere, sed potest expectare sententiam, per quam res fiat clara, ut in notabili casu tradit Geomi. in cap. ii. in glo. si. de rescr. lib. vi. & ante ipsum Roma. in consil. cccxxix. colum. iii. uersic. cæterum. Quorū dicta approbavit Rota in causa Leoneni, parochialis de lared coram d. Nicolao Piccolomineo d. c. xvii. Februario. M. D. xxxix. unde sic uer episcopus speciavit reductionem breuis, & obtinuit, ita Sebastianus poterat sperare reualidationem breuis, attento bono titulo suo. Nā in istis beneficialibus futuri eventus sunt considerandi, propter varia iura, quae quotidie ex liberalitate Papæ in signature nascuntur. Et ob eam causam dicitur in l. qd debetur. ff. de peculio, qd dubii sunt eventus litis. Potuit igitur Sebastianus sperare ius suum reddi melius, prout postea apparuit ex detectione non iuris episcopi in petitorio, qui non poterat possidere scholastriam, quae prius ipso iure per promotionem ad episcopatum, ob non expeditionem literarum retentionis, infra sex menses vacabat, ut caratum erat in breui promotionis epī. Itaq; cum in istis beneficialibus nō possimus nobis crastinū polliceri, cum quotidie, vt dixi, nascatur iura ex vberate sedis apostolice nō tenebatur Sebastianus illico cedere, sed cuuentum sententiae expectare, prout fecit nam qd primum in possessorio condemnatus fuit Sebastianus, statim possessioni cessit, suscepit igitur petitor in causa fuit, quoniam Sebastianus ius suū vñq; ad sententiam prosequeretur, illud igitur impedimentum debuit ei excusare quacud requisita istius regulæ. Nam satis est Sebastianum hoc casu fraudem, & dolo caruisse, a quibus quelibet causa etiam iniusta, & si pinna excusat, vulga. l. si plagi. ff. de plagia. Per qua iura voluerunt docto. maxime Ioan. Andr. & Anto. in. c. dudum. de electio. & in. c. non potest. qd. i. de praben. lib. vi. Vbi notat Domi. & in. c. f. de elect. eodem lib. & Joan. And. & Anto. in capit. constitutus. de appella. & in. c. de multa. de praben. t. Quod dispensatio quis subreptitia excusat assequens tem, secundum curiam a pena extrauag. excusabilis. Quod dictum sape approbavit Rota, tempore meo, & de temporibus suis idem attestatur D. Gulielmus Auditor, in collecta neis decisionum, titu. de reg. iur. Præfertim, cū procluiores simus ad absoluendum, qd ad condemnandum, iuxta. l. arrianus. cum vulga. de actio. & obli.

t. Præterea pro ista op. Rotæ facit, quia dum in medio causæ aliqua incidentia discutuntur, tēpus istius regulæ currere non debet, ut voluit Glosator hic, & Bald. in simili in. l. contra maiores. C. de inoffi. test. Qui notabiliter per illum textum dicit, quod quando duo sunt in

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXIII

sunt in iudicio, quæ non possunt simul intentari, tunc diligentia circa unum prodest alteri remedio, & facit, qd non currat tempus in eo. Et idem dicit Bald. in. l. prima. C. de iur. calum. column. secunda. ver. vltierius nota. & quod notar Domi. in capitulo cupiente s. qd si per viginti. in versi. videbitur. de elect. libro sexto. cum concor. ut notabiliter scribit Deci. in capitulo pastoralis. in sexta column. nu. x. de excep. Sed in casu nostro ista dico, videlicet, petitorum, & possessorum simul intentari non poterat, propter suspensio nem petitorum, sed diligentia tantum facta reperitur ab utraque parte in possessorio. Ergo diligentia illa faciet, & operabitur, qd tempus istius regulæ interim ad decidendum petitum non currat, & per consequens non debet hoc Sebastianus prædicare, quia per eum non stetit, ut dicit Domi. in capitulo primo. qd. solet. in quinto notabili. de resti. spolia. libro sexto.

¶ Accedit prædictis, quia per istam regulam quædam præscriptio annalis induci vides tur, quo casu ubi præscriptio ex lapsu temporis consideratur, quodlibet impedimentum etiam iniustum excusat a lapsu termini, ex eo, quia in tali præscriptione solum attenditur, agendi potentia, vel impotentia, & sic negligenter, non autem delictum. Ita notabiliter dicit Hostien. in capitulo primo. ver. item si. de prescrip. Vbi per hoc concludit, t. qd episco po scopo hæretico, ex quo est impeditus agere propter hæresim, non currat præscriptio, per iura, quæ allegat in principio illius capitulo, & tamen cōstat, hæreticum fuisse impedimentum culpa sui, in cuius facultate erat, remouere impedimentum. Ita hic est dicendum, & a fortiori in Sebastiano, qui de facilis removere impedimentum non poterat, propter fauorem, & priuilegium possessori. ¶ Postremo prædicta omnia iustificata fuerunt, ex eo, quia possessio episcopi fuerat infecta propter decretum irritans in breui promotionis sue positum. Nam eo ipso, qd non expediuit bullas retentionis infra sex menses, inducta fuit vacatio Scholastriae ipso iure, & intrabat regressus Cardinalis Sanctorum quatuor. Ex eius celsione habuit Sebastianus, talis igitur infecta possessio non erat consideratione digna, prout in similibus terminis, quoad istam regulam consulit Ioachinus de Narnia, olim adiutor excellens in quoddam suo consilio incip. an Dominus Herneus. posito in lib. primo allegationum. fol. cccxii. in causa Naneten, ecclesie sancti Nazarii.

¶ Pro contraria vero parte, & sic pro episcopo fuerunt per Dominos adducta motiva sequentia. Primo, quia ista regula inducta est in odium impetrantis; quo casu impetrantis negligenter non attenditur, ex quo propter non factum imponit penas. Vnde resultat illud, t. quod ubi impeditus potuit tollere impedimentum, & non fecit, sibi imputatur, ut in capitulo vnico. de custo. eucharisti. & tradit. Roma. consilio. ix. cum concor. ut scribit Fely. in capitulo cum inter. col. x. ver. utrum excommunicatus. de excep. & in capitulo ex transmissa. column. prima. de præscrip. Sed Sebastianus potuit tollere, cedendo spolio. Igitur & cætera. Nam paria sunt, quem non fuisse impedimentum, vel potuisse impedimentum tollere. capitulo fin. cum ibi notaris. de elect. qui enim potest facere, ut possit, iam videtur posse. l. qui potest. ff. de re. iur. cum concor. de quibus ibi per Modernos.

¶ Secundo, quia præsupposito, qd Sebastianus tempus non cureret, debuit tamen Sebastianus protestari Auditori coram notario, per ipsum non stetisse, quoniam causam sua per petitorio expediret, iuxta glo. in verbo proposita. in capitulo cupiente. s. qd si per viginti. de electio. libro sexto. & sequitur Glosator hic in quarta column. & las. in. l. propter random. qd. sin autem vterque. C. de iudic. & alibi sape Fely. Et ita in terminis istius regulæ fuit olim dictum in Rota in causa Salzeburgi, beneficii Sancti Nicolai, ut patet in consilio loachini, tunc adiutorati incip. Vacante, & cætera. posito inter suas alligationes. vol. xiii. fol. cclxiii. alias. lx. column. fin. Et pro ista opinione optime facit, quod dicit Rota in no. decisi. cii. quæ vult, t. qd si appellans, qui habet annum ad prosequendum appellationem, infra annum committat causam super attentatis, si appellans habet victoriæ in attentatis, non currit sibi tempus, sed excusat: lecus autem si succubuit. Et illam decisionem sequitur Philippus Francus in capitulo ex ratione. in. viii. columnua. de appell. pro qua est expressa authoritas Bald. in authen. ei qui. circa princip. C. de tempore. apel. Cum igitur in casu isto Sebastianus in possessorio succubuit, merito dicit endum est, illi currit tempus regulæ. ¶ Ex istis igitur appetit articulum esse disputabile, quibus omnibus bene, ac diligenter discussis Rota die. xvii. Octobris M. D. xxxix. coram eodem Domino Nicolao tenuit, conclusit, & firmauit, primam opinionem, videlicet, Sebastianus

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

num excusandum fore, & in poenas regular non incidisse, pro qua opinione ultra praedicta faciente ista, que sequitur. Primo, quia clarum est in iure, impedimentum superueniens non attendi, ut inquit Bald. in l. sicut C. de prescrip. xxx. anno. in prima column. Sed isto casu impedimentum Sebastianum superuenit, igitur non deberet attendi.

¶ Secundo, * quia quando impedimentum non evenit facto imperantis, sed extrinsecus contigit, non debet sibi imputari, vt tradunt Docto. in capitulo quia diuersitatem decessit praebeat. & ibi Abb. columnna fin. Sed in casu isto Sebastianus a principio non prestitit impedimentum, quominus posset super petitorio procedere. Nec breue Sebastiani, a principio dedit causam immediatam huic impedimento. Ergo non obstat Sebastianum. Studetur hoc ratione, quia causa immediata impedimenti, quominus Sebastianus posset petitorio agere, fuit commissio episcopi reductoria ad ius communem, & suspensio petitorii facta per eundem episcopum. Quibus, licet breve Sebastiani de capiendo possit ionem causam dederit, non tamen immediatam, sed mediataam, quia breve non fuit ordinatum ad hoc, vt prohibetur prosecutio in petitorio. Quo casu quando culpa non est ordinata ad casum, casus non debet imputari, vt tradunt communiter Docto. in l. secunda. ff. quis cauio. & Roma. consil. ix. incip. quod pars. Nam sola negligencia in istis punitur. Vbi igitur non fuit alius negligens, non impeditur agere, sublatu impedimento, vt tradit Bald. in authen. nisi triennale, circa princip. C. de bon. mat. cum vulg. traditis per Fely. in capitulo ex transmissa, de prescrip.

¶ Tertio, quia licet de iure civili impedito culpa sua currat tempus, tamen hoc non ha procedit de iure canonico, vt dicit Alexan. in consilio. lvi. viii. viso, & perleto. circa f. l. l. v. sequitur l. s. in. & rursus. in l. de actio. allegant tex. in capitulo quia diuersitatem de conceit. preben. quemadmodum ad hoc dicimus singularem. Et hoc sequitur ibi Imo. & Praeposit. in. c. i. in. iiiii. column. quo tempore mil. in vni. feu.

¶ Non obstant, quae in contrarium adducta fuere, † Primo, quod regula ista inducta fuit in odium imperantis. Nam responderetur hoc esse verum, quando deprehenderetur in negligencia notabilis, nec aliquam haberet excusationis causam, vt hic: Nam tunc poena regula procedit secus vero. vbi est causa excusationis, vt superius deducimus est.

¶ Nec obstat, Sebastianum potuisse tollere impedimentum, quia responderetur non esse verum, & quia pendebat hoc ex voluntate episcopi aduersarii, qui suspendebat petitorium. Et sic non pendebat ex voluntate, vel potestate Sebastiani. Nec obstat, q. Sebastianus decidit causam, quia responderetur, quod illa causa imperationis brevis non fuit ordinata ad hoc, quia per illud breve non fuit prosecutio causa impedita. Nec obstat etiam, quod Sebastianus debebat cedere, & quia, vt dictum fuit, non reperitur hoc iure expressum; Nam nemo tenetur ius suum indiscissum relinquere, vt dicit textus in l. illud. in principio. ff. de peti. hatre. Ultimo non obstat illud de protestatione, quia responderetur, illud procedere quando impedimentum provenit a iudice, secus si provenit a parte. † Quia tali causa licet protestatio ad cautelam sit utilis, tamen quando impedimentum non obvenit culpa iudicis, protestatio non est necessaria, vt dicitur in l. cum ipse. ff. de excu. tuto. & traditur in capitulo ex insinuatione. de appella. & per Bar. in l. senatus. ff. de offi. præsid. In tunc. in capitulo ex ratione. de appella. Et ibi hoc late probat Philippus Francus in quarta column. Et ita, debet intelligi, quod dicit Antonius de Butrio in consilio. xxviii. Abb. in capitulo plerunque. de prescrip. Et cum praedictis concurrit Petrus de anchara. in dicto capitulo cupientes. & Imo. & Moder. in capitulo fin. de appella. Et ita in terminis istius regulæ, & impedimenti declarat ille doctus Glosator Prag. sanctio. titulo de paci. fi. posse. in ver. protestari. columnna fin. De qua tamen protestatione in specie dicetur infra serius in sua propria questione.

¶ Non obstat etiam decisio Rota. cii. superius allegata, quia loquitur quando idem appellans causam commisit super attentatis. Sed in casu nostro Sebastianus impetrans non commisit causam super spolio, sed episcopus. Igitur sus nus extra casum. Nam primo casu ipse idem praefat sibi impedimentum, secus in secundo casu. Vel dicas, q. illa decisio non est ita simpliciter vera, sed debet intelligi secundum ea, que notat l. s. in. l. contra maiores. in fi. C. de jinoffi. testa. Et ad eam responderetur etiam Decius in. c. ex ratione. de appella. Stat igitur conclusio firmata per Rotam, q. praedictum impedimentum excusat poenis istius regulæ. Et ita etiam in vna Conuersana Archipresbyteratus coram me conclusit Rota. xxvii. Februarii M. D. xxxiiii.

Quæstio

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXIII

Quæstio Decimaquinta.

DE CJMOQ. VINTO Quæro, † an derogatio regular facta in commissione directa primo Auditori fuerit ipsum impenetrantem, quod gratiam subrogationis, vel si neutri impenetrat coram secundo auditore in secunda instantia?

SOLVITIO. Alias tempore felicis recordationis Sixti papæ quarti in Rota iste causus discussus fuit, videlicet, Ioannes Carlin. & Adam impenetrantur, beneficium possessorum per Ioannem Erph reum conuentum. Sed Adam, qui erat posterior in data, comisit causam contra dictum Ioannem possessorum annalem, cum derogatione istius regulæ facta in totum. Ioann. Erph possessor dat de iure dicti Ioann. Carlini primi impenetrantis. Et quia dictum ius Ioann. Carlini oppugnabatur ab Adam. Ex illo capite, quia non fecerat mentionem de ista regula, nec unus, nec alter obtinuit, tanq. secularem confundentes. Sed Ioann. Erph obtinuit in ista prima instantia absolutioriam tantum, a qua appellauit Adam. Et lite pendente coram secundo auditore moritur Ioann. Carlin. Adam obtinet mandatum de subrogando directum isti secundo Auditori, continens in se gratiam si neutri absque derogatione istius regulæ, quod illi auditori secundæ instantiæ citato Ioann. Erph ad dicendum contra, presentavit Ioann. Erph reus excipit de ista regula contra dictam gratiam si neutri. In qua huic regulæ, vt dixi, non fuerat derogatum. Adam replicat, sufficere ei in prima commissione primo auditori directa fuisse derogatum. Quæ derogatio sufficere sibi videbatur. Ioann. Erph replicabat, nihil habere commune illud iudicium cum isto, quia derogatio illa non iurat, quoad gratiam subrogationis, & si neutri, impenetrat in ista secunda instantia, coram secundo auditore. Dubitatur modo, quis istorū melius, ac verius dicat. Licet iste casus cōtigerit, vt dixi, tempore Sixti quarti, tñ ignoro, quid tunc concluserit Rota. Et ideo ego ex facti serie colligam aliqua motiva, quæ videntur magis iuridica, decisionem postea eius sapientioribus relinquentis.

¶ Quod autem isti subrogationi, & gratiae si neutri, obstat regula, ex eo, probatur: quia tempore primæ commissione impenetrat per Adam, non cogitauit Adam, neque Papa concedens de gratia si neutri, postea concedenda. Quod appetat, quia tempore primæ commissione Adam impugnabit ius dicti Ioannis Carlini, ex eo capite, quia non fecerat mentionem istius regulæ. Ergo tunc non cogitabat, quod deberet se subrogari in eo, maxime, quia tunc viuebat Ioann. Carlin. & non poterat de futuris diuinare, vt dicit textus in capitulo vt nostrum, vt eccl. benefici. ¶ Nam solius, & proprii, est scire futura Dei. l. quod quidam. & quod dicitur. ff. de acquir. heret. l. cum ad præsens. ff. si cer. peta. glo. in l. delegatorum. ff. de penit. Ergo ad incogitata animus concedentis non extenditur. l. tres fratres. ff. de pact. l. qui cum tutoribus. in fin. ff. de tract. Et consequenter, nec extenditur concessio, quia actus agentis non operatur ultra intentionem eius, vulga. l. non omnis. si cert. peta. & capitolo si sacerdos. vbi notat Abb. de offi. ordin. Præsertim cum signature concessionis poterat habere effectum in eo, quod tunc erat, videlicet, vt admittetur ad prosecutionem causæ, ac si annus duraret ab illo eo, quod extendetur ad istam nouam gratiam, iuxta notata per Gulielmum de Cu. in l. item, & ad item. ff. de procurat. Pro quo optime facit decisio, decimanona. incip. sicut dubitatum, in nouis.

¶ Inferitur igitur ex hoc conclusio firma, q. commissio illa prima non suffragatur, quoad ista nouam gratiam, & multominus, quoad diuersam materiam, qualis erat ista. Nam diuer sum est, q. in fauorem Adæ sit derogatum isti regulæ in commissione primæ instantiæ, vt regula non obstante admittatur ad prosecutionem causæ, ac si annus duraret. Et q. sit derogatum regulæ in fauorem iuris Ioann. Carlini, qui viuens regula non derogauerat. Cum igitur ista sint diuersa, ex diuersis non sit illatio. vulga. l. fi. ff. de calumnia. & l. papiani exuli. ff. de minoribus.

¶ Et hoc a fortiori locum habet, quia Adam in dicta commissione primæ instantiæ hoc non solum cogitauit, sed nec petiit, cum ius Ioann. Carlini potius impugnasset: ex isto capite, videlicet, quia regula non derogauerat. † Ergo nec papa videtur ultra, q. petierat, concessisse. argum. c. inter dilectos. & ceterum. de fide instrumentorum. Maxime contra regulam, quæ est ius scriptum, vt notat Fede. in tract. permitt. quæstio. prima. iuncto cap. si papa. de privilegi. ¶ Præterea, quia impenetratio Ioann. Carli, qui non seruauit

requisita, non solum fuit nulla propter decreum hic positum, sed adeo Ioan. Carli, inhabilitatus fuerat, quod non poterat si viveret venire ad istud ius commisum, etiam per viam subrogationis, vel gratia si neutri, vt pater hic in tex. Et ista inhabilitas non reperiatur in gratia subrogationis, vel si neutri, purgata. Cum igitur hec de nouo emergunt, & nouo auxilio indigeant, concludendum est, gratiam istam non suffragari: quia commissio non extenditur ad nouam gratiam postea superuenientem, & longo intervallo in alia instantia concessam, quia signatura nihil plus dat, q̄ verba importent, argum. capitulo ex tenore, & capitulo porro, de priuilegiis. Et commissio solum continet, q̄ Adam tantum admittetur ad prosecutionem causæ, non obstante regula, cui non derogabat in sua prima impetratio, quæ quidem derogatio illi non sufficiebat ad vincendum propter obstaculum iuris dicti Ioannis Carlini. Quod quidem ius licet esset inefficax ad obtainendum contra dictum Ioannē Erph possessorem annalem, propter exceptionem regulæ, quam dicit Joann. Carlini non obseruauerat: Erat tamen efficax ad repellendam, d. Adam posteriorem in data. Itaque dictus Joann. Carlini erat & sicut Canis horum, qui brasicias comedere non potest, nec alias permittit eas comedere, ad instar l. fusæ Caninæ. Adam igitur in ista secunda instantia non poterat obtainere contra possessorem ex suo iure antiquo, nisi ex nouiter impetrato, cui obstat regula, cuius derogatio facta in dicta commissione primæ instantiæ non videtur extendenda, vt prosit isti nouæ gratiæ subiectæ exceptioni regula. capitulo statutum de electio. libro. vi. Cum vnius inclusio, scilicet exclusio, vulga. capitulo nonne. de presump. Nam commissiones sunt stricti, & limitati iuris, vt notatur in capitulo primo. & in capitulo dispendia. & in capitulo statutum de rescrip. libro sexto. Ergo limitatum effectum debet producere. capitulo siquem. de procura. libro sexto. Nam quantum peritum, tantum concessum, vt notat Fely. in.c. postulasti. Ex quibus omnibus concluso, derogationem factam in illa commissione primæ instantiæ non suffragari, quoad istam gratiam si neutri.

CVñ tm̄ prædictis obstat, quia qua ratione dicimus, q̄ Adam vigore prime commissio nis semel admisus ad prosecutionem causæ, vigore iuris sui posset admitti etiam in secunda, & tertia instantia, donec esset finita, eadem ratione, & quando fuit subrogatus: quia illud ius acquisitum, est effectum vnum, & idem cum suo, argumento l. hæreditas ff. de acquirenda hæreditate. Quia quando iuria duorum perueniunt ad vnum, iudicatur pro uno, vt habetur in l. singularia. ff. si certum petatur. pro quo facit notabile dictum Baldi in l. terria. q̄. sed vrum. in prima quæstione. ff. de minoribus. vbi dicit, q̄ confessus patris prestitus filio agenti in causa principali, videtur durare etiam in causa executio nis, quia sufficit, q̄ authorizauit in prima causa, siue sit actor, siue reus, quod dictum refert, & sequitur Fely. in. c. edoceri. in. iiiii. col. verbi. & adde. de rescrip. Sed ego in meo libro nō inuenio, magna tamen est authoritas Fely. Et licet sit diversa infinita, est tamen eadē causa. Et quicquid iuuare poterat eundem Adam in prima instantia, potest iuuare in secunda, & tertia, per ea, quæ dicta fuerunt superius in quinta. q. quia sufficit, q̄ semel quis sit admisus ad prosecutionem causæ, non obstante ista regula: Quia illa commissio deber intelligi vñq; ad finem causæ, quæ per tres instantias terminatur. Cogitandum tamen est super istis, quia materia est valde dubia.

Quæstio Decimasexta.

DECIMO SEXTO Quero, & nunquid impetrans possessionem annalem, possit postea eam approbare, opponendo de regula contra ius tertii?

CSOLVTIO. Videatur dicendum, q̄ non: quia ex eo, q̄ quis impugnat, non debet commodum reportare, vulg. regula ex eo, de regul. iur. libro sexto. Tamen, ut perfecta re solutio habeatur, dicitur quo duo casus. Primus est, quando impugno possessionem annalem aduersarii mei, excipientis de regula ista. Et tali casu contra eundem non possum me ex possessione sic impugnata tueri, ad effectum, vt sub prætextu dictæ possessionis annalis a me impugnare debeam vñ exceptione istius regulae, & ita procedit tex. cum materia sua in dicto capitulo ex eo. Aut vero impugnauit possessionem aduersarii mei annalem in uno casu, & ille postea possessionem suam ex alio iure tertii defendit, & tunc contra ius tertii ad illius exclusionem potero me ex possessione aduersarii, quam alias impugnaueram

grauerat, iuuare, quia directe nō iuuo me ex possessione aduersarii contra ipsum, sed contra ius tertii ab eo productum. Ita limitat illum tex. in dicto capitulo. ex eo, Dominus Anato. in cap. cum olim. in. viii. col. ver. quandoq; reprobus. de censi. ¶ Sed aduentendum est, quia ista limitatio nō ad plenum mihi satisfacit, quia ius tertii hoc casu reputatur istius aduersarii possessoris opponentis de eo. Et exceptio contra illud iuuefectualiter tendit contra possessorem, non contra tertium, qui non est in lite. Itaq; illa iuris regula de qua in. d. c. ex eo, adhuc militare videatur. Et ideo considerada est alia limitatio, quam tradit Abb. in. c. capitulo. in fi. de rescrip. quam ibi Fely. latius, & clarius exponit, & sequitur, videlicet, q̄ ex eo, qd̄ quis impugnat, potest se fundare, pendente impugnatione, pro qua adhuc pronuntiationum non fuerat, quia cum eventus litis sit dubius, si non posset ex materia impugnata iuuare, contra aliud ius posset sequi, q̄ si in impugnatione succumberet, etiam in isto secundo iudicio, in quo quis se ex actu impugnato tuerit, grauaretur, quod esset inconveniens, vt latius hoc declarat Roma. in. consil. cccxlvii. incip. quoad articulum. &c. in. ii. dubio. Et ad propositiū. d. c. ex eo. plures alias limitationes prosequitur Fely. loco superioris allegato, q̄ ibi videri p̄n. Sed quicquid sit prima resolutio D. Anto. mihi magis placet, pro qua faciūt ea, q̄ dixi in regula de nō tol. iu. qsi. q. xiii. & optimè declarat Roma. in. d. consil. & illud consil. & dictum Abb. tentum fuit in Rota in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus de mense Decembri M.D. xxxix. coram R. D. Io. Paulo, dum contra fundantem se in allega. Lapi. lxxix. allegabatur illa regula iuris, q̄ non poterat se in ea fundare ex qua prius impugnauerat titulum predecessoris, fuit pro response allegatum Abb. & Roma, in locis superioris allegatis, cum quibus transiit Rota.

Quæstio Decimaseptima.

DECIMO SEPTIM O Quero, & dicitur hic (quicunq; beneficium &c.) quid si aliquis impetraret officium alicuius annalis possessoris, puta scriptoris apostolici, vel alii simile, nūnquid obteret regula?

CSOLVTIO. Videatur, q̄ non: quia regula loquitur de beneficio ecclesiastico, quod solet per collationem, vel aliam prouisionem dari. Sed officia huiusmodi dantur per venditionem. Ergo in illis nec mens, nec verba regula verificantur: Nam dispositio simpliciter loquens de beneficiis, non comprehendit officia secularia, cuiusmodi sunt ista, vt tradit Deci. in. l. fi. no. iii. C. de pact. Super hoc tamen videnda sunt, que latius superioris dixi in regula de infir. resignantibus. & in regula de imperiā. ben. per obitum fami. Cat. & dicam, in regula de triennali, & alibi saepe.

Quæstio Decimaoctava.

DECIMO OCTAVO Quero, & tan regula ista procedat in omnibus beneficiis etiam curatis, an vero simplicibus?

CSOLVTIO. Si proprietatem verbi beneficij consideramus, intelligenda erit de simplicibus tantum, vt in capitulo. fi. de præben. Si vero capiamus beneficium largo modo, & tunc venient curata, vt dicit glo. i. in capitulo primo. de re. iur. libro. vi. Difficultas igitur est, quomodo hic capietur. Dicer fortassis aliquis, q̄ ex quo sumus hic in penalibus, verba stricto modo capi debent, & simpliciter, non autem largo modo. d. c. fi.

CSOLVTIO. Breuiiter omisis disputationibus, mihi videatur, regula intelligi debere generaliter de quibuscumq; beneficiis, tam simplicibus, & curatis: Nam ex quo ratio regula uniformis est, vtroq; casu, nec potest affligari rationis diuersitas, militabit dispositio ista parviter in omnibus. ¶ Et hoc procedit etiam in odiosis, in quibus fit extensio, vt dicit glo. in. c. i. de tempo. or. lib. vi. in ver. Italiz. & glo. in ver. eligatur. in clem. fi. de electio. & tradit Ias. in. l. fi. ff. de ius vocan. Præterim, quia ista dispositio, quæ lites execratur, concernit utilitate publicam, vt est probatum superioris in. i. & ii. q. & fauer possessoribus. Igitur capienda est interpretatio ampla in favorem eorum, quorum commodum regula ista respicit. c. odia de re. iur. lib. vi. & vulg. i. quod fauore. Est bene verum, q̄ quidam antiqui fuerunt in ista operatione, q̄ regula ista tam̄ haberet locum in simplicibus beneficiis: moti præcipue isto fundamento, quia quando verbo beneficij, additur aliqua qualitas, nūquam comprehendit

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

tur sub dispositione de beneficiis simpliciter loquente, ut est rex. in. c. licet canon. &c. statutum. de electio. lib. vi. Sed beneficium curatum habet qualitatem. Ergo non comprehenditur appellatione beneficii. facit. c. cum in illis. de praeben. lib. vi. Sed tenendo primam opinionem ad istud arg. responsum fuit superius in prima. iii. & iii. q. proce. istarum regulam, & etiam respondebo in questione sequenti.

¶ Question Dccimanona.

DECIMONONO Quero, † an habeat locum ista regula in episcopatibus? **C**OSOLVTIO. Ista difficultas videtur decidi ex his, quae Ludo. Roma. scribit in consil. cccxl. circa primum. in secundo dubio, ubi tener regulam disponentem literas quaslibet gratiarum de beneficiis concessas infra sex menses expediri debere, alias esse nullas, locum non habere in gratiis factis de episcopatu propter excellentiam dignitatis, ut in c. dilectus de concess. praeben. & aliis rationibus, ut ibi per cum. Ethoc, quod de episcopatibus dicitur est Joan. Aloisius Tuscanus Mediolanensis, quondam adiutorius insignis, & postea a Sixto. III. eius exigentibus meritis cameræ apostolicæ factus Auditor, in quoddam suo consil. incip. constat ex actis. reddito in causa Numburgen. praepositure, in i. volu. extensis habere locum in aliis dignitatibus in quibus expresse voluit istam regulam non habere locum, rationem affixat, quia regula est odiosa, exorbitans, & peccalis, & in tali materia restringibili, & non favorabili, appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, nisi expresse dicatur, ut patet in clem. i. de sequest. possest. & fruct. Vbi papa non fuit contentus loqui de beneficio, Sed subiungit etiam, si dignitas &c. Ad idem cle. i. de cau. posse. & pro. Addo pro ista parte duas rationes. Prima est, quia ex verbis colligitur mens disponens. vulg. l. Labeo. de supp. lega. Sed verba istius regulæ, iuncta regula de triennali, arguit, Papam nolle regulam istam habere locum, nisi in simplicibus, ex eo, quia hic dicit (quicunque beneficium ecclesiasticum &c. impetraverit). In regula vero de triennali, dicit (quicunque ecclesiastica beneficia qualia sunt, &c.) Et sic ex isto modo loquendi, apparet, quod in regula de triennali voluit comprehendere dignitates in regula vero ista, sola simplicia beneficia, nam alias papa apposuit sicut ibi universalia verba, per quae comprehendendi possent, apparet ergo, quod istum casum tanquam omnisimur reliquere voluit sub dispositione iuris communis, arg. l. commodissime. ff. de lib. & posthu.

CSecunda ratio est, quia dignitates ut plurimum per regulas, & extra eas, sunt reservatae, ut patet superius in regulis suis. Et tamen constat, regulam istam in reservatis locum non habere, ut alia questione dicetur. Quia in reservatis, non est dare possessionem, nec detentionem, obstante decreto, iux. tex. in. c. si hi. cc. nra quos. vt li. pen. lib. vi. Et teneat dictio v. ut lit. pen. in antiquis, & deci. i. de reti. spoli. & deci. i. vt lit. pen. in antiquo. vbi dicit ita seruasse Rotam, & Collector ibi dicit, se ita pronunciasset. Et ab aliis possessione, vel detentione exceptio istius regulæ non procedit. arg. c. sine possessione. de c. iur. lib. vi.

COfficium predicatorum non obstat, contraria opere, aliquibus rationibus suaderi. Primo, quia ista regula est edita in favore possessorum, ergo debet intelligi, prout loquitur generaliter de possessoribus quorundam beneficiorum, nemine excepto: ita, quod verbum, beneficium, hic positum, fauore possessorum, & odio molestantium intelligetur largo modo, ut comprehendat dignitates. Et ista opinio possit hoc medio suaderi, quia clarum est, argumentum valere, de personis ad res, ut patet in l. qui futere. vbi Albe. & Bald. nostrar. ff. de sta. ho. & in. l. si quis in quilinos. s. si ita ff. de lega. i. Sed ista regula non capie restrictionem personarum possidentium, ut in alia questione est dictum, & patet ex verbis regule ibi, quicunque &c. Ergo nec capere debet restrictionem respectu rerum, id est, beneficiorum: cum fauor, qui datur personis, est respectu beneficiorum. Præterea, quia licet in materia stricta, & odiosa appellatione beneficiorum non veniant curata, nec dignitates fallit tamen hoc, nisi verbum beneficiorum sit prolatum a lege. † Quia tunc etiam in materia odiosa comprehenduntur curata, & dignitates, ita dicit Fely. in capitulo postulasti. in xvi. colum. ver. facit etiam dictio. & cetera. de rescriptis. vbi plura ad hoc allegat. Sed in casu nostro verbum beneficiorum profertur a lege, igitur &c. Et per ista potest etiam responderi ad arg. quorundam antiquorum, positum in precedentibus questione, qui volabant, istam regulam non procedere in curatis, ex eo, quia qualitas curæ adiecta verbo videbatur mutasse

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXVI

mutasse dispositionem simpliciter de beneficio loquentem. d. c. statutum. Quia ad huc respondet Areti, & Moder. repe. in. l. ii. in princip. de ver. b. obliga. & Pet. de Ancha. in. d. ca. statutum. Qui videantur. Et licet episcopatus propter excellentiam dignitatis sub dispositionibus simpliciter loquentibus non comprehendatur, iuxta not. per glo. in ca. secundo. de praebend. lib. vi. Et ibi Ioan. Andr. refert ita Nicolaum Quartum declarasse. Et tenet expresse Domi. in. c. si propter. in. iii. colum. de rescrip. lib. vi. Et Moderni in tract. benefic. in. iii. q. primæ partis. Illud procedit quando dispositio est odiosa ecclesiæ, quæ afferit electionem capitulu, quæ illi competit de iure communi, & est ecclesiæ multum fauorabilis, propter iudicium plurimorum de meritis, & sufficiencia electi per quirentium, quod cessat in papa, de quo loquitur rex. in. d. c. ii. & in cap. quia periculosis de senten. exc. m. lib. vi. Secus est in constitutione fauorabilitate: Nam quatenus episcoporum fauorem concenerat, dispostio sub illa comprehenditur, argu. eorum, quæ dicit Bar. in. l. item si in potestate. ff. de his, qui sunt sui, ut dicit Pet. de Ancha. in cap. i. de re iudi. lib. vi.

¶ Question Vigesima.

VIGESIMO Quero, † an habeat locum ista regula in administratione perpetua data per testatorem, aut in altaris, seu oratoriis?

COSOLVTIO. Cre. ierem. q. non, quia ista non sunt beneficia ecclesiastica, de quibus loquitur ista regula, quia illa dicuntur ecclesiastica beneficia, quæ habent signa beneficiorum ecclesiasticorum, ita non sunt huiusmodi, quia pro illis dant certa stipendia annua, ut officiæ tur, & plura teneri possunt, nec incomparabiliter inducunt, nec sub dispositiōibus de beneficiorum ecclesiasticis loquentibus, comprehenduntur, ut probat And. Sicut post alios in cle. gratia. colum. penit. & ff. de rescrip. ergo non possum beneficia proprie appellari, pro quibus accipiunt ea, quæ tradit Fely. in. c. in nostra. in primo corolla. & in. c. e. parte. el secundo. de rescrip. Si vero altaria de consensu episcopi rigenterunt, vel darent in titulum, tunc, quia in illis concurrit eadem ratio, quæ in beneficiis, per ea, quæ scribit Rochus. Curatus in tract. iur. pat. in versic. construct. in. lxxix. q. in talibus administrationibus altaris, vel capellis haberet locum regula. Et ita concludit Decius in consil. ccc. col. i.

¶ Question Vigesimaprima.

VIGESIMOPRIMO Quero, † an regula ista habeat locum in impositione pensionis super beneficio per annum possesto. Exempli gratia duo litigant, ut per beneficio a tertio nullum ius habente per annum detento, & unus ex istis duebus litigantibus ad ius dicti beneficiorum pertinet, resignauit in alterum imposta pensione certi valoris, papa pensionem concessit, dubitabatur, nunquid dictæ concessionis pensionis obseruit ista regula?

COSOLVTIO. Videtur dicendum, quod non tunc regula loquatur de beneficiorum impositis, & pensione propriæ loquendo, non est beneficium ecclesiasticum, ut patet in. c. quis. de praebend. lib. vi. & late Fely. post Abb. in. c. ad audientiam. de rescrip. Et dicti in regula de infirmis resig. Vbi igitur beneficium non impetratur cessat dispositio regula. Nam ut dicit Bal.

in tit. de pa. const. vbi non est subiectum corrigit correlatum. Et hoc adeo verum est, ut quod licet per contractum matrimonij, vel consecrationem, in episcopum, yacet primum beneficium ipso iure, non tamen vacat pensio, quia non est beneficium, ut dicit Cardi. in clem. prima. in. vi. q. de suppl. neg. praefato. Hinc est, quod habens pensionem non obligatur ad residētiā, nec assumere aliquem ordinem sacrum, nec ad tria onera ad quæ beneficia obligantur, videlicet, ad hospitalitatem, onera episcopalia, & procuratione debitam visitantibus, ut in c. exiti pandet, de præb. c. prohibemus, de censi. unde iura prædicta, quæ de beneficiorum loquuntur, merito in pensionibus locum non habent. Sicut etiam titulus de permutatione beneficiorum non habet locum in permutatione pensionis cum beneficio, inter quæ non habet locum permutationis, sicut inter beneficia, ut notat Cardi. & Mol. in dicta clem. i. & tractat Paul. Roma. in tract. pension. q. v. i. Pariformiter igitur dicendum erit hic, quod regula ista de impetratione beneficiorum loquens non habebit locum in pensionibus.

¶ In contrarium tamen facit te. in cap. ad audientiam. de rescrip. vbi pensio, & beneficium

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

æquiparantur. Et illi etiam competit beneficii diffinitio: nam dicitur beneficii quasi bene faciens, sed illa etymologia militat in pensione, ergo dicetur beneficium. Si adetur hoc: quia pensio est pars quadam beneficii substantialis, ergo reputatur beneficium, quia idem iuris est de parte, quod de toto, cap. maioribus. de præb. ¶ Sed ut omnia ista resoluuntur, penses duplum cōsiderari possunt, videlicet, quādātūr in titulum, vel in stipendium. Primo casu posset habere locum regula, prout dicit Fely. in. c. de quarta. in. iii. colum. de rescrips. frusse iudicatum in Rota super regula Cancellariae. xxiiii. quā simpliciter sicut ista de beneficiis loquitur. Et tamen illa regula procedit in pensione, quā datur in titulum, quā imputari posset. Et ita etiā nouissimis temporibus, tenuit Rota. xii. Maii M.D. xxxvi. in vna Placentina pensionis, coram R. P. D. Marcello epfo Mariscano. Quē voluit sententiam priuatiuam quorumcumq; beneficiorum comprehendere tantum pensiones, quāe dantur in titulum, per superioris dicta, & perea, quā tradit Joan. Bap. Cacialup, in tract. penso. q. xxxx. Si vero non dantur in titulum, sed simpliciter cōstituuntur super beneficiis ecclesiasticis tali casu iudicantur, vt res temporales, adeo, q; illegitimi, & bastardi illas sine dispensatione obtinere poterunt. Vt. xx. die huius mensis Maii M.D. xxxviii. tenuit Rota in vna alia Casaragianā, portionis, alias pensionis coram R. P. Do. Petro Vortio episcopo Aqueñ. pro qua decisione conferunt ea, quāe Curtius tradit in tract. iuris patro. in verbo competens. In secunda, q. principali, & quia non reperitur hoc a iure prohibitum. Et pro ista distinctione faciunt ea, quāe scribit Oldř. consil. lxxxi. & Geminia. in capit. fin. de præbend. lib. vi. & docto. omnes in dicta clemen. prima, de suppl. negligeat. prælato. Cum aliis de quibus per Fely. in. c. postulasti. in. xi. colum. de rescrips. quā addi possunt ad. ca, quā dixi, in regula de infir. resignan.

¶ Quæstio Vigesima secunda.

VIGESIMO SECUNDO Quāero, † an ista regula habet locum in hospitali?

SOLVITIO. De ista quæstione dixi in regula de infirmis resignantibus, & in aliis regulis. Et dicitur etiam infra in regula de triennali possessore. Et quia ex ibi dictis poterit haberi resolutio, quoad præsentem regulam non repetam.

¶ Quæstio Vigesima tercia.

VIGESIMO TERTIO Quāero, † nunquid exceptione istius regulæ possit vti detinens beneficium reseruatum?

SOLVITIO. Hac quæstio pēder modo in Rota, corā me in vna Luccā. capellaniæ Sancti Michaelis, & nihil adhuc est decisum. Quamobrem quæstionē istam breuiter pro vtraq; parte disputabo. ¶ Pro parte negativa, q; locum non habeat regula, facit vnuus. Quia verba istius regulæ loquuntur simpliciter de beneficiis, Ergo debet intelligi de beneficiis non habentibus qualitatem reseruationis. argu. l. quæstum. q. illud. de leg. iii. & c. statutum. de electio. lib. vi. Quia verba simpliciter prolatæ, debent intelligi simpliciter, non secundum quid. l. i. ff. de dona. l. f. C. de his, qui ve. atea. impe. l. hoc legatum. ff. de lega. iii.

2 Accedat predictis, † quia videmus, quād possidens ex prouisione ordinarii beneficium reseruatum non facit fructus suos, vt videatur tenere Specula. & Joan. And. in titu. de dispen. §. videndum restat. in ultimo fol. versic. sed pone, q; aliquis. & facit Decisio Rota. iii. de rest. spol. Innocen. & Abb. in. c. cum dilectus. penul. notabili. de iurepat. & in. c. dilecto. col. ii. de præbent. Adeo, q; possit condemnari in fructibus, qui percipi potuerunt, vt sentit Rota in antiquis. deci. cxxx. nota. q; vbi agitur. &c. Ergo non debet iuuari regula, quia alias inciceret laicum anima eis, quod esse non debet, c. de viduis. xxvii. q. i. Præterim, quia ista constitutio est iuris canonici, cuius principialis intentio est respicere animarum vilitatem, vt dixi late in. c. ii. de consti. lib. vi. Sed presupposito, q; talis detentor facret fructus suos, vt pleriq; Moder. voluerunt, vt est Hispanus noster Anto. Burgos in capitulo ad nostram. in. x. colum. de emp. & vend. & Fely. in. capit. de quarta. de præscip. Ex alio, iste detentor iuuari regula non debet, quia detentatio reseruati beneficii non est considerabilis, nec approbata a iure, sed est damnata, & punibilis. Hoc probatur, † quia vbi alias detinens

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXVII

alias detinens de facto beneficium, si spolietur, venit restituendus, vt tener decisio prima. ti. de renuncia. in nouis. Iste tamen detentor beneficij reseruati, si spolietur non agit spolio, prout tenet Rota decisio. xvi. in no. incip. Si contra agentem. Et hodie hoc etiam seruat Rota, vt sapere vidi per decis. vii. in antiqui. incip. nota, q; vbi agitur. Et. ccclxxv. & Egid. decis. dxxvi. in possessorio. & tenet Anto. Corset. in tract. de potestate regia. in. xli. limita. Et ego neq; debet adiuvari exceptione istius regulæ. Ratio istorū decisionum esse potest, quia possessio beneficij reseruati non solum est nulla, sed etiam detentatio carer omni administracio. iuri, vt decis. xvii. in no. & decis. v. in antiquis. titulo vt lit. pen. & eo. tit. in antiquis. decis. sequitur Roma. in consil. cccxcix. in præmissa consultatione. colum. fina. Et ratio rationis est, quia reseruatio generalis habet vim constitutionis, & legis, vt dicit Gemi. & Moder. in. c. si a sede. colum. penulti. de præbend. lib. vi. & idem Geminia. consil. xxx. & omnis constitutio continet decretum irritans. vt not. Moder. in. l. non dubium. C. de legib. ¶ Et decretum irritans. vt dicere solebat Guliel. de monte Laudu. in clemen. si R. manus. super verbo cum cura. de præbend. est penetrabilis omni gladio anticipi omnia interiora, & occultissima afficiens, & astringens. Nam est tam malignantis natura, quod quicquid inuenit, destruit, & in oppositum dicit. ¶ Postremo pro ista parte faciunt omnes rationes generales, quæ communiter in materia ista poenali, considerari solent, videlicet, q; cum ista regula sit odiosa, est restringenda. I. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. Secundo, quia exorbitans a iure communi, cum beneficia ab alio male possessa, passim de iure possint impetrari, & conferri. cap. in nostris. de concess. præbend. & c. licet episcopus. de præbend. libro. vi. Tertio, quia est poenalis multipliciter, & ideo omni respectu restringenda, iuxta regulas vulgares. c. odiu. & cap. in poenis. de reg. iur. lib. vi. Cum igitur regula nullam mentionem faciat de beneficio reseruato, non habebit locum in eo. Ista sunt in effectu, quæ pro ista opinione adduci possunt, quibus adde consilia duo Io. Aloisii Tuscani olim aduocati, doctrinæ singularis, & postea Cameræ apostolicæ Auditoris, redditia in causa Colonien. incip. vtrum constet. in. vii. dubio. in fin. fol. xxvii. & in alio consilio in causa Nurēbergeñ. Praepositura. fol. lii. in prima parte consiliorum. Qui per ista ultima motiva tenet etiam regulam non habere locum in dignitatibus, ponderando verbum beneficium, positum hic in tex. vt ibi late per eum. & dixi superioris. q. xix.

¶ Contrariam partem, videlicet, q; regula ista habeat locum in beneficiis reseruatis, videtur tenere Moderni in tract. de beneficio. in tertia parte. q. xi. Quorum opinio suadetur, ex eo, † quia licet possidens beneficium reseruatum per annum dicatur detinere, tamen de tali detentione annali in impetratio facienda est mentio: alias gratia est nulla, vt tenet expreſſe Rota in deci. ccclxxiii. incip. dic. q; ordinatio papalis. Quid tenet? Quia causus pender non curabo modo hic decisionem ponere, donec video quid Rota iudicauerit, quis exhibet, quæ dicit Fely. in. c. in nostra. in. xxvi. correl. in. ii. col. de rescrips. qui in specie ponit illa. q. posse refutatio summi: Nam tenet ibi huiusmodi detentorem beneficij generaliter reseruati vt non posse exceptione istius regulæ, propter notorietaatem decreti, quod scit, vel scire tenetur detentor, & istam opinionem tenet Domi. Guliel. Cassiodorus in suis decisionibus titulo de regul. Cancel. decis. xiiii. dum examinat illum articulum, an regula ista hereticum defendat. Nam ibidem in discursu dicto. q. nume. 9. tener istam opinio. scimus quutus Fely. in dicto cap. in nostra.

¶ Quæstio Vigesima quarta.

VIGESIMO QVARTO Quāero, † an procedat regula in beneficiis consistorialibus?

SOLVITIO. Audiui Angelum de Cessis quondam famosum aduocatum dicere, sic, & etiam in regula de triennali: sic obtinuisse. Tamen pro veritate huius puncti, videnda sunt, quæ superioris late dixi, in regula de infirmis resignant. Et vt breuiter me expediā, certe non video rationē, quare regula ista in illis habeat locū, cum loquatur de impetratio: & beneficia consistorialia non impetrantur, sed per promotionem papæ, & proutisitionem conceduntur. Et talis promotio fit per cedula. Itaque forma illius proutisitionis est longe diversa ab impetracionibus, de quibus ista regula loquitur. Reliqua dicas, vt in dicta regula.

COMMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

Quæstio Vigesimaquinta.

- V**IGESIMO QUINTO Quero, † utrum Titius possidens per annum pacifice unum beneficium, ut vnitum, possit vti exceptione istius regulæ contra imperatorem dictum beneficium vnitum in titulum, & tanquam de per se?
- C**ESOLVTO. Do. Gulielmus hic in quadam decisione incip. utrum obtinens, dicit, quod sic, quia Rota ita tenuit in una causa Bononiensi, de sola, Coram D. Iacobo Simone. Nam fratres Sanctorum possidentes beneficium, ut vnitum, excluserunt per istam regulam imperantes beneficium tanquam perpetuum. Et ratio istius decisionis fuit, quia imperans in sua impetracione asserebat, beneficium esse de per se, non autem tanquam alteri annexum. † Quo casu, ex persona agentis ius metimur. l. i. §. i. ff. si pars hære. peta. l. adita. cum ibi notatis. C. de ædæ. Ergo obstat ei regula, pro qua decisiōne facit, quod non tam Cardi. in clemen. vñica. in. viii. q. de seq. poss. & fruct. Et ita transit Do. Guliel.
- C**Sed aduentendum est, quia videtur Dominus Guliel. hanc questionem non pertinenter adaptari ad istam regulam, ex eo, quia si præsupponitur, auctorem impetrasse beneficium tanquam membrum de per se, alteri non unitum, tali casu impetrans non tam videtur repellere, vigore regulæ, q̄ exceptione vñionis. Quia impetrans petit beneficium, quod non est, & ita excluditur. Nec iudicio meo, exceptio istius regulæ adaptari potest, quia regula loquitur de possessore. Et beneficium alteri vnitum, quia iam per vñionem omnino est extinctum, non possident sed illud principale beneficium, cui est facta vñio, possidetur, & primum vnitum confusum fuit, & effectum vnum corpus, cum illo cui vñitur, adeo, q̄ nomen beneficii perdit, vt dicit Rota decif. x. de reb. eccl. non alie. in antiqu. Et ideo videtur frustra toria ista questione. † Nisi distinguendo species vñionis, ut facit Felyn. in cap. in nostra. in xxiii. corolla. de rescrip. velimus pertinentiam. q. sustinere, aliter autem nō video quid faciat ad propulsitum, vel ista decisiō locū habere potest, quando aliter non constaret de vñione, & hoc puto magis cōsentaneū, quia sufficit postfessiō annali, quoad exceptionē producendam, & absolvitoriam obtinendam probare, q̄ possedit per annum pacifice illud beneficium, ut vnitum, licet aliter de vñione non doceat.

Quæstio Vigesimasexta.

- V**IGESIMO SEPTIMO Quero, † an regula procedat in beneficio cōmendato?
- C**SOLVTO. Istam questionem examinauī in regula de iustit. resignantibus, & in regula de idiomate. & in aliis regulis. & plenissime examinabo in regula de triennali. vbi accedit tempore meo de hac. q̄ in specie dubitari in Rota, quæ plenissime discussa fuit, ideo ad ibi dicta pro complemento dicendorū, occurrendum erit, ne rotis idem repetatur. Interim tñ ne hic illotis, vt dicitur, manibus transeamus, vñ prima facie dicendū regulā in cōmenda nō habere locū, ex eo, quia, ut dicit doc. in. c. nemo deinceps. de elec. lib. vi. cōmenda nō est titulus, sed quoddam depositū, donec papa aliter disponat, inde est, q̄ cōmendatarius interim tenetur procurare, ne bona beneficii cōmendati dissidentur, sed eo modo, vt procurator res domini distribuere solet, dispensentur. Quamobrem † commandatarius procurator dicitur, vt in. c. qui plures. xxi. q. i. Et tradit. Alexand. in consil. xcvi. in. ii. colum. lib. iiiii. cum concord. vt per Pautinum in tract. de offic. & po. cap. sed. vac. fol. xxi. Sed ista regula loquitur de beneficio, quod datur in titulum, & certo modo vacare prætenditur, in quo predicta non concurrunt. Igitur regula in cōmenda locū non habebit.
- C**breuiter istis non obstante, posset concludi contrarium, ex eo, quia regulariter videmus, communiad nobis tēporis ad vñm concedi, & sic iuxta l. i. ff. pro socio, perpetua reputantur, & ob id titulis æquiparantur, vt sape in Rota tentū est, prout dixi in dictis regulis. Praesertim quia negari nō potest, per mortem cōmendatarii, dari aliqualem vacationem, adeo, † q̄ gracia ad beneficium vacaturum capit beneficium vacante per mortem commandatarii, vt concludit Marianus Socinus in consil. xxxii. in. vi. col. lib. primo, post Roma. in quodam suo consilio, quod ibi allegat. Et ita in terminis Rota in quadam causa iudicasse, referit Bo. memo. Cardina. Jacobatus, ex ordine nostro, tunc primarius Auditor, in quibusdam suis apostolis ad istam regulam manu propria eius scriptis, vbi assérit omnes dominos ita tenuisse. Reliqua, quæ hic desiderantur, in dicta regula de triennali videas.

Quæstio

REG. DE ANNALI POSSESSORE, CXXXVIII

Quæstio Vigesimalis prima.

- V**IGESIMO SEPTIMO Quero, † an in beneficiis iurispatronatus laicorum vendicet sibi locum regulæ?
- C**SOLVTO. Recordor hoc dubium motum fuisse in Rota tempore meo in causa Agrigentina prioratus, seu decanatus, coram R. P. D. Marcello, & nihil tunc fuit decisum. Tamen in illa causa erat vnum plusquam præsupponatur in. q. ista, videlicet, quia ius patronatus illius prioratus erat imperatoris. Itaque fuit positum dubium, numquid ista regula procederet in iurepatro. imperatoris. Sed, vt dixi, nihil fuit tunc decisum, uel quia causa ex alio capite extum habuit, vel quia partes concordarunt.
- C**Pro resolutione igitur istius dubit, cōsiderandi sunt tres casus. Primus est in præsentatione, videlicet, quād ad beneficium post annū ab alio possessum quis præsentatur. Et in isto casu ex parte præsentati non requiritur obseruatio istius regulæ. Quia iste textus requirit expreſſionem hic requisitum in impetracione, quæ in præsentatione patroni non debent, nec solent serui. Item quia ista regula loquitur de impetracione, quæ tribuitus impetravit, & i statim, & ideo in tali debet fieri diligenter, & seruari forma hic requirita, † sed præsentatio ante institutionem non tribuitus ius de præsenti efficax, vt tradunt omnes in. c. cum Beroldus, de re iudi. & dixi in reg. de non tollend. iu. quasi. q. i. ideo in præsentatione regula isti non procedet. Adiuuatur ista opinio ex vulga. dictis, videlicet, q̄ ista regula est pœnalis, & odiofa, ideo refringenda. c. odia. de reg. iur. lib. vi. Quibus accedunt ea omnia fundamenta, quæ late quidam Moderniores cogerunt, in tracta. nouo iur. patro. in. xxiiis articu. vi. q. princip. primæ partis, est fol. cxxiiii. Vbi tenent regulas Cancellariae loquentes generaliter de beneficiis, non habere locum in beneficiis iurispatronat, considerato respectu istius questionis.
- C**Secundus est casus, in quo exemplificari potest ista regula, videlicet, in institutione beneficii iur. patro. Exempli gratia. Hodie vacat beneficium iur. patro. & Titius se intrudit, & possidet per annum pacifice. Postea pertinet ad notitiam patro, q̄ beneficium vacat, & infra quadrimestre, quod currit patrono a die notitiae, vt dicit. int. Ioan. And. & Abb. in. c. fin. de iur. patro. & Rochus in tract. iur. patro. In verbi honorificum. in. xvii. q. patronus præsentari Ioannem, & petit institutio ab ordinario. Nunquid institutioni, obstat regula? Et certe isto casu etiam videtur, quod non habeat locum regula in institutione, † quia ista regula loquitur de impetracione, & collatione, quæ est libera, respectu coſerentis, vt Abb. dicit in. c. authoritate. colum. prima. de institu. Sed institutio non est huiusmodi: quia non potest instituens instituire, quem velut, sed cogit præsentatum, si idoneus est, instituere, vt dicit Abb. in. d. c. authoritate. & in. c. ex frequentibus, de insti. Cum igitur ista sunt diversa, dispositio loquens in uno, non habebit locum in alio, iuxta tradita in. c. cum in illis. de præben. lib. vi. Et ita per ista, & alia motiva tenet Decius in consil. cxxiiii. regulam de iur. resignan. non habere locum in beneficiis iur. patro. quæ opinio satis mihi placet, loquendo in institutione facta per ordinarium, cum quæ concordant Omnia motiva adducta per Modernos, loco superius allegato.
- C**Tertiū casus est in noua prouisione, vel in prouisione simpliciter impetrata a papa. Et hic est maior difficultas, propter diuersitatem rationum. Et iste casus modo decisus fuit in Rota in causa Hispaniæ capellaniæ Sanctæ Catherine, coram R. D. Ioan. Mohedano, in quo duo aduocati, pro vñtraque parte latius scripserunt. Et vt res ipsa facilius percipi, & intelligi possit, facti series ita se habuit. Quidam impetraverat simpliciter a papa dicta capellaniam, dicens esse forsan de iurepatr. laicoru. papa gratia concessit cum clausula dñi modo accedat consensus patro. Quibus quidem consensus postea accessit, cumque impetrans intrusum ad iudicium euocari faceret, intrusus de ista regula opposuit. Fuit igitur dubitatum nunquid isto casu sit locus regulæ. Pro parte negativa dicebatur, regula la nō esse locū, † quia noua prouisio præsupponit alium titulum præcessisse, nec facit ius purum, & simplex de per se subsistens, vt tradit. Glorator in regula Cancellarie. Ixii. in. iii. colum. infra eo, tenet Rota. decisi. xxiiii. de conceit. præben. in antiqu. & Egid. deci. cxvi. Regula igitur ista quæ loquitur de impetracione, debet intelligi in dubio de simplici, pura, & libera collatione, arg. l. i. ff. de dona. Nam verba in dubio, præsertim in materia odiofa, & poenali, cuiusmodi est ista, debent intelligi simpliciter, & pure, nō secundum quid. c.

COMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

statutum, de electio, lib. vi. Bar. in. l.i. §. hoc interdictum, ff. de fonte, &c. penulti. de sententia excom. & l.i. hoc legatum, ff. de leg. iii. Præfertim, quia regula ista simpliciter loquitur de beneficio, & non facit mentionem de iure patro. igitur non habebit locum in illis, quia dispositio quamcumque favorabilis, de beneficiis loquens, non comprehendit beneficia iur. patr. laicorum, nisi expresse dicatur, ut tradit. Joan. And. Gem. & communiter docto. in. c. ii. per illi tex. de præb. lib. vi. Et hoc video statutum fuit, ne laici retrahantur a fundationibus ecclesiasticis, id est tenet Lapus allega. lxxiii. & xcvi. igitur iste tex. simpliciter loquens de imprestationibus, deber intelligi de puris, & simplicibus, non autem de qualificatis, prout sunt beneficia iuris patronatus.

Secundo principaliter pro ista opere, facit, † quia noua prouisio, est quod accessoriū, & dependens a presentatione, siue igit punitatio, uel consensus patroni precedat, vel sequatur, ut tradidit Moder. de curte in tract. iur. patr. in verb. pro eo, q[uod] de diocesanis consenserunt. in. l. i. q. & accessoriū sequitur natura sui principali. Vnde, quia ratio dicimus, presentationē nō comprehendit sub dispositione istius regulæ, per superius dicta; Pariter nec noua prouisio ei accessoria, ut in similibus terminis intellexit Rota regulam disponentem commissiones caufarum non valere literis non expeditis, procedere tantum in principali non accessoria, & oppitulativa, qualis est noua prouisio, quia illa expeditionem non requirit, ut ibi diximus. Præterea, quia regula ista loquitur de prouisionibus, & imprestationibus, que innuntiuntur gratiae: sed imprestatio, & prouisio, que fit cum consensu patroni, prius est ista, de qua agitur, iniunctur iustitia, iuxta not. in. c. i. ex frequentibus, de institu. & regula non habet locum in illa, quia qua ratione si patronus presentasset, & papa instituisset, regula locum non habet, eadem ratione locum habere nō debet, quando papa confert cum dicta clausula dummodo accedit consensus patroni, quia ex hoc appareret papam nolle libere conferre cu[m] posset, sed voluit consensum patroni requiri. Itaque talis prouisio aequipollit institutioni, & sapit iustitiam, & non gratiam. Nec obstat, q[uod] prius papa prouiderit, & postea consensus accesserit patroni, quia idem est, q[uod] antea, uel post consensus patroni accedit, ut dictum est: nam vtroq[ue] casu prouisio facta censemur institutione.

Cestis tamen non obstante, hodie, quæ numeratur. x. Januarii. M.D. xxxix. Rota in dicta causa coram eodem R. D. Mohedano tenuit contrarium, videlicet, regulam habere locum in imprestatione, facta a papa de beneficiis iuris patronatus. Et ratio istius decisionis fuit, quia in dictis beneficiis, ratio procedit, & verba istius regulæ militant. Nam regula ista punice de sidem imprestantem, quæ verba in imprestante beneficium iur. patro. verificantur, & impunit sit, qui eligit viam imprestationis a papa, & regulam non seruavit: Nam licet postea accedit consensus patroni ad confirmandam imprestationem, illud, quod principaliter pars egit, debet considerari, videlicet, ipsa imprestatio, de qua regula loquitur: Nam ea ratione, quia hospitalia, & beneficia patrimonialia, si imprestantur subiiciuntur regulæ, eodem modo & beneficia iur. patr. Nec obstat, q[uod] laici patroni, per hoc distrahanter a fundationibus ecclesiasticis, quod non est uerum, quia per hoc patroni nō impeditur præsentare, licet præsentatus in sua prouisione imprestanta a papa teneatur obseruare contentia in ista regula. Ita q[uod] patroni non excluduntur perpetuo, cum prohibito istius regulæ sit temporalis, & annalis possessor carens titulo, poterit ab alio excludi, contra quem præsentatus obtinere poterit. Et licet interim præsentatus, propter suā negligentiā excludatur, illud nō est inductum in odium patroni: nā licet præsentatio videatur per exclusionem præsentauit non habere effectum, hoc non est principale praediūcīum patroni, propterea non debet esse in consideratione, iuxta glo. in capitu, secundo, de pact. lib. vi. & quæ not. Felyn. in capitu, super eo. de offi. deleg. Et per hoc respondetur ad doctrinā docto. in. d. c. ii. de præben. lib. vi. cum aliis. q[uod] ideo ibi non comprehenduntur beneficia iur. patr. laicorum, quia principaliter prohibetur præsentare, & sic infereretur illis prædicūcīum principaliter, & nō secundario, quo casu illud fieri non debet, propter prædicta ratione, ne distrahanter a fundationibus. Sed in casu nostro patroni principaliter nō prohibetur præsentare, & si in aliquo prædicūcatur illis, prædicūcīum illud, ut dixi, est secundariū, quod attendit nō debet, iuxta late tradita superius in regula de nō tollē. iu. quæsi. q. iii. per Moder. & in. l. si quis nec causam, ff. si cer. pet. & Et hac ratione videmus, q[uod] extraugans execrabilis, locum haberet in beneficiis iuris patro. laicorum, ut ibi teneret. Joan. Fran. Pautinus quondam Rota Auditor. Et ratio est, quia per hoc patroni non prohibentur præsentare, quia pena illius extraugat, sicut istius regulæ habet locum,

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXXXIX

locum, postquam patronus præsentauit, & sic functus est officio suo, vnde si ex post præsensatus, propter suam negligentiam, vel dolum excludatur, illud non debet considerari, quia non est inductum in odium patronorum, arg. l. i. ff. de in lit. iur. Nec obstat, q[uod] regula non videtur habere locum in imprestationibus, quæ conceduntur per viam iustitiae, quia illud est uerum quando imprestationes sunt mere iustitiae, secus si sunt mixtae: Nam tali casu regula illas comprehendit, vt lites exquirentes per huiusmodi imprestationes reprimantur, hinc est, q[uod] si fiat renunciatio in fauorem Titii, Clarum est, q[uod] prouisio, quæ Titio a papa fieri debet, est per viam iustitiae, ex eo, quia renuncians alter non efficit renunciatur, nisi in favorem Titii, & est iustum, q[uod] papa Titio conferat beneficium. Et tamen in tali prouisione habet locum ista regula, ut inferioris dicetur in alia. q[uod] Adeo, q[uod] si resignatarius in sua prouisione non faciet mentionem regulæ, excludetur eius exceptione. Et per hoc responderetur ad consilium Decii. cccxiii. q[uod] nō faciat ad propositum, ex eo, quia termini sunt diversi: Nam si illa regula de infir. resignantibus, haberet locum in beneficio iur. patro. patroni generaliter excluderentur a presentatione, cum vacatio per renunciationem, propter quam patroni præsentare possint, vel consentire in illa regula annulletur, & inducitur noua, & facta vacatio per obitum, propter quam patroni præsentare non possint, sed prouisio pertinet ad patrem, ut ibi dixi. q. v. & in summa longa est differentia inter casum nostrum, & illam regulam, prout ex mortuis Decii in. d. c. o. fil. satis colligi potest. Et in hoc stilus Cancellaria plu rimum valet, qui declarat mētem principis: Nam solet Cancellaria etiam in prouisionibus beneficiorum iuris patro. in literis narrare istam regulam, quod non faceret si teneret regulam talia beneficia non comprehendere. Et ista opere, certe ex hoc iustior videatur, quia per eā lites calumniosae, quæ per hūmōi imprestationes beneficiorū viuentū fomentantur, tolluntur, & hoc respectu regula ista favorabilis dici potest, per ea, quæ dixi in princip. istius regulæ. Et finaliter ad hoc videtur notabile consil. Rom. in cōsilio. cccclv. incip. in re præsenti, &c. ubi voluit, † collationem factam de beneficiis iuris patro. esse subreptitiam, si non fecerit mentionem de colorata alterius possessione. Et pariter voluit presentationem patronorū esse nullam, non facta mentione de detentione terræ, qui veniebat priuandus, ut ibi per Roma, quem sequitur Fely. in. c. in nostra, in. xxxvi. corrella. de rescrip.

Quæstio Vigesima octava.

VIGE SIM OCTAVO Quero, † an regula habeat locum in imprestatione gratiae si neutri?

COLVTIO. Ista questio in Rota ventilata fuit tempore Nicolai Quinti, per episcopum Spoletanum locum tenentem, & tempore Sixti Papæ Quarti, vt inuenire in memoria libris illorum temporū: Non tamen ibi dicitur, quid fuerit decisum. Et ideo, vt veritas clarius elucescat, motu pro vtracq[ue] parte ponam, pro quorum probatatione conferre poterunt omnia argumenta, quæ in similibus, q[uod] scripsi in regula de non iudicando literis nō expeditis, & ea, quæ dixi in. q. prox. præcedenti in ultimo membro, & dicā in regula de ualore exprimendo. Et quod regula locum habeat, adduci possunt rationes sequentes. Prima, quia regula generaliter loquitur de qualibet imprestatione beneficij, nec distinguit, siue per viam si neutri, siue alias fiat imprestatio. Ergo nec nos distingueremus. c. solite, de maio. & obedi. Præterim, quia verba regula, ibi, (quod uacare prætendit) adaptantur gratiae si neutri, uulg. l. iiii. §. quoq[ue] de dam, infec.

Praeterea, † quia gratia si neutri, cū sit noua gratia, debet continere omnes illas expressiones, quæ debent de iure fieri in aliis gratiis beneficialibus, ac si de novo imprestantur, alias uiciuntur, ut teneret Rota in decisione. cccxix. idem quod imprestantis gratiam si neutri, in non uis. Et Roma, in cōsilio. ccclxii. Sequitur Fely. in. c. in nostra, in. xv. correl. de rescrip. Sed certum est, in aliis imprestationibus requiri obseruationem istius regulæ. Ergo idem discordum erit in gratia si neutri. Præterea, ratio in processo istius regulæ expressa, cum sit finalis, iuxta. l. finalē. ff. de haere. insti. vendicat sibi locum in gratia si neutri. Ista sunt, quæ sine fisco, sed succincte, & breuiter adduci possunt pro ista parte.

Un contrarium, quod regula non habeat locum in gratia si neutri, faciunt verba positiva in fine istius regulæ, dum dicit: Nec ullus alius uacationis modus etiam per literas si neutri, & cætera, suffragetur imprestanti, &c. Nam ista verba innuunt, quod regulæ in prin-

COMEN. R. P. D. LVDOVICI GOMES.

cepio loquutus de primis impetracionibus simplicibus, non de istis accessoriis, & conditionatis: Quia uerba simpliciter proclata debet intelligi de actu puro, & simplici, non conditionali, vt dicit tex. in. l. prima. ff. de dona, cum similibus. Ergo ubi aliquis, qui non impetrasset primae uam gratiam si neutri, non cogeretur seruare regulam. ¶ Praterea, t quia gratia si neutri, non impetratur, nisi sit pendente, vt patet in decisione ccxx. in nouis, & melius. cclxx. Ergo si est lis, beneficium non est pacifice possessionum, & per consequens regula ista non suffragabitur.

Sed tenendo primam partem, ad istas rationes possit responderi. Primo ad illa verba hic in regula positia (neque vltius vacationis modus &c.) quod illa uerba sunt apposita in odium impetrantium, & ad maiorem eorum exclusionem. Ergo non debemus illa detorqueri, & interpretari ad sensum contrarium, videlicet, vt fauorem inducant, & restrictionem regula. arg. l. quod fauore. C. de legibus. & l. legata inutiliter de lega. i. Nam aliter interpretando regulam implicaret contradictionem, & seruiret nobis de vento. Mens igitur illorum verborum finaliū istius regulæ est, secundum q[uod] a multis intelligitur: vt presupponat principium regulæ, loqui in quacunque impetracione, siue illa sit gratia simplex, siue gratia si neutri, vel perinde valere, dummodo illa sit prima gratia. Itaq[ue] facta una impetratio ne ex supradictis impetratis certo modo teneatur in illa satisfacere regulæ, alias illa prima impetracione nulla existente ob non observationem regulæ non posset se ex alia iuuare. Et hoc sonat illa verba nec aliud quam præmissæ vacationis modus) illa enim dictio, præmissæ, non est demonstratiue impetracionis ad oculum, cū in regula (nullus vacationis modus) sit expressus, sed demonstratiuum ad sensum gratiarum, quas contingeret de huiusmodi beneficiis impetrari. Et ista videtur mens regulæ, quam sequi debemus, capitu. intelligentia de verborum significatio, & vulga. l. scire. ff. de legi. Præsertim cum etiam seruamus verbis, arg. l. ille aut ille, q[uod] cum in verbis, de lega. iii. vi fugianus absurdus, juxta nota in capitulo dudum de præbend. libro sexto. ¶ Sed ulterius circa expositionem istorum verborum, videnda sunt ea, quæ scribā inferius in. lxxix. quæstione. cum duabus sequentibus. Et quod ista regula in dicta gratia si neutri, locum habeat, suader generalitas processus istius regulæ (vt improbi literes, &c.) Quæ ita habet locum in gratia si neutri, sicut in principiis prouisionibus, & illa ratio processus est hic expressa, iuxta notata in Bal. in q[uod] quibus, in prima constitutione, C. & in secunda constitutione in principio. ¶ Etideo quicquid sibi ea comprehendetur, dicitur etiam sub regula comprehensionis, virtute comprehensionis, non extensiva, iuxta notata in. c. postquam, de electio. libro sexto. & in. l. præcessis, in princip. ff. de operis no. num. & in. l. non possunt, de legib. cum similibus. Et quia illa indistincta locutio illorum verborum (siquis impetraverit, &c.) posita in principio istius regulæ, perinde stat, ac si omnem modum impetrandi inclusisset, iuxta notata in capitulo circa, de electio. libro sexto. & in. l. plures. de leg. iii. & in. l. vxori meæ, de vsufruct. lega. cum similibus. Nec obstat, quod gratia si neutri, impetratur eo tempore, quo annualis possessio non est pacificus, & sic sit pendente, quia respondet hic præsupponi, quod possessorem iam fuisse annalem quando illi mouetur, vt patet hic in tex. ibi tunc per annum immediate præcedentem, & cætera. alias regula non procederet. Et illa annualis possessio præcedens obstat etiam gratia si neutri impetrata, sit pendente. Itaq[ue] contrarium in nihilum resolutur. ¶ Teneri igitur potest ista conclusio pro firma, videlicet, regulam procedere in gratia si neutri. Quam opinionem tenuit, & approbavit Rota tempore Sixti in vna Brixien. præbenda, coram D. Ioan. Casfarino, tunc Auditore, pendente. Nam tunc fuerat dubitatum, nunquid gratia si neutri, de qua impetrans magnum faciebat fundamentum in iudicio, obstatet regula. Et sicut dictum, q[uod] sic, propter identitatē rationis, & ea, quæ dicta sunt. Pro quo vide, quædixi. q. xv. & dicam. q. xlvi. lxxix. & lxxix.

Vt tamen ista conclusio resolutur, est aduentendum, q[uod] nouissime, q[uod] ista fuit ita in Rota proposita, in qua ita distinguebatur: q[uod] aut prima gratia est nulla, propter non observationem regulæ. Et isto casu, ne delinquens sit melioris conditionis, q[uod] prudens, in eius peccata dicendum, gratia si neutri, sibi non suffragari, nisi in ea requisita regule seruentur, & ita procedunt omnia quinq[ue] fundamenta, que ad regulæ de non acceptando literis non expeditis, facit Gemi, in consil. cxviii. quæ hic applicari poterunt. Et ita in simili cœclusit Rota in vna Sancti Andreæ vicariæ, de mense Junio M. D. xxix. coram R. P. D. Marcello episcopo Mariscano. Dum voluit, q[uod] regula Clementis disponens, quod in supplicationibus, seu concessionibus

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXL

concessionibus gratarum de beneficiis, tunc vacantibus, de metrice, in quo vacarent, dispossitio mentio fiat, alioquin gratiae sint nullius momenti, &c. Nam voluit habere dicta regula loca in nouis prouisionibus, quæ sunt concessiones, & hoc, quia verba regula adaptantur nouis prouisionibus, ergo mēs papæ talis esse præsumitur, qualiter verba denotat, vulga. l. labeo, de suppellect. leg. plura tamē, pro & contra, super hoc adiutori scripsierunt, quæ non refero, vt videndum est in informationibus eorum. Aut vero gratia fuit nulla, alio capite, q[uod] propter regulam non seruatam, forte, quia errauit in expressione vacationis: & tunc erit concludendum, gratia si neutri, valere, regula non obseruata. Ratio fuit, quia hoc casu regula ista, quæ de impetracione loquitur, debet de prima, & principali intelligi, non de secundaria, & accessoria, argu. l. si quis nec causam, ff. si cert. peta. Et quia verba simpliciter proposita, intelliguntur de primo actu, non de secundo, vulga. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo, signis, prout Domini regulam de publicandis resigna. intellexerunt, vt ibi dixi. Et ita in terminis istius questionis conculxit, & iudicauit Rota die. xviii. Januarii M. D. xxviii. in vna Roma. parochialis Sancti Pauli, & Casfarei, coram Domino Raynaldo Petruccio, pro Domino Eurielio de Sylvestris contra Felicem de Caualeriis.

Quæstio Vigesimalis.

VIGESIMO NONO. Quero, t quia ista regula obstat pariter reformatiæ factæ ad primam gratiam, quæ erat nulla, ex eo, quia non fecerat mentionem de ista regula?

SOLVITIO. Super isto puncto, qui ante directionem vrbis ventilabatur in Rota, ego consului pro episcopo Iustinopolitanu[m] in causa beneficiorum Bergomæ, & Brixien. Et tunc siebant aliqua motuæ pro invaliditate reformationis, ex eo capite, quia si principale non valuit, nec reformatio tanquam accessionis, quod sequitur naturam sui principiis, iuxta nota in. l. non dubium. C. de legi. cum uulg. de quibus per Roma. in consil. cclvi. & lafon in. l. sub prætextu. la prima. in fi. C. de transact.

Quibus, & istis similibus motuæ non obstantibus, ego consului contrariu[m]. In qua opinione nāc eo libenter persito, quia tunc fuit illa opinio a Rota recepta, & approbata. Et inter plura, quæ in dicto consilio scripsi, quæ breuitatis causa omitteduntur, fuit hoc principale motuæ: quia licet principalis gratia fuit nulla, reformatio tendit ad hoc, vt det illi spiritum vitæ; Et quod in illa omissione fuerat, per istam suppleatur, iuxta decisio. in antiquis. clxxx. Nam relatum est in referente cum suis qualitatibus, vt tradunt Moderni in. l. certum. ff. si certum peratur, maxime cum constet de mente concedentis. ¶ Nam ex noua causa potest quis redire ad ius amissum, vt dicit textus in capitulo cum inter. de renunciatio. cum concordan. vt per Roma. in consilio. clxviii. & Angel. in consilio. lli. Dominus Gilius. colum. ii. & Corne. consil. cccv. lib. iii. & Capra. consil. xii. Et in summa pro decisione est glo. per quam motu fuerunt Domini in. c. si A apostolica. in glof. penulti. de præben. lib. sexto. Quam post Roma. in consil. cclxxii. in princip. eam sequitur, & tenet Felyn. in. c. in nostra. in. xvi. correl. de rescript. Faciunt ea, quæ scribit Bal. in consil. ccclix. In primis sciendum. lib. i. Quæ omnia cum uerificantur in dicta reformatione, non est dubium, eam ualeare, non obstante regula, cui in ea fuerat derogatum. Et ad illud, quod dicebatur, q[uod] accessoriū debet sequi naturā sui principalis, est verū, quod est eadem ratio, secus si diuersa, vt hic, & tradit Perusi. in. d. regula accessoriū, de regi. iur. lib. vi. & reassumit Alex. in consil. iii. col. iii. primo volu. Plura alia fuerunt deducta, quæ breuitati studens omitto.

Quæstio Trigesima.

TRIGESIMO. Quero, tibi, nomen gradum, ac nobilitatem, &c. an expressio nominis possessoris in impetracione sit de forma substantialitan vero sufficiat, non nominis expressionem fieri per aquipollens?

SOLVITIO. Teneendo, quod regula ista inducat formam in casibus hic expressis, videatur dicendum hic, vt conclusum fuit superius in. vi. questione formalem nominis expressionem requiri, non aquipollens, vt est tex. in. l. hac consilistica, ibi, nomina hexadrum, & dignitates singulorum, &c. C. qui testa. fa. pos. Tunc Alberic. in rubrica de testa.

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Ex quo quidem textu dictæ. I. hac consultissima. putabat Reuteréissimus Pater Dominus Jacobus Simonetta, olim Auditor Rota, & postea Cardinalis summæ sc̄ientiæ, & eruditio nis, sumptuofuisse verba regulæ nostræ. Est igitur ibi tex. t̄ q̄ quando expressio nominis requirit pro forma, non potest per æquipollens impleri. Ethoc tenet Alexan. in cons. xcvi. colum. s. lib. iii. Pro qua opinione adducit Iason decem decisions, seu rationes nota biles in. l. i. in tercia colum. versicu. tene regulam affirmaturam. ff. de libe. & posthū. quas breuitatis causa non refero. Facit etiam, quia iste rex, adeo voluit esse certam, & indubitate tam personam possessoris, quod non fuit contentus sola nominis expressione, nisi & gra dum, & nobilitatem eiusdem exprimeret imperans. Quod putar esse multum necessarium Bar. in. l. demonstratio falsa. in. vii. q. ff. de condj. & demō. & in. l. libellorū. in princ. colum. fina. ff. de accusa. Præfertim, quia verba istius regulæ sunt præcisa, & geminata. Dicit enim, q̄ imperans nomen ipsius possessoris, exprimere debeat, & teneatur, &c. Sed vbi ponuntur verba geminata præcepti, non dicitur satis factum præcepto, quando fit ex pressio per æquipollens, vt statim dicetur. Igitur, &c.

¶ Contrariam opinionem tenet Glosator in regula de impetrantibus beneficia per obi tum familiarium Cardinalium, vbi voluit, quod licet tex. ibi, sicut hic, requirat pro forma in impetracione expressionem nominis, & tituli Cardinalis; tamen si hoc fiat per æquipollens eo modo, vt certa reddatur persona de qua loquitur, satis factum erit formæ dæ in illa regula. Quia nihil interest, quid ex æquipollentibus fiat. Pro qua opinione faciunt plura moria, quæ cumulant Alexan. & Iason in dicta. I. hac consultissima. & in l. prima. ff. de libe. & posthū. Vbi Aretinus more suo notabiliter loquitur. Quorum rationes ibidem videantur, quia moris mei non est, transcribere dicta aliorum de charta in papyrus. Sed sufficiet eos tantum allegare, qui plura scripsierunt, vt docet Fely. in capit. Rodulphus. in decimaquarta colum. versicu. horitus autem, de reſcrip.

¶ Quid dicendum? Certe inter tot disputationes Doctorum, mihi proculdubio prima op̄io, quoad propositum tex. nostri videatur verior. Nam licet verum sit, q̄ expressio nominis requisita a lege, vel statuto in reſcriptis, possit fieri per æquipollens eo modo, vt intelligatur, vt tradit Domi. & ceteri in. c. ii. super glo. quorū. de reſcrip. lib. vi. cum pluribus aliis concor. vt scribit Alexā. & posteriores in. d. l. i. & in. l. hac consultissima. Tamen ista conclusionem limitantib⁹ doctores omnes, nisi in lege, vel statuto sit decreum irritans, Nam tali casu expressio requiritur, in forma specifica: præfertim quando præceptum est geminatum. Sed in ista regula ponitur decreum irritans, & præceptum geminatum: in qua non solum papa annullat reſcriptum, sive gratiam, si talis expressio noui fiat, sed addit alias poenas hic expreſſas. Igitur concludendum est, requiri specificam, & indiuiduam nominis expressionem. De quo tamen in sequenti quæſione aliquid vterius dicemus. Et pro ista opinione stringit vnum, quod est bene considerandum. Quia si dicimus nominis expressionem per æquipollens exprimēdi hic sufficere, sequeretur magnum absurdum, q̄ regula ista saltrem in ea parte, quæ talem nominis expressionem requirit, fruſtratoria, & vacuam penitus esse: quod ita probatur. Quia quando illud, quod de iure communī statutum fuit, quod forte posset per æquipollens adimpleri, postea per constitutionem particularē, vel generalē specialiter est reperitum, tunc nūquām talis solennitas, vel expressio, vel æquipollens fieri, vel. impleri potest, vt constitutio, quæ postea editur non sit fruſtratoria, sed aliquid vltra ius commune operetur. Ista fuit notabilis doctrina Bar. qui in hoc communiter approbat in. l. tercia. §. si rem. ff. de legis. iii. Vbi voluit, t̄ quod licet de iure communī caueatur, q̄ victus vitori condemnetur in expensis, nisi habuerit iustum litigandi. Si tamen illud idem postea per aliquid statutum disponatur, videlicet, q̄ victus vitori condemnetur in expensis, vt statutum aliquid ultra ius commune operetur, intelligetur includi casus, in quo quis habuerat iustum litigandi causam, vt, videlicet, non excusat talis iustum litigandi causam habens, sed condemnetur in expensis, vt illud statutum non sit penitus fruſtratorium, sed aliquid operetur. Ita teneret ibi Bar. quem plures vbiq̄ sequitur, quos latissime enarrati in Commentariis meis cap. i. de constit. lib. vi. super glo. in verbo facti. Per qua dicta alias Rota in una Gebenēn. de benigno pulcherrimam decisionem fecit, quam refero in dicto. c. i. nu. 145. circa si. multa enim contra ius strictum (vt actus aliquid operetur) inducta sunt, quæ alias non concede rentur, vt tradunt Moder. in capit. primo. de reſcrip. Cum igitur in casu nostro regula ista

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXLI

ista disponat nomen possessoris in reſcripto exprimi debere, quod prius de iure communī statutum fuerat in capitulo finali. de reſcriptis, & in iuribus superioriſ allegatis, posito, q̄ de iure communī talis expressio per æquipollens fieri possit. Nihilominus ne illa regula, quæ hoc idem, quod in. l. commune disponit fruſtratoria censeatur: est dicendū, expressionem nominis in casu nostro in forma specifica fieri debet, non per æquipollens.

¶ Est bene verum, quod circa regulam de impetrantibus beneficia per obiūm familiaris Cardinalium, quæ requirit similem expressionem nominis, Domini mei Auditores (vt audiō) tenentur, expressionem illam nominis, & tituli per æquipollens fieri posse, vt dixit ibi Glosator, sed hoc nō refert, cum ille casus ab isto sit lōge diuersus. Rationē diuersitatis forte ibi ponam, tice pro nūc iste contrariæ decisions concordari possent ex dictis Abba. in cap. quarto, in vltimo notabilis. de his, quæ si. a p̄tla. posset etiam dici in dicta regula familiarium cardinalium illud de expressione nominis statutum fuisse in consequentiā fauoris, & non principaliter, prout in. l. cum ex oratione. ff. de excus. tuto. ¶ Quo casu in formalibus inductis in consequentiā alterius finis expressio, & complementum per æquipollens fieri potest, vt est tex. norabilis in. l. i. & ff. de verbo. obliga. Quæ ibi ad hoc norat doctissimus modernus Lanzellotus Galiaula in secundo notabilis, & Modernio. sequuntur. Nam in istis sufficit seruare finē, ad quem ipsa dispositio tendit, sicut forma nō servetur, vt est tex. in. c. quoniam contra, vbi Abb. & Moder. not. de proba. Sed in casu istius regulæ alia, & diuersa ratio concurrat, vt dicere debeamus nominis expressionē formaliter requiri, videlicet, odium ipsius impetrantis, in cuius detestationē, & possessoris fauorē inducta fuit hac solennitas expressionis nominis, cui impetrans renunciare nō potest, cum sit (vt dixi) hæc forma in fauorem possessoris inducta, & ideo iuri alterius ex causa mea acquisito, renunciare non possum, vt in. l. cum a ſcero. & ibi not. Bal. C. de iure dot. Et hoc est, quod in propoſito dixit Ioan. And. a quo sumi potest decisio istius. q. in. c. ii. de reſcrip. in nouella. super Glo. in ver. cognomina. Vbi post alios per eum ibi allegatos dicit haec formā, videlicet, q̄ in reſcripto reorū nomina exprimerentur, nec sufficere per circumlocutionē, & æquipollentiā expressionem fieri, inductum fuisse in odium impetrantiū, pro quo faciunt ea, quæ tradit Iason in. l. prima, in decimaquarta colum. ff. de uniga. & pupil. post dominum Ant. & Imol. in cle. constitutionem, per illum tex. de electio. Et quod dictum est, nomen possessoris in reſcripto exprimi debere intelligendum est de nomine proprio.

¶ Et licet nominis appellatione non solum nomine propriū, sed etiam appellatiū, & signaculare comprehendatur, vt tradit Andreas Siculus in capit. quoniam abbas. in quarto notabilis de offic. delega. Nihilominus in dubio in dispositionibus penalibus, qualis est ista, nominis appellatio de proprio, non de appellatiū nomine intelligi debet, vt est tex. in. l. seruus hæreditarius, iuncta glo. ff. de stipulatione seruorum. & glo. in clementina pri ma. in verbo nominatim, de vita, & honestate clericorum. Ratio predictorum esse potest, quia nomen proprium significat vnum corpus, vel ens, seu aliquod individuum, vt Petrus, & similes. Sed nomine appellatiū significat plura, vt species, vel genus, vt homo, vel animal. Quod declarat And. Siculus in dicto capitulo quoniam. Et quia in reſcriptis, quod certius est, debet exprimi, vt in capit. ad hac. & in capit. si. de reſcrip. Merito ex pressio nominis in ista regula tantum de proprio fieri debet, tanquam de certiori, non de appellatiū, & ita hodie de ſtilo practicatur, vt dicit Ioan. andr. vbi supra. ¶ Quid autem sit nomen singulare, & quando eius expressio sufficiat, late scribit And. Sicul. in dicto cap. quoniam, in quarto, & quinto notabilibus. Vbi sumpta occaſione nominis singulareis plura de nomine, & proprietate Phœnicis extra propositum congerit, vt ibi per eum.

¶ Et ista omnia de planō procedunt in reſcriptis, & gratiis beneficialibus, de quibus loquitur ista regula. Sed in aliis materiis, & contractibus, an debeat exprimi nomina propria contrahentium, videndum est per Specul. in titu. de emptione, & venditione. §. sciendum. versiculo primo autem eodem modo, & circa nomina actionum in libello ex primēda, not. in. l. ædita. C. æden. tradit Alberi. in. l. qua quisq. ff. co. titu. Et idem dicit in procēcio Digestorum. Et q̄ sicut in nomina dignitatū in literis, vel instrumentis: sic etiā nomina iudicium in fiduciā exprimēdi debeat, tradit idem Alberi. in. l. nulli. ff. q̄ cuiusq; vniuer. no. plurimum, n. confert in negotiis agendis, proprii nominis expressio. Hinc est, q̄ in sacra ſcriptura ad signū magnæ familiaritatis refertur, aliquæ proprio nomine appellari, vt de Anania refert glo. ordi. in Actib. Apostolorū. c. ix. Et ppter ea dicitur de Moysie

Exodi.xxiii.c. inuenisti gratiam corā me, & te ipsum noui ex nomine. † Magna enim est benivolentia magni principis, quando subditum agnoscit, & nominat proprio nomine, ut dicunt sacri doctores. eo.lib.c. xxixii. Adeo, q̄ apud veteres eius omisso, seu immutatio ad derisum, & contemptum referebatur, vt probat per exempla Diuis Hieronymus in questione super Paralipomenon. Sic etiam Ozias, aedificans, non meruit, vt suo nomine, porta vocaretur, sed vallis nomine. Et Ephron eo, q̄ vendidera sepulturam diminutio nem nominis meruit, vt idem Hiero. paulo inferius loco superiori testatur. Eodem modo Iechonias nominis immutatio in Choniam, amara vocatur, vt idem Hierony. tradit super Hieremiā. c. xxii. Et propter indignitatem, vel peccatum alicuius, priuatur quis nomine proprio, vt dicit Archi. & Præposi. in. c. qui nec per illum tex. ii. q. vii. Licet aliquando in sacra Scriptura crebre nominum immutaciones, vel repetitiones ad magnum misterium, & singularia persona meritum, & gratiam speciale pertineat, vt sacri Docto. referunt super illud Lucae, & vocabis nomen eius Ioannem, & alibi sāpe. Quantu[m] igitur momenti sit, nomen exprimere, quid etiam nomina præ se ferant, deque eorum origine, vt alias omittā, plura scribunt Celsus lib. xiii. antiquarum lectionum. c. v. & vi. & Patriitus Senensis li. vi. de institutione repub. titu. vii. & longe plura accumulant Moder. in magna reperi. c. ray. nucius. fol. viii. cum duobus sequent. de testa.

Quæstio Trigesimaprima.

TRIGESIM O PRIMO Quero, † dicitur hic, q̄ impetrans exprimat nomine, Quid si possessor habet plura nomina, prout sunt Vascones, qui quadrinomi sunt, vt inquit loan. Faber in. § item si quis in fraudem. in. v. col. ii. de actio. & Romani veteres, qui communiter tribus nominibus nuncupabantur, vt dicit Cynus in. l. f. quam vna cum l.i. & ii. legit. C. siquid in frau. pa. col. iii. & meminit latius Francisc. Sylvius in Grypho Ausonii. fol. xlvi. & Appianus Alexandrinus in procemio libri, qui Libicus inscribitur. & Crinius lib. iii. de honesta disciplina. c. iiiij. & idem fuisse apud veteres, faci i doctores testantur, in lib. Paralipom. c. i. & Hiero. contra Heluidū. Dubium igitur est, an omnia eiusmodi nomina exprimere teneatur impetrans?

COSOLV TIO. † Licet nominum pluralitas non praesumatur in dubio, & eam alle- ganst teneatur probare, vt tradit Alexan. in consil. clxxi. nume. 7. in. vi. volum. & Socin. in consil. xxvii. in. iii. colum. lib. iii. Tamen vbi apparer aliquem habere plura nomina, si per expressionem vnius nominis non habetur certitudo persona, exprimēda sunt omnia, alias fecus, & ita debet intelligi, quod dicit Inno. in. c. cum accessissent. de consti. & Bal. in sua Margarita, dum voluerunt in rescriptis nomen proprium, & appellatiū exprimi de- bere. Sufficit enim, q̄ habeatur certitudo possessoris, ne laboretur in ambiguo, vt tradit Oldradus consil. c. incip. in executione, & Alexand. consil. vii. & c. lib. i. & consil. lxviii. colum. iii. & ci. colum. v. lib. ii. & consil. cxii. in tercia colum. lib. iii. & consil. cxiiii. in quarta colum. li. iiiii. cum similibus.

Quæstio Trigesimasecunda.

TRIGESIMO SECUNDO Quero, † quia dictū est superius, q̄ expressio nominis non potest fieri per equipollens: Quid si nomen possessoris, contra quem impetratur, scribatur abbreviate, & non extense, an sufficiat? **C**OSOLV TIO. Archi. in. c. i. xxv. q. ii. tenet sufficere nōmē possessoris, q̄ abbreviate scribatur. Secus tamen dicit in nomine impetrantis, quod scribi debet extense, vt ibi latius per eā, qui postea sumpta occasione, ponit formam eorū omnīq; que in literis apostolicis abbreviate, vel extense scribi debent. Et hoc idem ante ipsum latius tradidit, & in terminis questionis nostra, Spec. in tit. de rescripti presentatione. § primo igit. versi. circa dictio- nes. & in tit. de citatio. §. i. versi. quid si imperio literas contra. P. & alibi sāp̄. Ratio predi- citorū est, secundū ipsos, quia ad impetrantē pertinet rescriptum suū, & persona de qua sen- sit declarare. Itaq; rescriptū valebita principio, quod postea poterit declarare. l. si quis inten- tione. ff. de iudi. Ita ibi Specula. Pro cuius opinione facit tex. in. c. p. & g. de offic. deleg. & c. cum. m. de consti. Sed in contrarium facit ista regula, dum papa vult, nomen posses- soris exprimi

- 2 foris exprimi debere per impetrantem. † Et illud dicitur expressum, quod legi potest, & nominatim scribitur. §. si vero, in authent. de hære. & fal. & nor. in. l. nominatum. ff. de libe. & posth. facit tex. in. l. ii. C. de ve. iu. eni. ante fi. Vbi præcipitur, q̄ nomina pruden- tū, qui leges composuerunt debent scribi per consequentiā literarum, & non abbreviate. **C**Quid dicendum? Certe de iure, & de consuetudine videatur verior secunda opinio: Nam nemini dubium est, q̄ si nomen illius, contra quem impetratur, scribitur abbrevi- atum, potest de facilis breviatione varie interpretari, vt si pro Bernardo, pono. B. illud B. po- test, & pro Benedicto, vel Bartholomao capi. Quo casu orietur incertitudo aduersarii, ex qua facile error nasci potest, quod a iure reprobatur, vt est tex. in. c. ad hac. & in. c. f. de re- scrip. Nam evitanda est periculoſa abbreviatio, vt dicit Fely. in. cap. i. col. v. de fi. instru. & Alex. confi. clii. libro. i. Et pro ista opinione videatur decisio Egidi. clxxxv. incip. licet cum agit &c. Ista tamen non ita militant in breviatione nominis ipsius impetrantis, † quae magis tollerabiles videuntur, & minus periculoſa, vt p̄fobare videatur tex. in. c. f. de præben. lib. vi. Ratio est, quia licet in rescripto nomen actoris impetrantis brevitate scribatur, ni- hilominus postea ex prosecutione cause, & libelli oblatione, nomen eius de necessitate, declarabitur, vt in. l. i. ff. si pars hære. peta. Non sic rei, qui forte negabunt se illos esse, qui sub abbreviatura includuntur. Et ideo non ab re dicunt Imo. & Fely. in. c. cum accessis- sent. in. prin. de consti. q̄ de stilo hodierno nomen illius, contra quem rescriptum impetra- tur, ita debet esse certum, & extense scriptum, sicut nomen impetrantis, per. d. l. ii. Et ad tex. in. d. c. f. responderi ibi Geminia. in primo norabili, vt ibi per eum. Et hoc idem feruari de stilo, dicit And. Sicul. in. c. dilectus. in. ii. col. de rescr. nu. xi. Et latius reassumit, & pro- bat idem And. Sicul. in. d. c. cum accessissent. nu. vii. column. iii. Et habemus hodie tex. hic. **C**Op. igitur Archi. & Specul. quæ nullō iure probatur, posset saluari, quando fortas- sis ex cognomine, vel agnominē habere certitudine illius, contra quem impetratur, prout plures reperiuntur, qui frequenter a cognomine, q̄ a nomine denominari patiuntur. **4** † Nam tali casu forte nomen possit abbreviata scribi, quando agnomen, vel prenomen. extense describitur, vsi dicatur Petrus committit causam contra. B. Saganta: Nam ex illo prænomine Saganta, denotatur persona certa, licet nomen abbreviata scribatur, vt in. l. Emilius. ff. de administ. tu. Vbi prænomen Emilii tantum repetitur, omisso nomine, quia per illud intelligebatur persona certa. Et ibi hoc nota Nicula. de Neapoli. At illas si ita non intellexit. Specul. non puto opinionem eius, nec de iure, nec stilo esse veram. Non obstat tex. in. d. c. cū. m. & d. c. p. & g. Quia illa abbreviatura non fuerunt factæ, prout ibi scribuntur, in rescripto impetrato, neq; ibi prædicta litera ad istud propossum pingui- tur, vt formam rescriptis imponant, sed illa abbreviatio sicut ibi facta per Cō pilatorem Decretalium, qui propter evitandam prolixitatē plures dictiones, & nomina breviate scripserunt, pleraq; etiam, (vt brevitatē studenter) resecarunt, adeo, q̄ de hoc plus tribus locis loan. And. conqueritur, partem decretalium multilatam, sive decisam, allegan- do. Et nisi ita fecissent compilatores, in immensum volumen illud cresceret, † & magis for- tassis, q̄ illud decisionū Rota volumen, de quo dicit Alex. in. l. si cum dorem. §. eo autē tem- pore. ff. solu. mat. q̄ erat adeo magnum, & numerosum, quod non vehereur uno currū. Et ego cum essem Panormi vidi antiquarum decratalium volumen adeo immēsum, q̄ ab homine ferri non poterat. Compilatores itaq; decratalium ex pluribus dictiōnibus, & no- minibus alias in pandectis originalibus extense scriptis, plerūq; primam opposuerunt li- teram, vt ad brevitatē compendium antiquarum decratalium volumen, reducerent, quod ex illa dictiōe, & infra, sāp̄ in decratalibus apposita, manifestū redditur, de quo loquit̄ lo. And. in proce mō decratalium, & in. c. nobis. de iure pat. & Bar. in. l. Gallus. §. idem cre- dendū. in. f. ff. de libe. & posth. **C**Et ista de plano procedunt in abbreviatione nominis rei propter prædictam rationem, secus tamē in abbreviatura nominis ipsius impetratis, quia, vt dicit Spec. loco superius allegato, in eo non est licita abbreviatio. Tamen hoc etiam di- stum in persona impetrantis, & actoris videatur dubitabile, vt dixi. Praesertim quia est con- tra tex. in. c. f. de rescr. Vbi aequiūcato nominis impetrantis non viciat rescriptum. Ratio redditur, quia ille, qui reperit rescriptum habere penes se, & eo vti, præsumit il- lud impetrata, arg. eorū, que notat Alex. in. l. i. C. de procura. & Fely. in. c. coram. col. iii. de offi. dele. & in. c. ii. col. viii. de testib. Licet circa istā rationē videatur variate doctores. **6** Et vidi secundum varietatem casuum, istam rationem varie obseruatam in Rota. † Nam

COMEN. R. P. D. L VDOVICI GOMES.

Oldra, consi. cxxvi, in. ii, col. tenuit, q[uod] supplicatio presumatur impetrata ab eo, in cuius fauorem loquitur, erit si ille sit absens. Et idem de commissione dicit Specul. titu[er] de ap[er]t. & nunc breuer[er]. ver. q[uod] si apparer[et]. Contrarium tamen tenuit Cardi. in consi. xxv, col. ii, & Fulgo, consi. xxiii, in. ii, col. & facit Egid. deci. dlxxiiii. & Gemi. consi. xxxii. Rota tamen saepius istam contrarierat cum distinctione resoluta, videlicet, q[uod] quando in supplicatione, vel aliquo alio actu facta est aliqua considerabilis impenza, tunc procedit opinio Oldra, & sequacium, vel quando postea absens ratam habuit, vt loquitur Specul. & Arti. consi. lxiij. Contraria vero opinio procedit, quando est modica impenza, per ea, quae Moderni tradunt in. c.i. de iudi. & in. l. cum seriu[er] ff. de verbo, oblig. Ratio igitur superioris assignata, licet non impletat intellectum, dictum tamen in se est verum, sicut videmus in procuratore sub nomine B. & in reo sub nomine A. ut tradidit Egid. deci. clxxiiii. Licet illa decisio mendose habeatur, hoc tamen de procuratore recte procedit, quando non reputatur aliis, qui sit eiusdem nominis, & constitutus in iudicio ambiguitatem declarauit, vt requirit Egidius in. d. deci. ¶ vbi tamen essent duo eiusdem nominis, licet esset processum contra unum, nihilominus ni per alias coniecturas de certo corpore constaret, manifestatu esset nullum. Ita declarauit Rota in una Toleana thesaurarie, praterito anno, coram me, quod quidem Rotæ decretem nouissime fuit confirmatum hoc mense Novembri M. D. xxix, coram R. P. D. Marcello episcopo Matricano. Et quod dictum est de errore procuratoris, idem dicendum videatur in errore diocesis, ita rescripto expressa: Nam nisi de corpore constet per testes, uel alii, er illa impedit, ne prouisio canonizari possit. Ut Rota conculcit in una Dolen, parochiali de Pleguen, xxviii. Martii M. D. xxx. coram me. In nomine vero iudicis, Vincen. & Compostel. uoluerunt in. d. c. si. q[uod] idem esset, q[uod] in nomine impetrantis, illa ratione, quia impetrans in prosecutione rescripti declarabit, de quibus iudicibus loquatur. Et sequitur And. Sicul. in. c. cum. m. de consti. Pro quibus facit glc. in cap. q[uod] quo-niam. de offi. deleg.

¶ Tamen contra illos facit tex. in. c. ad hanc de rescrip. ubi dicitur, q[uod] non ualer rescriptum, per quod incerti iudices dantur, uel futura negotia commituntur: Nec obstat, q[uod] de incertitudine impetrantis dictum fuit, quia talis incertitudo ex abbreviacione resultans presumptione iuris certificatur, & eodem modo in incertitudine rei, quia consistit in facto impetrantis, merito ad ipsum spectat declaratio. d. l. Siquis intentione ambigua. Sed incertus, do delegatorum procedit ex facto papæ, merito ad ipsum spectat declaratio, vt tener Abb. in. d. c. quoniam. de offi. deleg. Card. in cle. ii. in. iiiij. q[uod] de rescrip. itaq[ue] rescriptum tali modo incertum, nullū effec[tu] habebit, c. inter. de sen. excō. l. ex facto. ff. de uulg. & pu. & quia sub tali inuocatione posset in iudicio fraus machinari, non ita per incertitudinem actoris, vel rei.

¶ Quæstio Trigesimateria.

TRIGESIMO TERTIO Quarto, ¶ nunquid ista regula defendat minorem possessorem beneficii curati sine dispensatione?

COSOLVTO. Dicendum est, q[uod] sicut quia si triennalis regula, in qua titulus coloratus, & alia requiruntur, minorem defendit, vt ibi dicitur, a fortiori regula ista, quæ non requirit titulum, neq[ue] veram possessionem, sed sola detentio[n]e nuda facti est contenta.

¶ Quæstio Trigesimaquarta.

TRIGESIMO QVARTO Quarto, ¶ nunquid ista regula habeat locum, si impetratur beneficium vacans ex persona alterius, q[uod] possessoris annalis?

COSOLVTO. Dictum fuit olim, q[uod] sic: & sic reperio adnotatum in quibusdam notis antiquis Reuerendissimi Domini mei Laurentii Cardinalis Sanctoru[m] quatuor, nihil tamē ibi allegatur. Sed hoc plenius examinabo in illa, q[uod] de resignatario. Tamen interim tenendum est regulam obstat, quia etiam, q[uod] tertius possideat, & alter litigantium, qui nunq[ue] posse potest dare de possessione terri anni. Ut tenendum fuit in una Hispania, Capellania, coram R. D. Io. Paulo anno praterito. Et ista est conclusio generalis, q[uod] ista regula præcedit in quibuscumq[ue] impetrationibus, & cessionibus, vt tener Rota: Nam sicut cedens si manet in possessione per annum pacifice, potest de regula excipere. Ita & cessionarius in gratia

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXLIII

gratia successionis teneretur regulam obseruare, vt tener Rota, & refert D. Guliel. hic in de cilio, impressis, rationibus de quibus per eum,

¶ Quæstio Trigesimaquinta.

TRIGESIMO QUINTO Quarto, tan illa verba regule (quod certo modo vacare prætendit &c.) intelligantur de illis modis vacationis inductis per cancellariam, videlicet, ingressum religionis, contractum matrimonii, vel afflictionem &c.

COSOLVTO. Ista disceptatio accedit coram D. Nicolao Aragona in causa Zamoren, thesaurariae, de mense Octobri M. D. xxxiiii. super regula de valore. In qua eadē sunt verba. Et tunc aduocati vniuersitatis dicebant, illa verba certo modo interpretari debere de modis superioris exprestis, quia illi sunt certi modi vacandi a cancellaria diffiniti, vt exemplum ponit Glosator in prim. commentarii sui super regula. xv.

COSOLVTO. Rota post plures procuratorū, & aduocatorū disceptationes, tenuit dicta verba in. d. regula de ualore posita, intelligi debere generaliter de quocunq[ue] modo vacandi. Pro qua interpretatione allegata fuit ista regula in eisdem verbis, & regula. lx. que omnes vniuntur eodem modo loquendi, & generalem dictam interpretationem circa modos vacandi receperunt, vt exemplum ponam in alia quæstione, & facit decisio, cccvii. in nouis, & dicam in regula. lxi.

¶ Quæstio Trigesimasexta.

TRIGESIMO SEXTO Quarto, ¶ quia regula ista loquitur de expressione gradus, quid intelligatur per gradum. Et quid si possessor plures gradus habet, an tenetur impetrans omnes exprimere. Et qualiter probetur gradus, & quid si esset graduatus clandestine?

COSOLVTO. Ista, q[uod] quatuor continet capita, quorum quolibet de perse discutietur. Circa primum est aduertendum, q[uod] gradus hic non capitul[er] eo modo, quo describitur in arbo[re] affinitatis, & consanguinitatis, sed pro quadam dignitatibus, vel doctrinæ prærogativa.

COSOLVTO. Primo modo capiendo erit sensus istius regulae, videlicet, q[uod] impetrans tenetur in sua impetratio exprimere non solum nomen impetrantis, sed gradum ipsius, id est, dignitatē.

COSOLVTO. Nam hoc verbum, gradus, de iure adaptatur ad dignitatis honorem, ut pater in. l. adiiciamus. C. de muris regulis. lib. xi. & in. l. i. & l. fi. C. de offi. praefect. vrb. & l. potioris. C. de offi. recto. prouin. Et tali modo capitul[er] ab is, qui bonas literas profitentur. Sic enim apud Ciceronem in Cathilinam, & in oratione pro Plantio hoc uocabulum capitul[er] ibi, (per oes honorum gradus). & idem pro Milone, (qui non honoris gradum spectat). Et in Verrem. (Quæstura primus gradus honoris). Et ita saxe hoc vocabulum in isto significatur ab aliis authoribus vbiq[ue] expenditur. Ita q[uod] ex his facile intelligi potest, quis esse possit sensus huius textus. Secundo modo hoc verbum gradus in isto tex. interpretari potest pro quadam doctrinæ loco, sive qualitate meritis differente, qui unus ab altero distinguuntur, vt hoc modo capitul[er] superioris in regula. xv. & inferius in regula prærogatiuar[um] Iuli in. iiiij. parte, cum duabus sequentibus. & in ista significatione accepit M. Tullius Cicero. lib. vi. epistolarum, epistola incip. magnam. Et isto modo potest capi hic, in quo etiam sensu Hispani, & fere omnes Ultramontani capiunt: Nam gradus apud ipsos etiam nihil aliud est, q[uod] honor quidam dignioris laurea, sive eminentioris doctrine, doctoratus, magisteriū, Bachalauriatus, uel licentiatura: quæ quidem honoris species in prædictis regulis, gradus nū cupantur, iuxta quas regulas non erit absonum istam etiam intelligere, vt, videlicet, si anna lis possessor sit doctor, magister, licentiatus, vel Bachalarius, teneatur impetrans de tali gradu mentionem facere, sicut & de nomine. Et iste gradus ponitur ad differentiam nobilitatis, hic expressa: quæ ad generis, & domus splendorem referunt; & horum verborum interpretatione respondere videntur rex, not. in. c. de multa, de præbend. ¶ Vbi pari modo gradus scientie nobilitati coniungitur, & æquiparatur. Et sicut ibi papa rationem haber nobilitatis, & doctrine, ita hic intendit illis fauere: Nam ob eam causam requirit expressionem gradus: quia forte propter insignem, & eminentem annalis possessoris scientiam, non ceder papa gratiam huiusmodi impetranti, iam multis de causis odioso, ut in primis quæ-

terpretatione responderet videtur rex, not. in. c. de multa, de præbend. ¶ Vbi pari modo gradus scientie nobilitati coniungitur, & æquiparatur. Et sicut ibi papa rationem haber nobilitatis, & doctrine, ita hic intendit illis fauere: Nam ob eam causam requirit expressionem gradus: quia forte propter insignem, & eminentem annalis possessoris scientiam, non ceder papa gratiam huiusmodi impetranti, iam multis de causis odioso, ut in primis quæ-

COMMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

strionibus huius apparatus diximus. Et licet hic intellectus communis usus loquendi considerato huius regulae applaudit, & cōuenire videatur; Nihilominus de stricto iure aliter dici posset; Nam de iure communis, excepto doctotoratu, aliis gradus non reperitur: Licet consuetudo aliquarum preuinciarum quosdam alios, prater istum doctrinam gradus, sicut virtutum inuenierit, videlicet, Bacchalaureatum, & licentiam, inter quos gradus voluit 4 prelationē dari, ut patet in dictis regulis. + Et quis de iure doctotoratus gradum non faciat, sicut neq; papa, vel imperator inter gradus dignitatum, vel magistratus non dicuntur face re gradum, quia non habent alios supra se, sed sunt fontes dignitatum, ut perplura probat Ias. & omnes Moder. in. l.i. col. i. ff. de offi. ciuii. si nec doctotoratus, inter gradus doctrinæ, facit gradum, cum sit supra omnes gradus, arg. l. vbi autem. ff. de verb. oblig. Nam gradus dicitur, ubi est ascensio minori ad maius, ut d.l.i. & si, qui quidem ascensio doctotorati non potest adaptari, & ideo tex. in clem. ii. de magist. doctotoratum non appellat gradum, sed honorē. C Circa secundū caput, videlicet, quando possessor haberet plures gradus, discordum est, quia ista regula non requirit expressionem omnium graduum, ex quo loquitur in singulari, & ideo iudicio meo sufficit gradum dignorem exprimere, arg. l.i. §. qui in perpetuum. ff. si ager rectig. & c. i. de excep. lib. vi. Nam papa si uoluerit omnes exprimi de bre, distinet gradus, & non gradum: presertim, quia, quod hoc, facile derogatur regulę. 5 C + Quoad tertium caput, videlicet, quomodo iste gradus probetur, dico sufficere, per communem reputationem probari, & quando incidenter de gradu quaeritur, non data oppositio aduersarii, forte ad probandum gradum unus testis cum iuramento sufficeret, iuxta ea, quia dicit Ias. in. l. huiusmodi. §. legatum. col. fi. ff. de leg. i. Vbi in probanda prima tonsura idem tener, & reauisunt Moderni in. l.i. §. idem Cornelio. in. ff. de quæstio. Fely. post Bald. in. c. licet vniuersis. & in. c. nuper. de testi. Ethoc putarem verum, quoad effectus istius regulæ, sed quoad prærogatiwas regularium, de expectatiis loquentium, quibus causatur graduum alteri non graduato ceteris paribus præferri, forte prædicta probatio non sufficeret. Ex quo agitur de magno præiudicio alterius. Tunc enim debet quis probare doctotoratum, seu alium doctrinæ gradum per literas, vel si casu eas amississet, per testes: quod est verum, nisi per decennium quis pro doctore se gereret, quia tali casu non teneretur ostendere priuilegium suum, sed sufficeret probare, q; se gessit pro doctore per decennium. Ita notabiliter dicit Pau. de Cast. Bald. & alii in. l. si solenibus. C. de fi. inffiu. & in. l. etiam. C. de appellationibus.

C Circa quartum caput quando aliquis accepisset gradum occulte, & non per publicum examen, putarem huius regulæ locum non esse, ut tenet glo. hic ratio est, quia + non erit impetrandum impetrantem si non expressit, quod iuste ignoravit. c. ii. de consti. lib. vi. Nam nō tenebatur diuinare, ut in. c. i. vt eccl. bene. Nam de non entibus, & non apparentibus id est iudicium. l. cum lege. ff. de per. & com. rei ven. & ob eam causam dicit Bal. in. d.l. solez nibus. q; ad probandum se doctorem nō sufficit priuatum examen probare, nisi probet publicum examen, & idem tenent Moder. in tract. de docto. in prima parte.

Quæstio Trigesima septima.

T R I G E S I M O S E P T I M O Quero + quare voluit hic papa exprimi debere in impetracione nobilitatem possessoris, & quomodo probetur ista nobilitas? 6 SOL V T I O. Quia in collationibus faciendis, habetur consideratio magna nobilitatis, vt dicit glo. & doctores in. c. cum adeo. de rescrip. & in. c. de multa. de præben. Ideo papa voluit, q; exprimatur nobilitas; Nam cognita nobilitate annalis possessoris, contra quem impetratur, fortassis papa derogationem regulæ, vel gratiam impetranti non concederet; Nam per expressionem nominis, & nobilitatis possessoris papa certior redditur de qualitate nobilitatis; Nam forte posset esse adeo gravis persona, & potens ad defendendum ecclesiæ, temporibus persecutionum, q; papa eum potius fauoribus, & gratiis afficeret, q; q; permitteret per huiusmodi impetraciones ab aliquo molestaris, iuxta tradita per Phili. Perusi. & alios in. c. constitutus. de appella. Vel forte talis nobilis esset boni exempli, & fudabilis opinionis, & famæ, qui posset plures exemplo suad frugem melioris vita traduce re. Quo casu non temere contra tales nobiles concedenda esset impetratio. + Quorum in tuitu soleta regulis iuris recedi, ut per decem principales decisiones probat late Ias. in. l. ius bennus.

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CXLIII

bennus, in penult. & fi. col. C. de iudic. Videmus etenim a communiter accidētibus, per manus nobilium ecclesias sepe sustentari, & augeri, ut in. c. constitutus. de appella. Per manus vero clericorum pauperum expoliari, ut dicit Ludo. Roma, in singulari. xxviii. incip. virum nobilis. Et sequuntur Moderni in tract. beneficiorum. in. xii. q. tertia partis. Requiritur igitur ob eam causam expressio talium qualitatum, ut sciat papa, que iure concedi, vel quæ honeste denegari debet: quorum facturitas magnum detrimentum, & scandalum ecclesiæ producere posset, bona igitur sunt hæc constitutio talium qualitatum expressionē requirens, ut sic personis ex merito deferatur. C Et ista quæ de expressione nobilitatis discta sunt, procedunt, quoad dispositionem istius regulæ: securus de iure de quo nō requirit expressio nobilitatis possessoris, sicut nō requiritur mentio nobilitatis spandleris, ut tradit Abb. & communiter doct. in. c. ad aires. de rescrip. Licet ibi Hostien. & Barba, tenuerint contra rī. Et sic patet, q; in hoc ista regula est contra ius, aut saltē præter ius commune. Quomodo aut probetur ista nobilitas, quia non attinet ad præsentem questionem, ideo omisso. Sed videndū est late per Moder. Brixien. in tract. nobilitatis. in. vi. parte, per totum, post Bar. in. l.i. C. de dignitat. li. xii.

Quæstio Trigesima octava.

T R I G E S I M O O C T A V O Quero, + quid est hoc, quod dicitur hic exprimi de iure in impetracione, quorū annis possedit beneficium possessor? 7 SOL V T I O. Hæc expressio verborum si ad dispositionem iuri, & stilum curiae spicimus, videatur inutilis, & non necessaria, imo ipse impetranti plurimum damna fa, vt colligitur ex dictis Bal. in. consil. ccx. incip. Casus est, Titius impetravit. lib. i. vbi Bal. concludit, q; si impetratio archipresbyteratum, & in mea impetracione non facio mentionem, q; Gaius dñi, & de facto illum per plures annos detinuit, q; talis impetratio non est subreptitia, sed sufficit in ea exprimere, q; Gaius archipresbyteratum de presenti de facto decinet, absq; eo, q; annos exprimat, ut ibi per eum. Ratio esse potest, quia si impetrans in sua impetracione annos possessoris aduersarii sui exprimere debet, proculdubio intentionem rei aduersarii contra se ipsum probaret, ex eo, quia secundum stilum curiae reus possessor, ad effectum, ut exceptione istius regulæ contra impetrantem vi possit, requiritur, q; ipse probet se annalem possessorum, cuius contrarium huiusmodi expressione annoium, in impetracione requisita, resultat, quia vbi reus in hoc de iure, & stilo grauari debet, reueauerat ab one re probandi, & grauaretur impetrans, quod esset absurdum, & contra ius, & practicam curiae, quia videamus, q; si reus opponens de regula, non probat se fuisse annalem possessorum, repellitur.

2 Quid igitur dicendū? Respondeo, + q; predicta verba regulæ, & quorū annis ille possideat, &c. possunt pluribus modis intelligi. Primo quando impetratio fit de beneficio specialiter referatu, & tali casu dicta verba intelligi possunt: Nam isto casu, ante istam regulam facienda etiam erat mentio in impetracione de annis possessoris rei conuenit, vt dicit Rora deci. lxxviii. incip. dñe, q; si ordinatio papalis. in tit. de rescrip. in antiqu. sed quia de isto casu in ista regula nulla fit mentio, puto sub ea nō includi. C Secundo modo ista verba intelligi possunt, quando impetratur beneficium, quod scimus aliquem colorato titulo possedisse per annum. Et iste casus videatur bene adaptare ad istam regulam, secundum Fe ly. in. c. in nostra. in. xxxvi. corr. de rescrip. & isto modo intelligendo regula in hoc concordat cum iure cōmuni, de quo in. c. cum nostris. de concep. præben. Vbi Abb. in. iii. colum. versi. & quia per talem &c. assignat rationem istius articuli, videlicet, quia quando possessor est colorata, idest, prætensa ex legitimo titulo, posito, q; titulus non fuerit verus, tamen papa non de facili isto casu daret literas sine expressione temporis, ne videatur conferre beneficium viuentis, quod est odiosum. Ita formaliter dicit ibi Abb. Requiritur igitur isto casu, q; impetrans exprimat, quorū annis possidentur, vt hic dicetur. Tamen neq; etiam hic intellectus satisfacit, ex eo, quia verba regulæ indistincte loquuntur, & ita soleret hodie intelligi per Rotam, vt, videlicet, regula defendat non solum coloratum, sed merum, & illicitū detentorem sine aliquo titulo colorato, quod est contra ius commune, & aduersatur prædictis, & in hoc regula aliquid inducit de nouo, & non est frustratoria, prout videretur si tota taliter in terminis iuris intelligeretur. + Nam de iure communis de possessione non colorata mentio fieri non debet, vt tenet Calde. Compostel. Imol. & Abb. in. d.c. cum nostris.

versi, sed debemus distinguere. Et ita procedit dictum Bal. in d. consil. Cum quibus concordat Fely. vbi supra. ¶ Et ideo ego aliter intelligerem ista verba regulae, ut dicamus, qd si impetrans petet in sua impetratio derogari huic regulae, tali casu procedit, quod hic dicitur, videlicet, ut impetrans narrare debeat, quod annis possessor tenuit beneficium. Si vero non petat derogari, tunc nulla requiritur mentio annorum possessionis, sed tantum in impetratio dicere, qd Titius illud beneficium detinet occupatum, vt dicit Bal. d. consil. ccix. & ita practicatur propter absurdum superius dictum. Et sic videmus, qd hodie practicatur. Vel posset & ultimum dici, qd indistincte requiritur mentio annorum, tamen propter clausulas, quae hodie in supplicationibus apponuntur, impetrantes excusantur, ut dicit Io. 4. And. in d. c. cu nostris, celsantibus tamen clausulis, metio temporis saltem indiffernit ne cessaria est in impetratio certo modo factis, & ita se habet forma communis dictae impetratio. Nam in ea dicitur, qd tale beneficium per Titium possellum ad praesens vacat, & tanto tempore vacavit, qd eius collatio secundum Lateranen. statuta concili ad sedem apostolicam deuoluta censemur, ecce qualiter de tempore possessionis intrusi fit mentio, saltem per verba indiffernitia temporis, quae omne tempus comprehendunt, quod factum est, ut euiaremus absurdum, de quo superius dixi, si impetrans certum numerum annorum exprimeret, ex cuius confessione posset reus aduersarius annalem possessionem probare,

¶ Quæstio Trigesimana.

TRIGESIMONO. Quero, tñ quare requirit expressio causæ in impetratio? **S**OLOVTIO. Potest dici, hoc fieri ad iustificandum concessionem. Nam dicitur hic, qd debet esse talis expressio causæ, ex qua clare constare possit, possessori nullum ius competere. Hec n. in expressio requiritur, ad effectum, ut papa ad concedendum, vel denegandum impetracionem moueat, licet verba tex. aliud innuant ex quo requirit expressionem causæ, ad effectum, ut iudicii confer, an impetranti ius competit, vel non. Quod non est verisimile, quia per solam causæ expressio in impetratio factam iudicii constarenon potest, an ius impetranti competit, cum potius hoc dependeat ex meritis, & eventu litis, quæ distinctionem, & actorum apparatum requirit, iux. c. quoniam. de proba, tñ nam ex allegatis, & probatis iudex hoc perpendere debet, modo simplici relatione, vt in. c. i. de re iuri. lib. vi. Et tamen tex. hic expressionem talem causæ requirit, ex qua manifeste appetit nullum possessori beneficio ius competere, vides ergo qd ita inter se pugnat. ¶ Et ideo vt iste casus clarior reddatur, est aduentendum, qd causa hic ponitur pro modo vacandi, itaq; sit sensus, qd impetrans in sua impetratio modum vacandi exprimat, ex quo clare constare possit possessorem nullum in beneficio ius habere. Et ita hodie in practica seruat, quia fit impetratio isto modo. Supplicat S. V. deuotus illius orator Titius, vt sibi speciem gratiam faciat de tali beneficio, quod vacat ad praesens, & tanto tempore vacavit, qd eius collatio, secundum Lateranen. statuta concili, est ad sedem apostolicam legitime deuoluta. Licet quidam Gaius illud indebet detinet occupatum &c. Ex hismodi, vel similii narratiua colligitur expressio causæ, ex qua papa mouetur ad concedendum gratiam, ex ea prima facie constat, si est uera, qd nullum possessori ius competit, quam causam in impetratio expressam postea in iudicio iustificabit impetrans, seruando alias partes regulae, videlicet, citari faciendo possessorem infra sex menses, & item prosequendo usq; ad sententiam, ut hie dicitur, qd si causam expressam uacationis impetrans in prosecutione litis non probaverit, tunc tanq; indebet molestans condemnabitur ad penas hic contentas. Hic est verus sensus istorum verborum.

¶ Quæstio Quadragesima.

QVADRAGESIMO. Quero, tñ dicitur hic, qd si impetrans non seruat hic contenta in prima parte regulae, qd tenetur possessori ad interesse: De quo interesse intelligemus? **S**OLOVTIO. Vide prima facie dicendū, qd ad nullū interesse teneat, quia ex quo agit de beneficio ecclesiastico, nō videat considerandū interesse, quia in spiritualibus interessi peti nō potest, sicut in profanis, ut dicit Inn. in. c. qrelā. de elect. Et latius Rota deci. ciuii. inci. Nota, qd ybi aliquis, in antiquis, posita, sub tit. de procu. nu. 8. quæ notabiliter disponit, licet iurā non

non reuocare procuratorem, non obstante iuramento, illum reuocare posse. iuxta glo. ordinariam in ver. reuocatus, quam ibi notar Domi, in. c. fi. de procu. lib. vi. Tamen vbi quis procuratorem constitueret ad renunciandum cum iuramento, tali casu non posset reuocare, ex eo, quia ille in cuius fauorem debuit fieri renunciatio, non posset alias agere contra reuocantem ad interesse, sicut in materia profana, quia in beneficialibus non agitur ad intereste. Ita est notabilis decisio, quam sequitur Fely. in. c. si diligenter, in. viii. col. versi. amplia etiam de fo. compre. quod etiam late prosecutur idem Fely. in. c. ex parte decani. col. vi. de rescrip. Eo maxime, quia iam impetrans ultra interesse condemnatur in expensis possessori annullatur eius impetratio, & inde secura quecūq; &c. Sic igitur satis, & ultra condignum fortassis puniretur absq; eo, quod teneretur ad interesse. Hoc enim videtur absurdum repugnante subiecta materia, & et alia regula iuris, qd habet, nemine ex uno delicto debere multiplici pena pñi. i. uul. c. atsi cl. i. de iud. Erat nō solū dupli, sū quadruplici puniret. ¶ Sed istis non obstante, hic determinat contrarium, videlicet, qd temerarius impetrans debeat ad interesse cōdēnari. Quid dicēdū? Pro uera resolutione aduertēdū est, tñq; interesse 2 de quo loquitur ista regula non consideratur respectu beneficii in quo casu procedunt ea, quæ superius in contrarium allegata sunt, sed consideratur interesse respectu incōmoditatis, & impensarum, quas reus, & possessor conuenitus indebito occasione istius litis more passus fuit, vt est tex. notabilis in clementina. i. §. fi. de rescrip. & quodib; & hic interesse appellatur, text. in capitulo finali. de rescrip. & in l. sancimus. C. de iudicis illud interesse in eodem casu dominum nominat, itaq; interesse, & dominum isto casu conuertuntur, & illud dānum consideratur respectu viatici, solutionis aduocatorum, & incōmoditatis, vt signatim enuerant in. d. l. sancimus. & tradit Bar. per illum tex. in. l. eū quē temere. ff. de iud. Ex quibus iuribus ista regula quoad hoc cōfusa viderur, nec obstat, qd hic impetrans pluribus penis punitur, contra tex. in. c. at si clerici. de iudic. quia illud procedit ratione vindictæ publicæ, sed respectu cōmodi priuati quis potest pluribus penis puniri, ut declarat Abb. in. c. de causis. de offi. deleg. Præsertim, quia annulatio impetracionis, de qua hic tex. loquitur, non uidet propria pena, ut tradunt de Moder. in. c. ii. de cōsti. ¶ Et istud interesse, de quo ista regula loquitur, hodie non est in usu, illa, ut opinor ratione, quia in illo exigēdo reus longe majora incōmoda patet, qd in beneficio defendendo, propter difficultatem probationis, super qua re posset fortassis protendi lis usq; ad tres sententias, & ideo rei possessoris hodie sola condēnatione expensar, & nullitate impetracionis aduersarii cōtentantur cum absolucionia ab impetratis.

¶ Quæstio Quadragesimaprima.

VA DRAGESIMO PRIMO. Quero, tñ quare non dicit iste tex. de expensis? **S**OLOVTIO. Quia illa condēnatione fit in Rota, quando quis succumbit, & sic eo tempore quo possessorē constat dānum, vel interesse fuisse passum, ideo nō fit hic mentio. Vel dicas rationē esse illā, quam pono hic in fine istius. q. Et aduentēdū est, qd a istis expensis semper Rota impetrante succubente condēnat, siue ille iusta causam litigādi habuerit, siue nō, quia nūquā in Rota iusta causa litigādi condēnatū ab expensis exceptus: Nam eo ipso, qd quis condēnatur, præsumit habere iniustā causam litigandi, licet in veritate iusta habuerit, vt notat Abb. in. c. calūniam. de pœn. Et propterea in sententiis R. o. tē, semper dicimus, qd iniuste, perperā, & de facto molestauit, vt condēnatione expensarū qua dicit. Et verba istius regule inferius posita, ibi, qd si possessorē ipsum iniuste, friuole, ac indebito molestaſſe repertus fuerit, &c. sōnaut hoc. Quę verba in oī sententiā poni possunt propter præsumptā temeritatē tñ impetrantis, & succubentis, quę in dubio præsumuntur, vt dixi supra in. i. & ii. q. Præsertim ubi essent aliqua coniecturæ dol, ut in casu ultimæ partis regulæ, nunc impetrans temerarius, & calūniator posset appellari, vt declarat Abb. in. d. c. calūniam. in. i. notabilis. Pater igitur ex predictis, quis sit filius Rota circa condēnationem expensis. Ethoc facit Rota ad eūrādas lites super expensis, quę possent sup re parua forte maiores fieri, qd super sorte principali. Et ita negotii principalis cognitio in lōgū differet, & sic li. es ex lībus orīrentur, contra. l. quidā. ff. si cer. peta. & c. fine lībus. de do. & cōtu. Et licet de iure cōmuni quelibet iusta causa excusat ab expensis, vt tradit Abb. in. d. c. calūniam. in. fi. Tamen vt dixi, Rota nunquā istam iusta cause allegationē admittit, ne aduersarius appeller, & dicat, non esse iusta causam, & sicut lites immortales. Et licet quādā deci

3. si in no. 182. incip. probabilis causa, t̄ dicat, q̄ causa probabilis excusat ab expensis, quā exēplificat Egid. deci. cxc. Nihilominus ille decisiones debent intelligi de iusta causa, ratio ne sententie latē. Nā habens sententiā pro se, licet ex nouiter deductis reuocetur in secunda instantia, nihilominus tali casū excusat ab expensis iure cōpensationis. Nā habuit iusta cām litigādi, ut tradit Egi. deci. cccxix. Hoc tñ, ut dixi, procedit qñ reuocat ex nouiter deducit, quā si ex eisdē annullatur sententia, non excusat ab expensis, proper rationē, quā possum Domini in deci. ccli, licet sententia, in no. alias est decisio, x. posita in tit. de dolo, & cōtu, quā sequitur Milis in verbo impensag, & Abb. in. c. s. col. xii. de do. & contu, & latius Guido papæ deci. cccxxvi. q. xlviij. & deci. cxxvii. eiusdē. Et oīa ista dicta approbat parlementū Tolosanū in deci. capellæ, cxxxi. Philip. Francus in. c. q. s. in. iii. col. de proba. Et hoc, quod dicitū est, procedit in causis, q̄ originaliter cōmittuntur in Rota. Si vero cōmitteretur auditori una causa, non vt auditori, sed vt prælato, & q̄ solus in domo de illa cognoscat, prout sēpe cōmitti solē causæ Romanoꝝ capitolinaꝝ, tali casū si auditor pro sua satisfactione faceret de illa causa verbū in Rota, prout est de more, & iuxta resolutionē datā pronūciarer, tūc si condēnatus iusta haberet cām litigandi, non condēnarentur in expensis, prout sit in Rota, cuius filius isto casū nō seruatur. Ita fuit cōclusum apud Dños isto mense Octobri M, D. xxvi. corā Dño Paulo Capisucco, in una causa Romana doris, seu domus. Attenditur n. tali casū persona iudicis representati, non, q̄ sit auditor, quia illi causa cōmissa, vt auditori non fuit, sed ut prælato, & ut soli, qui debet sequi stilem aliorum iudicium curia, qui habentem iustam causam litigandi in expensis condemnare non solent, nisi in casū quem trudit Bartho, in. l. iii. q. si rem. ff. de lega. iii. De quo dicto latius scripsi in. c. in glo. facti. de confi. lib. vi. Nā putant satis victore lucrari si obtinet rē, & / vīctū satis puniri si expensas, & labores plures, simil cū ipsa re amittat. Et est aduertendū, q̄ nō sine misterio in ista regula nō dicitur de expensis, quia forte sub illo verbo dānis cōprehēduntur; t̄ Nā, licet appellatio dāni in conuentionalibus spēnse non includatur, vt in. c. in nostra, de iniuri, securi tñ est in judicialibus, ut notabiliter declarat Archi. in. c. in primis. in. ii. col. in verbo dānum. ii. q. i. Vel secundo potest dici hac de causa non de expensis, sed de dānis mentionem fieri, quia dāna, sive interesse venit iure actionis, qua nascitur ex prædictis legibus, & ex ista regula, sed ipse veniūt accessoriꝝ, & officio iudicis, ut dicit Bar. in. l. i. ff. de alie. iud. mu. causa fac, & ideo de illis nō requiruntur mentio.
4. Q̄uestio Quadragesimasecunda.

VAD R A G E S I M O S E C V N D O Quero, t̄ an impetranti in forma iuris, qui petet aliquem priuari propter crimen, obserat regula:

L S O L V T I O. Glosator hic tenet, q̄ nō, dupli ratione. Prima, quia ista regula loquit̄ de iperatione bñficii uacantis de iure, & de facto. Sed ille, qui iperat in forma iuris nō petet sibi cōferrī bñficiū iā uacans, sed illud intendit, ut bñficiū, quod priuationē uacabit, sibi cōferatur. Secunda ratio est, quia talis causa priuationis nō est bñficialis, sed profana, iuxta glo. in. c. ii. in verbo finita, vt lit. pend. II. vi. Et priuandus an priuationē poterit renunciare, vel cū altero pmutare, & sic priuatio nō habebit exitu. Quę oīa cū sint diuersa a mēte regule, est cōcludendū, regula isto casū locum non habere. Ita dicit Glosator.

Adde pro ista op̄. Moder. quendā Sabinensem practicū, & eruditū, qui in quadā apostilā sup̄ ista regula afferit Rotā tpe suo ita iudicasse, & se ita in facto obtinuisse, illi. n. est no men Aeneas de Falconibus, q̄ quandā ad Panor. Paraphrasim edidit, & notabilem illum tractatū referuntur, & cōmendat̄ nobis reliquit. Et ita secundū, quod ipse dicit, Rotam si iudicasse reperio adnotatū per bo. me, Dñcum de Jacobatis tūc Rotē auditore prima riū, & postea Cardinalē, in quibzsdā suis causaḡ notis, manu sua propria scriptis. Ex reperio hoc idē tpe Sixti, in causa Sceptoriae Lugdunensis, pro Matthēo, contra Claudiū, Iochi nū de Narnia, tūc aduocatū celebrē in quoddā suo cons, redditio in causa Naneret. S. Nazarii pro quodā Henrico adnotasse. Et ne lōgius exēpla petamus, sic et tpe meo iudicauit Rota de mēse Feb. M.D. xxvij, in causa Couersana Archipresb. pendere corā me. In qua Dñi ad hoc tenendū mori fuerūt, hac ratione, t̄ quia ubi non verificantur uerba dispositio nis, nec ipsa dispositio haber locū. Sed uerba istius regula, ibi (quod vacare prædictū) nō verificantur in casū præmissō; quia bñficiū per priuationē nō vacat, sed vacare speratur.

Igitur

- Igit̄ regula tali casū locū non habebit: Nā aliud est, q̄ beneficū certo modo vacet, vel qđ speretur uacare, vt not. oīs in. c. cū nostris, de conceſ. prab. & reſumum Moder. in. c. ii. de ſcri. Cū igit̄ regula ita loquatur de beneficio certo modo vacati, non habebit locū in beneficio, quod per priuationē uacare speratur. Hinc eft, qđ Imo. in. c. dilectus. cl. ii. post glo. ibi de prab. & Roma. in. l. sicutis mihi bona. qđ iūſum. ff. de acquiren. hære. voluerunt, q̄ mandatū de bñficio uacanti, non cōprehēndit uacaturū; quia ſe hñt, vt diuersa, ut ibi per eos, & latius ſcribit Fely. in. c. constitutus. in penul. col. de ſcrip. Item quia iusta regula loquit̄, qñ impetratur beneficū pofſellum p annū ex antiqua uacatione aī collationē factā pofſellis ſecus ſi dicatur vacare ex persona, uel facto ipsius pofſessoris, ut in. q. iſta, & dice mus inferius in alia. q. ſimiili. Et quia videmus, q̄ huiusmodi priuationes ſaepē cōmittuntur in partibus, ut eft factum in caſa Plebania Verchiani, & quorūdīe vñſ experimunt.
3. ¶ Præterea pro iusta decisione, efficaſ ex ratio Glosatoris; t̄ quia qñ agitur ad priuationē, potest pofſessor ante q̄ priuetur, renunciare, ut concludunt Moder. in. c. ii. de ſcrip. & latius repetit idē Fely. in. ca. inquisitionis. in. iii. columnā. de accuſa. Et hoc prius dixit Rota. in titulo. de re iudic. deci. v. in antiquis. Et reſumum Moderni Ferratih, videlicet, Thomi. Ferratius, in tract. cauel. caute. xlivii. Hoc aut̄ uerificari non poſter. in beneficio iam uacanti, ut notat Fely. in. c. in noſtra. in. xxxvii. corr. in. ii. col. de ſcrip. Nā priuatio p̄tā ſupponit habitum p̄cessiſe, & ſi renunciatio p̄ſupponit pofſessionē. & pro iusta op̄. faciunt ea, quæ dixi in ſimiili, q. in regula de ſubrogandis.
- ¶ Eſt tñ circa hoc aduertendū, ut caſus diſtinguitur, q̄ non oīs priuandus indifferenter, & indiſtingue potest bñficio renunciare; ſed ira demū, ſi ignorat impetracionē ab alio factam fuſſe, ſecus ſi ſciat, ut notabiliter concludit Anto. de Bu. in conf. xlivii. incip. Caſus, quidā presbyter. & cetera. Cum quo concordat dicta decisio Rota. v. in antiquis. titulo. 4. de re iudic. Sed illa Rota decisio in alio eft magis mirabilis, t̄ quia ibi fuit facta renunciatio beneficii per priuandum, poſt inquisitionem, ac poſt ſententiam perpeui carceris, la tam contra homicidiam, ac etiam poſt acceptationem expectantis, & nihilominus concluſit ibi, q̄ ualeat renunciatio, eo ſolo moitu, quia licet fuerit lata ſententia perpeui carceris, non tamē per hoc fuit lata priuationis beneficii, & iſtam op̄. decisionis p̄dicta et̄ ſequitur Fely. in. c. inquisitionis. in. iii. col. de accuſa. Differt ergo illa decisio a dicto Anto. de Bu. in duobus. Primo, quia ibi renunciatio fuit facta poſt ſententiam in confilio d. Anto. ante ſententiam priuationis. Item in dicta decisione nullifuerat priuandum ante renunciationem, licet quidam expectans acceperat. Sed in conf. d. Anto. fuerat facta priuacio a Papa ante renunciationem cum decreto irritanti, & tamē d. Anto. tenet, q̄ ualeat renunciatio, ſi ignorauit priuisionem Papæ.
- ¶ Sed modo circa iusta aduertendum eft, quia contra iſtud conf. d. Anto. eft vnum consiliū Geminia. cv. incip. ad ſupplicationem. Vbi loquitur in perituro, qui etiam eft priuandus, contra quem papa cuidam commisit, q̄ ſi conſtareret, illum fuſſe perituro, cōferrēt be neficium ſupplicantis; concludit ibi Geminia, q̄ ualeat interim renunciatio, etiam ſi ſciuerit priuisionem factam alteri. Tamē potest nihilominus iudex, cui fuit hoc commiſſum, poſt ueritatem delicti poſt renunciationem, & etiam poſt mortem. Et conſtitu de delicto conſerue beneficium ſupplicantis, & renunciatio retro non valebit. Ita ibi concludit. Et ad iſtam contrarietatem non aduertunt Moderni in. c. in noſtra. inferioris allegandi. Sed cum iſta cum Reuerendissimo D. Cardinali Simonetta, viro undēcūq̄ dicitissimo, ac mul tae obſeruationis, & tunc Rotā auditori, dixit, q̄ consiliū Geminia, non erat verum, & q̄ uiderat ſaepē in Rota obſeruari p̄dictam decisionē quintam, & consiliū Anto. & ſic ipſe admotauerat. Pro qua opinio, adduco rationem, q̄ia ponit gladium ad radicem,
- ¶ T̄ quia negari nō potest, per priuisionem papæ in euēnum priuationis, non eſſe illi impe tranti ius quæſitum irrefolubiliter, ſed conditionaliter in incertum euēnum, quem lis pro ducer, iuxta l. quod debetur, de peculio. Et ideo priuicio per resignationem interim facta, etiam cum clauſula dummodo alteri noui ſit ius quæſitum, ualeat, quia illa clauſula intelligit de iure puro, & irrefolubili, non de conditionali, & incerto, ut tradit notabiliter Roma. in confilio. cclvi, quem referr, & ſequitur Fely. in capitulo ſuper literis. in nona columnā. de ſcrip. & dixi in regula de non tollendo ius quæſitum. quæſtio. tercua. Cum itaq̄ ius acquiſitum ex illa priuisione papæ in euēnum priuationis ſit conditionale, merito priuicio pura medio tempore facta, ualeat, ad tradita in. c. ſi pro te. de ſcrip. lib. vi. Quia

beneficia non debent esse in pendent, vulg. capitulo si tibi absenti, & capitulo secundo. de elec. libro sexto. Et pro ista opinione contra dictum consilium Geminaria, est nota
bils decisio Egidii, decxxix, incip. si quis obtinens praebendam &c. col. fin. qui notabilis
ter loquitur & istis adde Soci. & quosdā alios consilentes de quibus in regula de nō tollēdo
ius quesitum, q. iii. mentionem feci. Et quantum ad illud, quod dicit Gemi. in. d. consi. iudi-
cem vigore illius impetratio, posse post obitū priuare peritum, & de veritate delicti
ad effectū adiudicandi illud impetrari cognoscere, hoc non est verū, & contra illum est,
decisio in terminis Rotæ in nouis, tit. vi. lit. pend. decisione ultima, alias nu. cccxcii, inci. Irc.
q. Titius, quā sequitur D. Gundifalvus Hispanus, quodā Rota auditor insignis, in tract.
lega. in. xiii. q. prima partis, col. xv. ¶ Limitarē tñ ista, quā dicta sunt de priuatione pri-
uandi, nisi papa in literis narrasset vacare beneficū propter tale crimen, licet in veritate il-
lud crimen non inducat priuationem ipso iure; ¶ Nā talis assertio papæ, adeo beneficium
afficit, q. renunciari non posset, vt dicit Pet. de ancha. in consi. cccxii, inci. vltra alia, sequi-
tur Fely. in. c. ii. in. iii. col. & in. c. nōnulli. in. xvii. col. de rescr. & in. d. c. inquisitionis. in. iii.
col. Et licet Pet. de ancha. & Fely. non dicant, q. renunciari non posset, tñ retenta op. Petri,
est hoca fortiori dicendū. Quia si ubi papa solum commitit priuationem faciendā renun-
ciatio impeditur, a fortiori ubi disponit afferendo vacare fundans in hoc intentionem suā,
quod est multū norandum. Tñ illud dictum Petri de ancha. ita simpliciter intellectum, nō
puto verum; Nā ultra hoc, quod contra illū latissime consuluit las. in consi. lxxxvi. incip.
Redemptoris crucifixi. &c. in. v. col. lib. iii. illa op. dura videtur, per quā alius per assertio-
nē pape contraria ueritati ius quesitū tollitur. Et alias legendo cle. i. de proba, multis mo-
dis reprobauit. Nā clarū ē, q. vbi agitur de tertii præiudicio papæ non creditur, ut not. Fe-
ly. in. c. cū a nobis. de testi. post Paulum de Castro in consi. xlvi. lib. ii. quem sequitur Deci.
in consi. cli. iiii. col. & Gemi. consi. liii. maxime ubi assertio papæ est contra ius, p. er. l. nec dā
nota. C. de pre. imp. offe. & ia Fely. fortassis illa op. dubitans impugnat, & declarat di-
cta Petri de ancha. in. d. c. cū nobis. in. ii. col. & latius in. c. causam q. in verbo impetratio.
in. i. & ii. col. alias est secundū seriē foliog. col. vi. de rescr. Vbi vidēdū erit, ne sim plixior.
¶ Redendo igitur ad propositum quæstionis, habes conclusionem hic, q. ista regula non
procedit in impetrare per priuationem. Circa quam conclusionem considerandum est ad
huc diligenter, quodā Rota in quadam caula capellania Pacen. coram D. Staphileo. xxix.
Octo. M. D. xxix. tenuit contrarium; Nā voluit tñ istā regulā procedere, siue quis possede-
rit per annum ante priuationem, siue post. Et ita etiā adnotauit D. Pet. And. Gāma. in quis
buldam recollectis decisionib. , a quo ego etiam via uoce audiui. Et sic vides, quodā Rota
moderna, bis variavit; Nam in causa Conuersana prioratus, quē coram me diu fuit discus-
sa, conclusit, regulam non habere locum, & coram Staphileo tenuit contrarium.
¶ Quid igitur tenendum? Dicas pro concordia opinioni distingudos esse duo eas. Primus est, in priuato ipso iure, vt in execribili, vel similibus, & procedat decisio coram
Staphileo. Vel illa decisio procedit in priuato ob non solutionem pensionis, quia ex quo
ab initio ipse se huic pœnē subiecit per proprium eius consensum, nō debet iuuari regu-
la, vt diceatur in alia quæstione. Aut vero est priuandus, & procedat opinio tenta in causa
Conuersana. Ratio est, quia prima innititur gratiæ, ista secunda iustitiæ. Et quod dictū fuit
in homicida, idem dicendum est in rebelli, vt. videlicet, anteq. priueretur beneficio, possit illi
renunciare, ut est tex. in. c. cum inter. de re iudi. quem ad hoc ponderauit Præposit. in. c. ius
quiritum. i. dist. pro qua op. facit optime conf. Ias. lxxxvi. lib. iii. Et ita in una Perusina ple-
bis cōclusit Rota die secunda Junii M. D. xxxix. cor. R. P. D. Pet. Vortio episcopo Auen.

¶ Quæstio Quadragesimatercia.

¶ VADRAGE SIMOTER TIO Quarto, tñ ex quo regula ista loquitur de
pacifico posseflore, quis dicitur possefleur pacificus, quoad effectum istius regulæ:
¶ SOLV TIO Resolutionem istius quæstionis scribā latissime in regula de
triennali, & aliquid dicam in. q. sequentibus. Vnum tamen interim omittendum non est,
q. licet impletans agens super solo posseflore non satisfaciat regulæ, quæ de peritorio lo-
quitur, vt inferius in alia, q. dicitur. Nihilominus talis lis super posseflore tantum bene
est sufficiens ad intertumpendam pacificam possefionem. Vthodie Rota cōclusit in vna
Gienen.

Gienen, prioratus de Villanova coram R. D. Io. Mohedano. xix. deci. M. D. xxxix. per qua-
D. Guicel. Cassidorus scribit in deci. ix. de cau. pos. & proprie.

¶ Quæstio Quadragesimaquarta.

¶ VADRAGESIM O Q V A R T O Quarto, tñ an ille, qui post sententiam
cōtra ipsum latam, quæ transiuit in rem iudicatam, possederit per annum, dica. ut pos-
sefleur pacificus, ad effectum, ut victorem aduersarium, vel alium, exceptionem
istius regulæ, repellere possit;

¶ LISTA Q V A E S T I O Dépendet ab hoc utrum per sententiam, quæ transiuit in
rem iudicatam sit totaliter finita, vel extinta lis: Nam si finita est lis possidens postea per
annum sine perturbatione erit pacificus, & exceptione regulæ vil poterit. Sin autem lis tota
liter extincta per sententiam non fuit, sequitur contrarius effectus.

¶ Quid igitur dicendum? Solutio. Ista diff. cultas, antiquis temporibus, pluries in Rota
ventilata, raro tamen decisa fuit, modo etiam in una Conchen præstimoniorum de Yric
sca, & Priego coram Re. Do. Io. Clerici iterū ventilatur, & postea in alia causa de qua sta-
tim dicam, similiter ista eadem, q. proposita fuit, & multum disputata. Operæ preciū igitur
erit præscrutari, quæ nam istarum opinionum sit ueror.

¶ Ve dixi, iste articulus non solum antiquis temporibus, sed etiam tempore meo s̄pē pro-
positus fuit in Rota, non tamen fuit ita passim propter eiusdiffūltatem decisus. Et idem tē
poribus suis, accidisse referebant domini Seniores. ¶ Tandem post varios disputantium

conflictus meis temporibus casus ille certame recepit decisionem: Nam cum dicta causa
Conchen, propter insanam partium contentionem sine aliqua concordia spc, per annum
continuum, & amplius aduocatorum, & procuratorum informationibus tunderebatur, &
adhuc partes iniquis odiis certarent, opportunit nos per huiusmodi quæstionis decisionem,
in qua victoria tota causa consistere videbatur, finem aliquem iratis partibus ponere. Et ita
factum est, q. post infinitas propemodum causæ positiones. Rota in hanc sententiam
concessit, vt. videlicet, possidēs per annum post rem iudicatam nondū executioni manda-
tam tueri se non possitista regula. Quam opinionem Rota pluribus rationibus compre-
bavit. Prima fuit, quia certum erat, post rem iudicatam, nondū executioni mandata, quasdam adhuc litis primæ reliquias durare. Quod ex eo apparet, quia iudex sententiā, quæ
transiuerat in rem iudicatam, potest infra annum executioni mandare. c. quārenti. de offi-
delega. Sed nemo insciari poterit in illa executione facienda, aliquam iudicij telam requiri,
videlicet, observationem quatuor terminorum, & sententiam declaratoriam, brachium se-
C S O L V T I O. Hodie quæ numeratur, xx. Octob. M. D. xxxiiii. ista difficultas per R. P. Do. Marcellum de Crefcēntiis in Rota proposita fuit in una causa Agrigentina decanatus, in qua quidam Io. Guerrierius decanatu possessum per Antoniū impetraverat, & cum in partibus corā iudicibus secularibus regiis cōtenderetur, procurator possessoris in curia super iactationibus, & molestationibus cōmissione cōtra dictū Io. impetrante post. xvi. dies impetratio ipsius obtinuit, quo quidē tpe satis dubitari p̄terat, an procurator prædictus verisimiliter in curia Roma, & in tam breui tēpore notitia de molestatione suo principali facta. Agrigenti, habete poterat, Euenit, quod post aliquos dies idem possessor constitutus alios procuratores ratificauit gesta per primos, cūq. in curia litē suā impetrās prosequeretur, possessor excipit de ista regula, impetrans replicat regulā pacificū possessori requiri, ipse vero non erat pacificus, igitur, &c. q. nō esset pacificus ostendebat ex cōmissione prædicta per dictū procuratorē impetrata, in qua fatebatur principalem suū molestiarū, quæ quidē cōmissio per ipsum possessorē ratificata fuerat. Dubitatū fuit, nunquid illa confessio ad probandum illum pacificū possesorem non sufficeret? Conclusum fuit per omnes dōminos, excepto uno, q. non, ratio istius decisionis fuit, quia ista regula principali liter in odium impetrantiū, & in fauorem possessorum condita fuit. t. Ergo vt favor possessoris conseruetur, probatio non pacifice possessoris, ex quo est obiectus dare debet, & per concudentes probationes probari, ad effectum, vt p̄fūlū possit pro possessorē, & cōtra impetrantem inducta, collatur. l. scire. ff. de excu. tut. cū concor. vt per Fely. in. c. pastoral. in. iiiii. col. versi. signa. de excep. Cū igitur illa probatio ex confessione procuratoris resultans, non erat clara, nec concludens, quia poterat intelligi de molestia post, vel ante impetracionem facta, quarū altera pacificā possessionem interrumpere poterat, altera vero non, talis probatio ambigua, & dubia non debet admitti, per ea, quæ dicuntur in. c. in praesentia. de probat. Eo maxime, quia illa cōmissio fuerat impetrata post impetracionē aducerari, & sic eo tēpore, quo verisimiliter procurator non poterat habere notitiam molestie, fuit igitur illa molestia potius imaginaria, & præsumptua, & ad cautelam inducta, q. vera, potuit procurator confidere molestiam, quam ignorabat, ad excludendum beneficium istius regulæ domino præjudicare, iuxta not. in. l. prima. C. de pact. Debuit ergo in istis dubiis probationibus contra impetrantem, & pro possessori interpretatio fieri, quia clara est

regula juris in dubiis reo, magis, q̄ actori fauendum esse. Hinc evenit, q̄ ius tertii per solā supplicationem productū non relevat, quia non reputatur clarum quo ipsi super supplicatione literæ expeditæ sint, & ob ea causam res efficitur dubia, quæ probantē non relevat. Et in illa etiam ratione fundatur illud, quod Rota in vna Cremonen. pensionis coram Do. Christophoro Panigarola, Decemb. M.D.xxix, cōclusit, videlicet, q̄ ad effectum incurātē priuationem ob non solutionem pensionis non sufficeret notitia vaga, & incerta, vel etiam, q̄ procurator scierit, & dominus ratum haberit, sed requireretur clara, & indubitate notitia principalis, quoad incurrēdum in censuras, & pœnam, per ea, quæ scripsit Fely. in cap. quoniam. §. porro. colum. antepenulti, vt lit. non contest. & in cap. cum contingat. colum. penulti. de rescrip.

Quæstio Quadragesimana.

inter fol. 220 **VADRAGESIMONONO** Quarto, t̄ nunquid possessor pacificus dī ci poterit ad effectum regulæ si causa contra eum infra annum nomine meo committatur per assertum procuratorem meum, quam commissionem ego post annum ratam habui?

ESOLVIT O. Hodie que est. iiii. Februario. M.D.xxixii. ista dubitatio per dominos in causa Tudeñ. decanatus coram R. D. Jo. Clerici pro parte negativa decisa fuit. Et inter alia pro ista decisione adductus fuit dictu Bal. quod cōmuniter approbat in. l. s. C. ad mācedonianū. vbi ratificatio, quæ sit tēpore quo actus nihil operatur, propter lapsum tēporis non valer, quia inuenit obstatū in medio, quod impedit, ne tempora, siue extrema cōlun gantur. Sed in quæstione præsenti, licet commissio facta fuit infra annum possessionis, ex quo tamen illa nō valebat, ex defectu mandati, & ratificatio venit post annū, est dicendum possessori nullū detrimentum afficer, quia res deuenit ad casum, a quo incipere non potest, ar. capit. si eo tempore de rescrip. lib. vi. Et quia ratificatio per dominum de actu nul lo potest fieri in præjudicium sui, non autem in claram alterius, vt dicit decisi. prima. de procurator in antiqu. ratificatio enim debet fieri infra tempus, infra quod actus geri potest, vulg. l. bonorum. ff. rem. ra. ha. & glo. iuncto tex. & ibi not. **Geminia.** & Alexandri. in. c. non solent. secunda. q. vi. & hoc videatur in terminis exponere glo. in capitu. ratihabitio, nem. de regul. iur. lib. vi. cum concor. vt scribit Alexan. in consil. ci. visto processu. colum. prima. lib. ii. & in consil. cxxv. ponderatis his, eodem lib. præsertim, quia hoc casu per possessionem annalem ante ratificationem fuit ius quæsumum possessori, & sic ratihabitio impeditur, vt dicit glo. in. d. c. ratihabitionem, cum concor. de quibus per Decimum in consil. cxvii. in causa. col. penul. & consil. ccxxvi. in. ii. col. & alibi saepe, vt dixi in. d. c. ratihabitionem. Et in summa ista est apud omnes vera, & recepta conclusio, t̄ q̄ vbi de præiudicio alicius agitur, ratificatio locum nō habet, vt habeatur in dictis locis. Et tradit Alex. in consil. lxxviii. visto, & diligenter. in. iiii. col. lib. v. sed in casu isto est idem, igitur &c.

IV lūmo pro ista op̄i, videatur esse glo. in. c. nonnulli. de rescrip. quæ vult, q̄ cōmissio imperrata nomine meo non potest per me ratificari, ex quo ad illam impetrandam requirebatur speciale mandatum. Et ista est vna de fallentiis, quæ dantur ad regulam ratum, de regu. furi. lib. vi. quam ad hoc ponderat Fely. in. c. causam. el primo. in penul. & fi. col. versi. fal lit tamē, de iudic. quod est multum negotiandum in proposito quæstionis nostra.

III Accedunt prædictis, quæ in vna Hiporigen. parochialis coram Do. Nicolao de Arctio de mense Iunio M.D.XXI. Rota tenuit, videlicet, t̄ quod lis mota per assertum post obitū colligantis ad effectum regulæ de subrogandis, ratificari non possit, pro qua decisione faciunt ea, quæ scribit domi. Anto. in capiu. cum venissent. in fi. de restitu. spoliato. vbi dicit, q̄ si aliquis tanq̄ procurator meus possessorē vnius beneficii pro me capit, Et deinde ille assertus procurator ab alio spoliatur, nō potero ego ad effectum, vt mihi actio spoli competat possessio. Iem illam ratam habere, ita dicit ibi dominus Antonius, & a serie Rotam ita tenere, cuius dictum late sequitur, & comprobatur Alexan. in. l. quod meo. in se cunda column. ff. de acquirenda possessione. Reliqua circa præsentem quæstionem visienda erunt in regula de triennali. vbi eandem quæstionem, quæ ibi in facto contingit, scribam.

Quæstio

Quæstio Quinquagesima.

Q VINQUAGESIMO Quarto, t̄ an possesso annalis ad producendā exce ptiōnē istius regulæ sufficiat, q̄ adhuc tempore impreationis, citationis, aut sentē tiae, licet postea desinat esse!

ESOLVIT O. Ita quæstio per dominos meos in Rota, in causa Hispalen. Scholastice coram D. Nicolao Aragona de mense Octob. M.D. xxxiiii. discussa fuit. Et quia causa ex alio capite tunc fuerat resoluta, interloquendū dictum fuit possessionē annalem pacificā salte tēpore impreationis requiri debere, quo tempore alii tantū qualitatē hīc requisitārū expressio fieri debet, prout regula hīc in prima sui parte disponit, vnde sicut sufficit. di cetas qualitates impreationis tempore adesse, licet postea celent, per not. per glo. in vers. canonici. in. c. statutum. de rescrip. lib. vi. codē modo, & qualitas possessionis annalis ad producendā istam exceptionem sufficere debet tempore impreationis intetuēre, licet postea possesso perdatur. Quia exceptio ex annali possessione præcedēt impreationē na scitur, non ex sequenti, vnde sufficit impreationis tēpore iam esse annalem, ad effectū, vt impetrans seruare hic contenta teneatur, & possessori exceptio regule competat, & hoc clā

2 re inuitū verba istius regulæ ibi, per annum immediate præcedentem, &c. t̄ Nec obstar, si dicatur, q̄ si possessor post impreationem actoris desinat possidere, impetrans non pos terit v̄sp̄ ad sententiam causam prosequi, vt hic dicitur, Quia illud esset verū quando age retur possessor, sed regula ista secundum dominos, vt etiam inferius in alia, q. dicitur, p̄citorum concernit, super quo possessor ad iudicium trahitur, & super quo debet dari sententia, vt innuunt verba tex. ibi, & causam quare sibi ius non competit, &c. non igitur refert, nec requiritur reum conuentum tempore prosecutionis causa, v̄l sententia, sed tempore im preationis annalem fuisse, quoad hoc, vt impetrās implere debeat, quod ei incumbit, quia forma illi per istam regulam imposta est, quia cum ipsiū impreationem concernat, & in sui odiū introducta fuit, debet ad ynguem obseruari, & ideo causam contra reum con uentum v̄l p̄ ad sententiam prosequi tenetur, vt hic dicitur, facit clemen. prima. vt lit. pen den. & c. i. & ii. eo. titu. lib. vi. nec ista regula requirit sententiam contra posses sori, quia non respicit factum possessoris, sed impetrantis, & ideo regula impersonaliter loquitur, q̄ eam prosequi teneatur, & sic, licet reus conuentum definat esse possessor, hoc facere te netur, iuxta. l. properandum. §. sin autem reus, C. de iudic. quia defectus rei actorē non pro sequentem excusare non debet. Quod ex eo etiam suadetur, quia licet regula fauēat posses soribus, est tamen principaliter in favore publicū introducta, vt lites terminētur, vt dixi superius in quadam quæstione, ponderando verba regula, ibi, vt improbi exquirerint lites motus reprimantur, &c. & genus pœnæ Cameræ apostolicæ applicandæ. t̄ Et ideo impetrans causam terminari facere intra annum astringitur, ad effectū, vt ex litis cūtēntu videatur, an impetrans improbus litigator fuerit, & p̄suadatur, vt si molestatores iniusti ex grauitate pœnē deterreantur, alioq̄ impetrantes cautoles in posterum reddantur, cum se per regulam ita inter pretatam ad causam v̄sp̄ ad sententiam prosequēdam astricatos esse cognoverint. Discatq̄ pariter non, nisi ex claro, & bono iure impreationes suas obtinere, & possessores ex eodem ad iudicium euocare, & hoc est, quod verba istius regule p̄ se ferunt, ibi, specificam, & determinatam causam, ex qua clare constare poterit, q̄ nullum ipsi possessor in dicto beneficio ius competit, &c. Non igitur curandum est, an reus dimiserit possessionem, v̄l ne? Quia sufficit eum per annum immediate præcedentem impreationem possidere, vt dicitur hic, vnde si post citationem definit esse possessor, nihilominus exceptiō regula locum erit.

Ex quibus omnibus apparēt in prosecutione causæ priuat factum non tantum considerari, q̄ publicū, argu. corum, quæ not. Bar. in. l. agraria. ff. dēter. amot. cum similibus. Ex quo infertur priuatam personam facto suo a līte se abdicando interesse publico præiudicare non posse, vt not. in. l. i. ff. ad tertul. Imo si possessor post motam item possessionem cessisset, nihilominus a dicto impretanre damna, & interest, quæ possessionem sūrā contigissent reperire posset, per istum tex. argu. glo. in capitu. præsenti. de offic. ordina. lib. vi. & capitu. ceterum. de dona. possessio igitur ad effectū prosecutionis causa, de qua loquitur ista regula, nihil facit nam sufficit qualitatem possessiones adesse tempore verbi, idest, tempore impreationis, iuxta uulga. l. in delictis. §. si extraneus de noxal. t̄ Et hoc CC iii

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

dicendum siader dictio ex nunc, quæ extremitatem principii refert, secundum glosam in clementina secunda, de hærc, & in clemen. prima, de iurepatrona, cum similibus.
Nec obstat si dicatur regulam ita demum impetranti obstare quando per possestoren annalem opponitur, & si videtur requiri qualitas possessionis tempore exceptionis, cum hæc exceptio in fautorum possessoris inducta sit, & isto modo bene quadrat, quod dicitur in dicta. l. in delictis. q. si extraneus, videlicet, quod qualitas adiecta verbo, debet adesse tempore verbi, id est, exceptionis proponenda, cum exceptio non detur non possessori. Sed ad hoc respondeatur, q. possesso sequens impetrationem non est illa, quæ impetrantem afficit, sed precedens, vnde impetrans tempore sue impetrationis ad faciendam mentionem possessionis precedentis non sequentis, astringitur, & tunc requisita regula circa explicationem nominis, & gradus tunc possessoris astringitur, vnde ex quo impetratio semel affecta fuit, dato, quod possessor post impetrationem definat possidere impetratio, quæ a principio fuit nulla non validatur quominus reus conueniens tunc possessor excipere de regula possit, dato, quod tempore exceptionis non possideat. Erat illud dictum, q. qualitas adiecta verbo, &c. respondetur, quod illud dictum procedit quando qualitas non habet tractum successivum sicut possesso, quia tali casu paret qualitas verificari, secundum aliud tempus. Ita notabiliter illud dictum limitat, & declarat Cardina. Zabarel. in repet. capitu, perpendimus, in octava colum. de senten. excommuni. Vbi etiam aliam limitatio ponit, quam videoas, pro quibus allegat bona iura. Et ita reperio tempore Sixti, secundum istam op. excelleutissimos doctores in quadam causa Burgen. Abbatiae de Vilalbuca consuluisse, vt pater in primo volumine consiliorum Io. Aloisii Tuscani Mediolanensis aduocati tunc cōsistorialis fol. xlvi. Quibus accidentea, quæ in illa questione de possessore cedente dicam.

Quæstio Quinquagesima prima.

VINQVA GESIM O PRIMO Quæro, tñ nunquid regula ista inhabiles ipso iure eriam per extraug. Bonifaci, Pii, Alexan. & Iulii, contra non soluentes annatas, aditas, vel quemcumq; alium inhabilem defendat?
SOLVTIO. Respondeo, q. sic, quia ista regula non recipit restrictionem de habilitate; Nam licet iura loquenta de personis intelligi debeat regulariter de habilibus. l. i. C. de sacro sanct. ecclesi. & vulg. l. vt gradatim. ff. de mu. & ho. Hoc tamen fallit, nisi constitutio respiciat animæ, vel reipublica commodi omni, quia tali casu lex generaliter loquens, intelligitur etiam de inhabili, vt est tex. singularis in. l. si quis in graui. q. vtrum, verius, is quoq. ff. ad silicem, quem ad hoc pro singulari notat Ias. in. l. qui seruum, in tercia colum. ff. de verb. obli. Et prius Alex. in. l. cum mulier. in pen. col. ff. solu. marr. & And. Sic. in. c. primo. col. xxiii. de consti. & in. c. nouit. nu. 2 3 2. de iudi. & in rubri. de rescrip. in clem. colum. xi. & in rub. de reb. ecclie. non alien. in quarta col. nume. 1 9. & col. lxviii. num. 2 2 5. & alibi saepe, vt latius scripsi in. q. in personā. insti. de actio. Sed ista regula reficit fauore reipublicæ cuius interest lites reprimi, vt dicitur in. l. properandū. de iudic. ut dixi superius in primis quæstionibus istius regulæ. Ergo debet generaliter de quocunq; possessore intelligi. Et ita semper ista regula interpretata fuit, inhabiles igitur quomodounque inhabilitati, ista regula defendantur, quæ sola detentione satisfieri videtur secundum interpretationem longauam Rota.

Limitantur tamen ista non procedere in duobus casibus. Primus casus est in inhabili, ea inhabilitate, vt nec etiam rem detinere posse, prout est hæreticus, tñ cuius non solum possesso, sed etiam nuda detentio rei prohibita, & damnata est a lege, vt probat Cardina. Alexand. post glo. ibi in. c. quo iure. viii. distinet. de quo statim dicam in sequenti. q.
Secundo fallit in eo, de cuius non titulo notorie constat, quia talem non defendit regula ne malitiis, & fraudibus detur locus, cōtra capitulum sedes, de rescriptis, facit, quod tradit Iason in. l. prima. in prima column. ff. de operis noui nunciatione, vbi dicit, q. licet in dubio nunciatio noui operis, de qua in veritate nūciant nullum ius cōperit, debet atredi, & ligari, vt ibi est tex. vbi tamē notorie constat de non iure nūciantis, talis nunciatio debet sperni. Nam regula ista loquitur in eo possestoren de cuius titulo ignoramus, vel sumus in dubio, an habet titulum, vel non, quia licet in rei veritate titulum nō habeat dummodo illud notorium

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLIII

notorium non sit, defenditur a regula, securus, ut dixi, in notorio, arg. corum, quæ dicit Alba: post Inno. in. c. ecclesia. de cau. pos. & proprie. & in. c. ex parte. circa fi. de resti. spol. cum concor. & scribit Alex. in. l. naturaliter. q. nihil commune. ff. de acquir. posses. qui uolum. q. licet regulariter expoliatus restitui debeat, fallit tamen, nisi notorie de non iure expoliati constaret. Regula igitur ista deber intelligi de detinente, quæ credimus habere aliquem titulum. Nam possident per annum beneficium sciente, & patiente impetrante, qui prædicti ius habere præsumunt ex possessione illa annuali titulum habere, vt dicunt doct. in. c. ii. in. fi. si de inuesti. feu. inter domi. & uasal. & in. c. Titius. in. fi. si de feu. contro. feu. cum concor. vt per Moder. consulentes, uidelicet Stephanum Beltrandum in cons. primo. in. x. col. nu. 5 6. in primo vol. & ante ipsum hoc sequitur Dom. in conf. xiii. circa fi. sed quicquid sit de iure in spoliato. In hac regula tñ contraria seruat, quia siue notorie de non titulo annualis possessoris constat, siue non constet impetrans seruare tenetur hic contenta, & sic possessor nullum ius habet in prosecutione litis condemnabitur, & a sua intrusione cum fructuum restitutione amouebitur.

Quæstio Quinquagesima secunda.

VINQVA GESIM O SECUNDUO Quæro, tñ regula ista defendat he reticum?

SOLVTIO. Dominus Guliel. Cassiodorus auditor egregius, & diligens in quibusdam suis collectaneis decisionum nouissimarum Rota, discutit istum articulatum pro utraq; parte, & certe, iudicio meo, impetrat: Nam ex quo super isto plecto, vt ipse referit in una causa Illerden, præposituræ de annis M.D.xix. & M.D.xx. coram D. Paulo Capilucco iudicauit Rota, quæ mota fuit vna tantu ratione iuridica, superuacuum videatur argumenta contraria contexere, & illa quidem minus efficacia, quæ occupatis uiris legendis melioribus impediti, negotio dare possunt: usum igitur est mihi solum circa illam rationem decisionis, quia tunc Rota mota fuit, infistere, quæ si uera est, non attinet amplius Scho lasticorum more rem per disputationes in dubium refricare: si autem ratio nō subsistit alia fortior querenda erit.

Ratio igitur decisionis in illa causa Illerden, fuit, quia in hæretico reprobatur a iure non solum possesso, sed etiam detentio ipso iure, vt tradit glo. Domi. & Alex. in. c. quo iure. viii. dist. vbi igitur nō datur possesso, nec detentio, regula non procedit. Ista est summa decisionis dominorum comprobata, multis rationibus, sed ista ceteris est efficacior, & magis proxima, alia vero ab extra tendunt.

Videndum est igitur, num ratio ista subsistat, & certe non video vbi probeatur in iure, q. hæreticus priuetur ipso iure detentione, & q. talis detentio adeo in eo sit damnata, q. illi defensio istius regulæ prohibetur, cum igitur non repertatur hoc iure causum, erubescimus sine lege loqui. c. ego solis. ix. dist. facit tex. in. c. illa. ne sede vac. Nam ut inquit Bald. in. c. 2 nihil. de elect. tñ p. lege non cauerit, in practica non habetur, quia paria sunt aliqua sine lege facere, uel contra legem, ut ipse id Bal. dicit in. c. in genesi. in. fi. col. de electio. sequitur Ias. in. l. singularia. in. vii. col. ff. si cert. per. Hinc illud emanauit, quod Anto. de But. dixit, q. possumus iudicare contra communem op. non habentem casum legis pro se, ut referat Ias. in. l. illam. C. de colla.

Pro quo op. adduco duas rationes iudicio meo efficaces. Prima est, quia, vt dictum fuit supra. q. proxima, regula ista restrictione de habilitate personarum non recipit, sed quicunque inhabili, & nudus detentor tueri se regula ista potest, quia non tam possessoribus ipsius fauerit, q. impetrantes in sequitur, & sic principaliter regula inducta est in odium exquirientium lites, sed istud odium calumniole impetrantium nō purga, nec cessat propter hoc, q. possident si hæreticus, ergo debet habere locum regula, quia propter hoc hæreticus nō maner impunitus, possit ab alio impetrante seruante requisita in regula priuari beneficio, & amoueri a possessione. Nec obstat, q. hæreticus expoliatus non restituitur, quia hoc nō facit quominus uti non debeat regula, tñ quia videmus execrabiliter expoliatum non restituitur.

Vt conclusit Rota in una Giueni, prioratus coram Re. P. Do. Petro Vortio de anno M.D.xxx. per rationes, & authoritates de quibus inferius in. q. de execrabilis, & etiam in regula de triennali in. x. q. dicam, & tamen ille utitur beneficio istius regulæ, & etiam de tricu

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

nali, ut meminit Cassio, hic. Et dicā latius utroq; loco, igitur argumentū non est cōcludēs. ¶ Secunda ratio est, quia videmus, q; licet hæreticus sit priuatus ipso iure, beneficiis ramen non potest amoueri, nisi prius cietur, & sententia declaratoria contra eum promulgeatur, ut dicit tex. in. c. cum secundum. de hære. lib. vi. Et hoc idem est in execrabilis, ut patet in. c. licet episcopus, de præb. lib. vi. Sed anteq; declaretur, certum est eos beneficia detinere, quia hæretis, vel execrabilitas facultatem facti non auferunt, quia talis facultas non potest, nisi a iudice tolli: Nam fieri nullo pacto potest, ut dicit lex, quoniam quis aliquid decineat, vel de facto faciat, vel etiam in seipsum faciat, nisi prohibetur a iudice, ut coro tit. ff. de his qui sibi mor. consci. Nam licet lex prohibere possit detentionem iuris, non tamen potest prouidere, quin ali; iuri si uult beneficium de facto non occuper, & illa detentio facti sufficit quoad istam regulam secundum interpretationem dominorum. ¶ Non obstante notata in d.c. quo iure, quia licet illa negari possent, cum non sit lex aliqua hoc prohibens, Nihilominus dici potest, q; illa detenta, quæ prohibetur hæretico debet intelligi in dubio de detentione iuris, non autem de detentione nudi facti, quia sola contenta est regula ista, quia secundum communis regulas appellatio detentio intelligitur de detentione iuris non facti, ut late tradit Alex. in. l.i. in princ. in. xvi. col. versi. quarit Bar. ff. de acqui. pess. Et licet dicta decisio istis rationibus expugnari potest, tamen in iudicando magna est authoritas illius glo. Gemi. & Prepositi, licet nihil allegetur, de hoc tñ i regula de triennali, adhuc aliquid dicam. Et ista omnia quæ dicta sunt procedant in possessore hæretico, in impetrante vero heretico dixi superius in tercia quæstione.

Quæstio Quinquagesima tercia.

QVINQ V A G E S I M O T E R T I O Quarto, † an ista regula defendat possessorem priuatum beneficio, ob non solutionem pensionis?

CSOLV T I O. Rota istum casum de anno M.D. xxix. mense Octobri coram Staphileo deciderat, ut adnotauit D. Petrus And. Gammarus auditor insignis in memoria libis suis. Et concluserunt domini, q; talis possessor regula non defendatur. Ratio fuit, quia licet ista regula sit inducta in odium impenitentis. Tamen ex quo consentiens pensioni videatur a principio consensisse priuationi ob non solutionem, non debet adiuvari regula, nec potest in hoc conqueri, quia consentienti, & uolenti non fit iniuria, vulg. l. scienti. de reg. iur. lib. vi. Et sic isto casu initium attenditur, arg. corū, quæ dicit Lap. alleg. xxiiii. Hinc est, quod licet paupertate oppressis solcat concedi beneficium, c. odoardus. de solut. securus tamen est in debitore pensionis, ut dixi late in tract. signaturæ.

Quæstio Quinquagesima quarta.

QVINQ V A G E S I M O Q V A R T O Quarto, † an regula defendat execrabilem possessorem annalem?

CSOLV T I O. Potest dici, q; sic, quia defendit quemlibet detentorem dummodo detentio non sit improbata a iure, ut in hæretico, de quo proxime, q. lii. dixi, & in execribili expediti uideatur, quia plures fuit dictum in Rota execrabilem saltē detinere, quia a detentione non reperitur prohibitus, quinimo neq; possessionem amittit, sed ut ea priuatur, debet prius citari, ut patet in capitulo licet episcopus, de præbēn. libro sexto, & faciunt ea, quæ dicit Pet. de anchora. conf. cxvii.

CSed pro vera resolutione istius, q; distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando beneficia incompatibilia non detinentur ultra tempus contentum in. d. extrauag. execrabilis. Et talis est, quia datur possessio, aut saltē detentio iuuatur ista regula, & ita procedit tex. in d.c. licet episcopus. Secundus casus est quando execrabilis detinet beneficia ultra tempus praefixum in. d. extrauag. & tunc, quia extrauagans prædicta seruationem inducit, cum decreto posset teneri execrabilem non defendi ista regula. Ratio est, quia per decretum seruationis anhilata, & improbata fuit quælibet possessio, & facti detentio, ut dicit norabiliis deci, prima, in titulo de resti. spolia. decisi, prima, in antiquiori. Et ubi non datur possessio, vel detentio, ista regula non habet locum. Hinc uoluit Rota in una Gienen, de qua in propria. q. faciam mentionem, q; talis expoliatus non restituitur. Quod etiam tenuerunt Moder.

REG. DE ANNALI POSSESSORE.

CLV

Moder. in tract. referuatio. in. xl. effectu. Sed quicquid sit, Rota tempore meo tenuit utroq; casu contrarium, quia ex quo ista regula nullum requirit titulum, neq; bonam fidem quælibet occupatio sufficit in odium impenantium beneficia possessori viuentiū certomodo.

Quæstio Quinquagesima quinta.

QVINQ V A G E S I M O Q V I N T O Quarto, † an regula ista obstat impenetranti beneficium per alterius affectionem, vel per non promotionem?

CSOLV T I O. Quidam antiqui docto. vt Iaochi. de Narnia. lo. Aloisius Tuscanus Mediolanen. & alii clerici tenuerunt, regulam hoc casu non habere locum, ut appararet in lib. primo, & .xiii. allegatio. illorum temporum. Motu hac tatum ratione, quia regula loquitur de beneficio vacanti ex persona alterius, q; possessoris, & sic ex antiqua vacatio ne ante possessionem annalem, vel post, & tali casu impenetranti post possessionem annalem obstat regula, sed hanc non verificantur in vacacione contingente ex persona possessoris, eo maxime, quia ista est quædam priuatio iuris.

CTamen quicquid ipsi dicant Rota contrarium tenuit, ut refert hic Glosator in f. & sequitur Dominus Guliel. in collecta. decisionum Rotæ. Et ita etiam in una causa capellaniæ Pacen. coram D. Staphileo. xxix. Octob. M.D. xxix. conclusum fuit, ut attestatur Dominus Per. And. Gāmar. in quibusdam suis memorialibus decisionum Rotæ. Ratio decisio nis fuit, quia ista regula indistincte loquitur, ergo non est facienda differentia, an aliquis ex persona possessoris, vel alterius impenetraverit, quia dummodo aliquis sit intrusus per annum antea, & pacifice per dictum tempus possideat, erit locus regulæ, & hoc idem in execribili, & non promoto locum habebit, quia illi anteq; possessione priuenter, possunt per annum beneficia detinere, & talis possessio, siue detentio ante sententiam consideratur a iure, ut patet in. c. licet episcopus. de præbēn. lib. vi. † vbi tex. disponit execrabilem ante citerum a possessione amoueri non debere, ex quo appetere possessionem illam ante amotio nis tempus coloratam dici posse. Hinc est, q; est locus restituti, si illa expoliatur, ut dicit Compilator decisionum Rotæ in tit. de resti. spolia. deci. iii. in ultima additione.

CSed vterius cogitanti videtur adhuc primam op. sustineri posse, in qua Glosator hic, & antiqui aduocati fuerunt. Ratio istius op. est, quia illa impenetratio de qua hic queritur, est quædam priuatio iuris, & quemadmodum superius diximus in alia q. regula ista locū non habet in impenetrante per priuationem, rationibus, & argumentis, de quibus ibi latius dixi. Tum etiam, quia si constat possessori esse execrabilem, appetere de notorio non ius re eius, & per consequens eius possesso, & detentio improbat a iure, adeo, q; si spoliatur restituti non debet, sicut de hæretico superius diximus, & licet Compi. in. d. deci. iii. te nuerit execrabilem expoliatum, esse restituendum, eius op. ultra hoc, q; est vnius tantum docto. nihil tñ pro sua op. allegat. Imo contra eius op. conclusit tempore meo Rota in una Gienen. beneficiorum coram R.P. D. Petro Vortio nunc episcopo Auen. de anno M. D. xxix. die. viii. Octobris contra Rodericum Lopez pro quadam capellano, & familiaris Reuer. Card. Gienen. alias Baren. vt ego tunacnotauit, quæ voluit execrabilem expoliatum, non esse restituendum, pro qua decisione inter plura, quæ breuitatis causa omittuntur, allegatu fuit cons. Oldra. ccxxvii. ybi expresse tenet execrabilem non esse restituendum, & idem probat Roma. in cons. cccxcix. & est deci. dominorum in antiquis nr. 371. cū qua transit Abb. in disputa. Titius. in. iii. dubio. & in. c. in literis. col. pen. de resti. spol. Conser. in tract. de resti. spol. fallen. xvii. & .xxxi. Non enim videtur iuri, nec rationi consonum, unde quis pœnam meretur, premium, & fauorem reportare. l. congruit, de offi. pres. & quia referuatio. d. extrauag. inficit etiā detentio, ut probo superius in alia quæstio. Sublata igitur detentio regula ista locum non habebit, nisi dicamus, prout in illa. q. de hæretico dixi, execribili prohiberi detentio iuris, prout in dubio presumitur, non autem detentio iuris nudi facti, quæ quoad istam regulam sufficit, † & quæ regula de triennali execribilem defendit, ut tenuit Rota, & ibi latissime dixi, ergo idem dicendum est in ista regula, aut eodem modo tenendum est in utraq; nec titulus coloratus in regula de triennali deberi illum iuuare, quia siexecrabilis prohibitus est possidere, & detinere, sine possessione præscriptio non procedet, ut dicit regula iuris, nec titulus quoad possessionem aliquid facit, q; illa prohibetur, præsertim, quia Gemi. in. d. c. licet. negat execrabile ha-

bere possessionem, nequit titulum coloratum. Pro resolutione igitur istorum uidenda sunt, quæ in dicta regula scribam.

CQuæstio Quinquagesimasexta.

QVINQVA GESIMO SEXTO Quarto, + an primus resignans possessor annalis defendi possit ista regula contra tertium resignatarium habentem causam a secundo resignante?

CSO LV TIO. Ista q. fuit proposita per dominum Jacobum Simonetta de mense Julio M.D.xxi. in causa Hispalen. beneficiorum, & tunc prima facie fuit dictum per Dominos animo melius deliberandi, q. non, quia talis resignans uideatur habere improbam detentio nem. Adeo, q. spoliatus non restitucretur, sed nihil super hoc fuerat informatum, sed ea omnia per dominos fuerunt ex tempore dicta. Nam certe contraria op. uideatur firmior, quia clarum est, q. licet primus resignans ex resignatione, quam fecit, transferat titulum, & possessionem, ut dicit deciso in no. xxii. tamen potest manere in detentione, quia non trans fert, ut ibi dicitur, quia sola sufficit ad se tuendum, beneficio si ius regula, + quia, ut sape dictum est, omnes intrusi, exceptio haereticus, in quo reperitur reprobata detentio, iuuantur ista regula, ut concluserunt saepe domini, & maxime in casu isto, in quo detentio primi resignantis est tanti momenti, q. si in ea perseverasset per triennium, presumetur retrocessio, ut tenuerunt domini, ppter aquitatem alleg. Lapi. lxxix. in casu uero proposito si primus resignans non fuerat triennali detentor, sufficit ergo sola aliuina occupatio, ut iuriat eum, quoad exceptionem regula, sicut iuuat excommunicatum, homicidam, & alios criminofos, & intrusos, imo expoliatori non uilementum, vt dicam in alia, q. nec reperio, q. in isto primo resignante detentio fuerit improbata a iure, prout tunc de improviso dicebatur, quia hoc iure non cauetur, imo in haeretico, qui est ceteris peccatoribus deterior, quem domini noluerunt iuuari, regula non reperitur reprobata detentio, nisi per dictum Germania. & Alexandrinus tenentis hoc absq; aliqua autoritate iuris, sed in haeretico potest de cesso tollerari, ex quo habet saltem aliquos doctores egregios pro se, licet super hoc fuerit multum disceptatum. Sed in casu nostro nullus yng hic dixit, q. sit reprobata detentio, sed pro op. dominorum uide, quæ dicitur in q. sequenti. Et interim tenenda est prima op.

CQuæstio Quinquagesimaseptima.

QVINQVA GESIMO SEPTIMO Quarto, + nunquid annalis possessor renunciatus alteri beneficium suum, qui post renunciationem in eius possessio ne per annum pacifice remansit, de ista regula contra imperantem dictum beneficium per obitum resignatarii excipere possit?

CSO LV TIO. Ita casus in individuo in Rota propositum fuit per R. D. Silvestrum Darii. xviii. Decem. M. xxvi. in causa Burge, canonicius. de Veruiefa, & tunc interloque dū in parte affirmatiā inclinabat dñi, quia renunciā continuitat suā possessionē priore, quā habuerat an̄ resignationē post renunciationē, ita q. tpe iuratiois repitū analis. Præterea facit, quia, licet ius resūtiatis possesso, & renunciationē amissa fuerit, superius in proxima q. dixi, ē verū respectu possessiois civilis, quæ animo retinetur, secus uero respectu natura lis, quam per renunciationem non dimisit, sed illam detinendo continuauit, vt dicit Cald. conf. llii. de renuncia, & decisi. prima. de renun. in no. & præterea illa detentio ex quo est annalis, debet esse in consideratione. Suadetur hoc, quia qui decinet, utiq; possidere videtur, saltem largo modo, ut dicit Alex. in. l.i. in prin. in. v. col. nu. i. 8. & 9. ad ipsiſimū, nu. 9. ff. de acquir. posses. & uideat glo. in. c. causam. de præscrip. + Et video detentori interdictū recuperandę detentiois conceditur, ut dicit prædicta decisi, & tradunt Inno. & alii in. c. in literis. de resti. spolia. & Alex. in. d.l.i. in. princ. nu. 6. & 6. & Inno. in. c. super hoc. de renun cia. Et secundum dictas decisiones ita Rota de anno M.D.xvi. coram D. Joan. Staphileo in una Segobien. Archidiaconatus pro. N. de Rojas. Et iterū coram R.P.D. Petro Vortio in alia Calagurritana abbatię de Logrogno pro Francisco de Sylvia cōtra Aluarum de Cabredo. iii. Nouembris M.D.xxi. iudicauit, si igitur Rota restituit ad talēm detentioē utique talis detentio considerabilis, quoad istam regulam, quæ nullum titulum requirit. Et q. in tali detentio habeat locū ista regula, tenuit nuper Rota. xx. Maii M.D. xxvii. coram

coram R. D. Joan. Paulo Prolomo in una Hispalen. capellaniæ sancte Catherine, in qua dñi in hanc partem inclinabant, videlicet regulæ esse locum, verum, quia postea consti tū per testes Antonium del Corro, de cuius posselli one annali dabatur, non percepsisse fru ctus post renunciationem, quam fecerat, & per consequens non detinuisse, & possessio eius ante renunciationem non sufficiebat ad annum, nisi iungeretur cum detentio facta post renunciationem, ideo ex isto capite non iuuat illum regula.

CEt licet prædicta ita se habeant, Nihilominus contrarium de iure sustineri posset, uideli cet, q. prædictus detentor, qui renunciavit beneficio suo non possit ratione prædictæ ante rioris possessionis annalis se tueri ex ista regula, sub prætextu, q. ante renunciationem

3 fuerat annalis possessor. **C**Pro quo est diligenter cōsiderandum, t. q. triplex est detentatio, quādam est iuris, quā tenet possidentes, & vñfructuarii, alia est facti, ut colonorum, &

seniorum, de quibus per Bar. & Alex. in. l.i. ff. de acquir. posses. & est meri facti, & bestialis, quæ dicitur asinina, de qua loquuntur docto. in. l.iii. de acquir. posses. & est illa, quæ tenetur ex nullo iure, sed de facto, & propria auctoritate, qualis est ista de qua loquimur, re

tenta per illum, qui renunciavit iuri, sue beneficio suo, quia, ut dictum fuit, per renunciationem huiusmodi, renunciatus perdidiūs, & possessionem ciuilem, & naturalem, ut late pro

bant decisi. Rota in antiqui. lxvii. tit. de renuncia, quæ incipit nota, q. resignans &c. Et Io. And. Inno. & Abb. in. c. solicite. de resti. spoli. & est tex. in. l.iii. §. in amittenda. & in. l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquir. posses. & ibi not. expresse Alex. solo enim animo vtraq; perditur, ut ibi dicitur. Ergo si adhuc ille, qui renunciavit insistit beneficio, dicitur de facto tenere, & ideo fructus non acquirit, sed probata renunciatione, condemnabitur in eis a te-

4 pote resignationis, ut tenet Rota decisi. clyvii. incip. licet reus. titulo de renuncia. in no. + Et ratio esse potest, quia iste talis, ex quo non habet titulum, nec possessionem non habet cōforem possidendi, & ideo si talis condemnatione, secus uero ubi haberet possidendi colorē, quia tunc a tempore more liris fieret condemnatione, ut declarat Rota decisi. xxvii. tit. de resti. spoli. in no. Cum igitur ista detentio, quæ incepit a die resignationis tali detentori regulæ auxilium non prestat. Nec datur, q. illa detentio fomentari videatur ex possessione præambula, quia hoc esse non potest, pluribus rationibus. Prima, quia iste renunciatus ante renunciationem non detinebat, sed vere, & iuste possidebat, & illa possesso per renunciationem fuit extincta, & mortua, & sequens detentio de facto de qua loquimur post renunciationem incepit, & ideo non potest dici possesso conglutinata, nec cū detentio cōtinuita, sed magis de novo acquisita, ex eo, quia animus continuandi operatur nouam acquisitionem, secundum Bar. Angel. Imol. & Alexan. in. l.iii. in. prin. ff. de acquir. posses. quæ cum non sit annalis, ne habeat aliquod alimentum ex possesso ione anteriori, sed sit nullum diuersum ab ea, cum aliud sit possesso, aliud detentio, ut dicitur in. l. stipulatio ista. §. hec quo que. ff. de verb. obli. & l. q. seruit. ff. de acquir. posses. cū similibus. ut ibi tradunt Moder. ex diversis non fieri coniunctio. l. papinianus. ff. de mino. c. in presentia. de probat.

CEst igitur concludendum isti detentori regulam non iuuare. Nec obstat, t. q. detentor habet remedium recuperandę detentiois si ab ea eiiciatur, ut deci. i. de renun. in no. quia il lud est verū in detentore iuris, & facti, qui habet colorē possidendi, ut declarat Alex. & Moder. in. d.l.i. in. xvi. col. nu. lxvi. de acquir. posses. Secus vero est in detentore alii no. & de facto, qui nullum colorē possidendi retinet, ut colligitur ex. l.i. §. de cīcītū. ff. de vi. & ui. ar. Nam talis etiam de stilo hodierno Rota non restituit, quia restitutio non datur sine colore, iuxta doctrinā Inno. in. c. in literis. de resti. spoli. Nam ex quo hic deficit primum extremum, non potest agere spolio, iuxta not. in. c. consultationibus. de offi. dele. nec obstat dictum Inno. in. d. c. super hoc, quia loquuntur in profanis, ut patet ex iuribus al legatis per eum, licet Abb. in. d. c. solicite. aliter respondeat. distinguendo, q. aut ille, qui renunciavit stetit lōgo tpe post cēsionē in beneficio, & tunc presūmunt iuste possedit, q. quia ponuit ius de novo acquirere. & ita procedit. d. i. deci. quod verisimile est ad. c. illud cū mate ria. de præsumptio. quia alias ordinarius cum sine titulo tāto tempore non tolleraset, ut dicit Lap. alleg. lxxix. & Milis in uer. beneficium impetrans. & Anchara. conf. cxvii. Et tunc si talis detentor expoliaret esset restituentus, & eodē modo iuuaretur ista regula, ad quam sufficeret stetisse per annum, quoad iustificandam detentioē, licet Lapis requirat longius tempus saltem triennium secundum interpretationem Rota, cuius op. etiam quo 6 ad regulā de triennali est canonizata in curia. + Sed ubi detentor non esset annalis, nec triē

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

nalis, sed quadriimestris, ut in casu nostro, ex quo nullum habet colorem iuste detentionis, non debet iuuari beneficio itius regula, nec restitutio, licer quoad hoc de restitutio videatur magis dubium, propter alleg. Lapi. lli. latus sum. in f. & dictum Abb. in d. e. in literis, & decis. primam de renuncia, in no. quae contrarium tenet. Tamen contraria op. hodie practicatur, uidelicet, q. in beneficilibus requiratur colorata possessio quoad restitutio petendam. Et ita hodie seruat Rota, & olim per decisionem. vii. in tit. de probat. in no. alias secundum numerum. cclvii. & Egid. deci. xl. cum seq. & xcix. & hoc fuit introductum ne daretur uitiosus ingressus, c. unico. de eo qui mit. in poss. cau. rei serua. in. vi. & ne ex uitio suo quis commodum sentiat, iuxta. l. q. seruus. ff. q. uia aut cl. & ideo restitutio administricum iuris desiderat, ut tradit Bal. in l. unica. C. si de mo. poss. in. ii. col. & ideo dictum Inno. & deci. Rota superius in contrarium allegata, isto casu non procedent, cum loquantur in profanis, vel in detentore cum aliquo alio titulo, praesertim, quia. d. deci. prima. de renun. non se firmat, sed incidenter illud tenet. Nec minus obstat deci. nouissima facta de anno M. D. xvi. coram Staphileo, quia illa non loquitur in casu nostro, sed cu spoliatur quis a tertio iuste, & de facto, & ideo ex colore longe detentionis potest restituiri, & sic facit illa decisione pro ista parte, & per ista etiam resolutum conf. Calderini non esse verum, cum per renunciationem vtragi possessor amittatur, ut superius dictum est, & posito, q. refinerat naturali, ut ipse dicit, illa sine colorato titulo non sufficit, per ea, quae dicta sunt, & tradit Soci. in. l. rem quae nobis. ff. de acquir. possess. & sunt casus in. d. c. solle. & c. accepta. de testi. spol. qui indistincte loquuntur, quoad effectum restitutio. ¶ Nam possessor a iure damnata non iuuat possessor, nisi fuit tanti temporis, de quo nō est memoria, ut dicit Bald. in. l. ius eius. C. de proba. & in. l. ii. uer. quare non quid. C. de senten. ¶ Nec obstat, q. detentor largo modo dicitur possessor, quia est tunc in detentore iusto, ut in coloniis suistruario, & similibus, secus vero in iniusto, temerario, & de facto, ut in isto de quo loquitur, quia talis non dicitur possessor largo modo, nec stricto. Et presupposito, q. huiusmodi detentio sub possessione comprehendetur, non posset tamen isto casu iuuare detinentem, ex eo, quia licet ante renunciationem possidens diceretur detinere, illa detentio iuncta cum possessione fuit iusta, ista vero, quae post renunciationem tenerur, sive fuit possessor, sive detentio est iniusta, diversa a prima, & alterius specie, quo casu non potest continuari, nec coniungi cum possessione, vel detentione anteriori, quae iusta fuit, iuxta glo. in. l. ii. q. si sub conditione. ff. pro empto. & ideo non data coniunctione praecedentis possessionis ista sola detentio non est sufficiens ad istam regulam. Et pro ista parte faciente ea, quae dicta fuerunt in praeced. q. & quae dicantur infra. q. lviii. incip. quid si quis possidet. &c. Tamen licet ista, quae dicta sunt de rigore iuris sufficiunt, nihilito minus quoad istam regulam, non militant, t. in qua ex longa interpretatione Rota sufficit sola detentio etiam astricta, & iniusta. Ratio est, quia lex impenetrantes certo modo beneficia viuentium multum abhorret, ut in. c. ii. de conce. prab. & dixi latius in regula de impen. be. viuentium. & regula ista non tam iniustam possessionem, q. improbus impenetratis animus improbat, & ideo dictis impenetratis imponit formam hic contentam obseruandam, qua obseruata, si bonum ius prosequetur, iniustus detentor condemnabitur, alias in dubio papa possessor faverit intendit, & ita sape Rota tales ad exceptionem regulæ admittit, vt refer D. Guliel. hic, & q. ista regula locum etiam habeat, quando quis subrogatur in ius alterius tertii, q. possessor, tenuit tota Rota in una Hispanie, cantric cora R. D. Raynaldo die. vii. Februario M. D. xxxix. & dicetur infra alia. q. Nec obstat, q. nudus detentor expoliatus non restitutur, quia est uerum quando se sine aliquo titulo se intrudit, secus vero vbi titulum habet ab eo, qui dare potuit, etiam si fuerit retrocatus, quia tali causa detentio est restituibilis, & ita procedit decis. prima. de renun. in no. & possunt predicta omnia concordari.

Quæstio Quinquagesima octaua.

QVINQVA GE SIM O OCTA VO Quero, t. quid si quis tempore vnius pa-
pa per sex menses, & illo mortuo tempore successoris per alios sex menses pacifice
beneficium possideat, an poterit iuuari regula ista contra impenetrantem?

SO L V T I O. Videtur concludendum, q. non, quia tempore primi pontificis nō pos-
sederat, nisi per sex menses, & sic non poterat vti regula, quia mortuo illo primo pontifice,
expirauit regula. Successit alius pontifex, & tempore istius pontificis militabat regula pro
suo tempore, sed illa non potest trahi retro, quia regula sicut lex in dubio respicit futura,
non autem præterita, nisi de præteritis caueatur, vt in. c. ii. & si. de consti. Praetertim, quia
regula tempore eius conditoris tantum viuit, & non trahitur retro. Et verum est dicere tē-
pore istius secundi pontificis non, nisi per sex menses posse disce, & regula non afficit, nec
ligat impenetrantem, nisi tempore quo viuit regula, & quoad hoc, vt illa locum habeat requi-
ritur, quod possessor annalis impenetrationem non procedat, quae in. q. proposita non con-
currunt, igitur hoc casu regula locum non habebit; Nā & ita in facti contingentia lo. Bap.
de sancto Seuerino, vulgo Cacialupus, quibusdam respondit.

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLVII

in una Placentina decanus discussa fuit inter Ioan. Vergaz actorē, & Lazarum Alphonsum reum possessorem, & opponentem de ista regula pro parte negativa, videlicet, q. illegitimus nō defendat regula, Addicebatur primo, quia regula de possesso loquens debet intelligi de habili, vulg. l. vt gradatim, ff. de mu. & ho, sed illegitimus non est huiusmodi igitur &c. Secundo pro ista parte facit, q. dispositio generaliter loquens de clericis non habet locum in illegitimo, hoc probatur, quia canones volunt, q. quilibet possit clericatum suum sola reputatione probare, ut dec. iii. & xiiii. in titulo de probat. in antiquis. Et tamen ille decisiones non procedunt in illegitimo, vt tenet Rota, & est ratio, quia in illegitimo est presumptio contra eum, iuxta ea, quae not. Rota deci. xiiii. de proba. in anti. Et secunda eo. ti. in antiquiorib. Et sic apparet, q. dispositio generalis de clericis non haber locum in illegiti mis, ergo idem dicendum videtur in ista regula, ex quo est odiosa, & penalnis, pro quibus facit glo. in cle. i. in verbo liberi, de baptis quae vult illegitimo non includi in dispositione legali. q. tum ad commodum.

Praeterea, quia illegitimus expoliatus non restitutur, ut tradit Abb. in. c. constitutus. de fil. presby. hoc autem non procedit, nisi quia in eo improbat possessio, & detentio, sicut de heretico, dicit Card. Alexadri. in. c. quo iure in. lli. col. viii. dist. igitur &c. Ista sunt, quae pro ista op. facere videntur.

Quibus nō obstat, cōtrariū vī verius. In primis nō est verū istā regulā restitutingi se ad habi-
les, vt in ppriis terminis & in eodē casu Rota iudicauit in regula de triennali, vt ibi latius di-
cā, & hoc manifestius in discursu pluriū, q. istius regulā apparebit. Nec obstat quē in du-
bio laicum reputari, ut tradit Decius cōsi. cxxv. col. i. & Ripe in ca. ii. in. ii. col. de iudi. quia

hoc est verum in dubio, sed hic videtur esse in claro, quia iste Lazarus per plures annos celebrauit in ecclesia præsentibus, & patientibus superioribus, qui si talis non esset, non eū permisissent, ut not. in. c. ordinarii. de offi. ord. lib. vi. & tradit Pet. de ancha, cons. cxvii.

& Lap. alleg. lxxxix. Moder. in ca. illud, de præsump. facit deci. Rote. lxxxiiii. incip. nota, q. vbi contra aliquem, & deci. cccliiii & Bellam. deci. dcxlv. igitur talis præsum-
mitur clericus, & doctores loquuntur, quando nullæ præsumptiones militent, in contrariis
sicut hic tali casu recedimus a præsumptione iuris, Prout in simili casu voluerunt domini
in præterita audentia huius mensis Junii M. D. xxxviii. in vna causa Placentina legati corā
me, videlicet, q. præsumptio. q. defuncto. l. miles. ff. de adulte, q. quis præsumat filius ma-
riti in dubio, quando vxor eodem tempore moratur cum marito, & amatio tollitur, quando
in contrarium sunt plures præsumptiones, vt ibi, de quo tamē latius in meis notulis scripsi.

Nec obstat bastardum spoliatum non restitutur, quia hoc est falsum: Nam Abb. in. d. c. constitutus, non dicit hoc, & casus positus ibi per Abb. secundum regulam procedit, qui non adaptatur casui nostro, quia ibi agebatur de beneficio possesso per illegitimum, quod pater eius immediate possederat, & iste defectus tituli erat notiorius, vt ibi dicitur, quo casu regulariter procedit, q. spoliatus etiā sit legitimus debeat repellere, exceptione notoria de non titulo, vt tradit late Corset. in tract. de resti. spol. in. i. col. post Abb. in. c. cum ecclasia. de cau. posselli.

Quæstio Quinquagesima nona.

QVINQVA GE SIM O NON O Quero, t. quid si quis tempore vnius pa-
pa per sex menses, & illo mortuo tempore successoris per alios sex menses pacifice
beneficium possideat, an poterit iuuari regula ista contra impenetrantem?

SO L V T I O. Videtur concludendum, q. non, quia tempore primi pontificis nō pos-
sederat, nisi per sex menses, & sic non poterat vti regula, quia mortuo illo primo pontifice,
expirauit regula. Successit alius pontifex, & tempore istius pontificis militabat regula pro
suo tempore, sed illa non potest trahi retro, quia regula sicut lex in dubio respicit futura,
non autem præterita, nisi de præteritis caueatur, vt in. c. ii. & si. de consti. Praetertim, quia
regula tempore eius conditoris tantum viuit, & non trahitur retro. Et verum est dicere tē-
pore istius secundi pontificis non, nisi per sex menses posse disce, & regula non afficit, nec
ligat impenetrantem, nisi tempore quo viuit regula, & quoad hoc, vt illa locum habeat requi-
ritur, quod possessor annalis impenetrationem non procedat, quae in. q. proposita non con-
currunt, igitur hoc casu regula locum non habebit; Nā & ita in facti contingentia lo. Bap.
de sancto Seuerino, vulgo Cacialupus, quibusdam respondit.

DD

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

CTamen salvo meliori iudicio, ego putarem contrariam opem esse veriorem, videlicet, regulam obstante impetranti non feruanti requisita in ea, ratio est, quia tempore secundi pontificis iste possessor reperitur annalis, & regula istius pontificis caput ipsum annalem, ergo illum defendere debet, quia regula non requirit aliud, nisi per tempore imprestatonis possessor per annum immediate praecedentem possideat, ut hinc, & illa consideratio Cacialupi est quadam fallacia aequiuocationis, ut de se pater, videnda sunt tamen, quae ad istam, q. latissime scriptam in regula de publica resig. q. vi.

Quæstio Sexagesima.

SEXAGESIMO Quæstro, † nunquid ista regula procedat in eo, qui resignauit, & referuauit sibi omnes fructus, in quorum percipiendi possessione existit?

COLVTO. Ista, q. modo de mense Martio M. D. xxxiiii, fuit proposita per R. P. D. Marcellum in vna Placentina decanatus, in qua conclusum fuit per dominos, q. si resignas fructus cum denominatione, ac stallum in choro, & vocem in capitulo sibi referuauerat, taliter regula iuuaretur, quia talis equiparatur titulari. Aut vero resignans non, nisi soli fructus referuauerat, & quia illi habentur loco pensionis, & regula ista loquitur de titulo, quod impetratur, ideo non habet locum iste tex. Et istam, q. etiam latius attingam in regula de publica resig. f. 20. 22.

Quæstio Sexagesima prima.

SEXAGESIMOPRIMO Quæstro, † licet mihi imprestatu allegare annale posse sionem mei aduersarii ad excludendam ius tertii de quo excipit contra me dictus aduersarius meus possessor annalis, attento, q. prius impugnaueram eius possessionem annale sub praetextu simoniae?

COLVTO. Quia, q. ista varius habet finis, ac propterea anticipiet materiam cōtinet, propterea eam ad vtranq; partem disputabo, vt si postea casus contingat, habeat quisq; argumenta quibus parte suam tuetur, quousq; Rota ultimū calculū sua sententia ponat. In primis igitur dicendum videatur imprestantem hoc casu minime se regula ista tueri posse, ex eo, quia ista regula in fauorem possessoris, & non imprestantis edita fuit, ergo possessori annali competit exceptio eius non imprestanti non possessori, alias sequeretur, quod odium imprestantis hic consideratum in eius fauorem conuerteretur, contra, l. q. fauore. C. de legi. Sed ad hoc potest responderi regulum esse realem, & sic quilibet, et non possessor de ea excipere potest, nec satis constat regulum in odium cuiuslibet imprestantis aeditam fuisse, sed caluniosi, & improbi duntaxat, vt in tex. apparet. Secundo, q. impretrans regula se tueri non possit, facit, quia in casu proposito impretrans prius contra possessorum tangit intussum, & simoniacum, & propterea tangit contra nulliter possidentem ratione simonię commissariem mouerat, & sic eius possessionem impugnauerat, & ideo ex illa possessione contra eundem possessore, & contra ius tertii, ab eodem possessore contra ipsum imprestantem pectus iuuare se non poterit, vt in c. ex eo. de reg. iur. lib. vi. & tradit in notabili casu Abb. in c. diuersis. columna penult. nu. 4. versi. sed tunc remanet de cleri. coniug. Nam in iudicio in preiudicium tertii variare non licet, vt dicit regula iuris in c. mutare, de re. iur. li. vi. & in l. nemo mutare. ff. co. ti. & declarat Bar. in l. Papinianus. q. sed nec imputeri. ff. de inoff. testa. & præseruimus hoc in personis ecclesiasticis de testatur, vt in cle. i. de renuncia, cum similibus. Et sic licet quilibet de possessione annali alterius contra imprestatonem tertii excipere possit, cum regula sit realis, non tamen ille, qui possessionem illam reprobavit, & impugnauit. Nam via quam eligit, & approbavit illa sibi patere debet, arg. l. si mulier. ad velleianum. Sed ad hoc etiam responderi potest, neminem prohiberi variis exceptionibus vñ. c. nemo. de re. iur. lib. vi. & quod quis impugnat vna via, potest ex alia approbare, ut not. Abb. & Moderni in capitulo cum venerabilis. de excep. & in capitulo cum inter. de renunciatio. Quarto pro dicta opem. facit, quia impretrans, nec quiuis alius non possessor, non potest de iure tertii excipere ad infringendum gratiam tertii, iuxta not. per Bar. in l. ii. ff. de excep. rei iud. & hoc sequitur Rota. Sed ad hoc etiam responderetur, q. impretrans excipiendo de regula, non dat de iure tertii, quia regula est ius publicum uniuscuique competens. Ex predictis igitur apparuit questione ista else dubitabilen, & ita eam sub dubio relinquendo, quia eadem. q. pender modo in Rota super regula de triennali, & ideo illius decisionem ibi scribam.

Quæstio

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLVIII

Quæstio Sexagesima secunda.

SEXAGESIMO SECUNDO Quæstro, † nunquid exceptio istius regulae cōpetens cedenti beneficium competat cessionario?

COLVTO. Videatur prima facie dicendum, q. non, prout in quadam causa Isclana cora D. Iaco. Simonetta tentu fuit tempore Leonis, vt ipse idem adnotauit, & meminit D. Guliel. Algaren, in memorialibus decisionum Rota sicut sit, de reg. can. deci. xv. vbi conclusit imprestante non teneri cām prosequi, j. annum hic designat cū cessionario, q. possessor. j. illum annum renunciat. Quod ista ratione probat, q. sicut contra mortuum possessorum annalem non teneretur impretrans cām. j. annum terminare etiam si alius in locum defuncti subrogaretur. Ita neq; quando possessor annalis renunciat, quia renunciatio est mors ciuilis, vt in c. susceptum. de rescrip. lib. vi. & habet eundem effectum, q. naturalis, & ideo utrobiqui militare debet eadē ratio, iuxta tradita in l. Gallus. q. & quid si tñ. ff. de lib. & post 2. hu. † & istam opem pluribus alitis rationibus comprobatur, quas ibi sub nu. 7. eiusdem decisio. vñ. ap. ff. prosequitur, quælibet videri possunt. Hinc videtur, quod tex. in cle. si. de procur. qui loquitur in morte naturali loca habere, & in morte ciuili, vñ. renunciatione, secundū Rotā deci. ccclxxviii. fuit dubitatum, in no. sequitur Roma. in cons. ccclxxix. pñs & c. & licet contrariū tenerit Guido in decisionibus parlamenti. q. dxlvii. cū quo concor. Stephanus Beltrandi in cons. ccl. in. ii. volu. Tamen prædicta deci. Rotē est verior, secundum quam nouissime iudicauit Rota in vna Oxonen. Archidiaconatus cora me. xiii. Decē. M. D. xxxvii. pro Roderico Lopez cōtra Alphonsum enriques, & in pluribus aliis causis, quas breuitatis causa non refero. Et ad prædicta facie, quod dicit Fely. in. c. licer. col. ii. de offi. deleg. & tex. cum glo. in cle. i. in. ver. mori. vt lit. pen.

ClSuaderetur hoc, quia quantum ad commodum, seu ius beneficii nihil plus cōmodi remanserit cedenti, q. morienti. Ergo qua ratione impretrans non teneretur prosequi causam cōtra mortuum vel subrogatum, nec illi contra imprestantem de regula excipere possent, pariter, ac eadem ratione, nec ipse cessionario de regula excipere poterit, neq; impretrans ad illam seruandam teneri debet. **C**Præterea, quia regula videatur habere respectū ad possessorem annalem non ad beneficium, vt videlicet, impretrans contra eum teneatur causam prosequi in fra annū, quod apparet ex genere poenē in fauore possessoris inducta. Cessante igitur possessione morte, vel renunciatione, cessat dispositio & fauor regulae. l. adigere. ff. de iure patrum concor. vt in vulg. c. cum cessante.

CPostremo, quia secundum stylum cancellariae ista regula est personalis, ergo extinguitur cum persona, & ita olim Paulus de Castello, & N. de Herrera, & N. de Parma abbreviato res illorum temporum excellentes in quibusdam suis formulatis adnotarunt fol. lxxviii. Et pro ista opem. facit, quia quando exceptio oritur propter actionē intentatā si actio excluditur anno, ita & exceptio, quia tali casu non habet locum illud, quod dicitur in l. licer. C de excep. videlicet, † q. annalia ad agendum sint perpetua ad excipendum, vt declarat notabilis 3. ter Abb. & ibi oes. Moder. in. c. si autē. de rescrip. & Soci. in. l. qui agnitis. col. ff. de excep.

CPrædictis tñ non obstantibus cōtraria opem. de facilis defendi potest, quia in primis sequuntur plures excell. viri temporibus Sixti, & Alexandri, vt Ioannes Aloisius Tuscanus tunc aduocatus consistorialis, & postea auditor camerae in primo libro consistoriū suorum fol. xlxiij. vbi plura dicit, quæ ibi videri possunt. Et ista etiam opem. quibusdam dominis senioribus Rotā placuit, ista ratione mori, quia verba istius regule in re prolatā videntur, & sic magis beneficium, q. personali concernunt, ergo apparet ex hoc, quia exceptio regulae erit realis, & quilibet de ea excipere poterit.

CPræterea, quia, vt sape dicitur est, ista regula odium imprestantis respicit, & istud oditū ita militat post cessionem sicut post mortem possessoris, dummodo detur certus contradictor, quo deficiente, secundū stilum citari debent interesse putantes, iuxta c. si. de electio. lib. vi. cum ibi not. & tradit Bal. in auth. si omnes. C. si mi. ab he. se absti. Nam hoc iure vñ mur, q. mortuo altero ex colligantibus processus contra interesse putantes per contradic-

torias decernitur, quibus citatis, tunc valide pronunciantur, ut tradit Egid. deci. clvi. † Nam etas decernitur, quibus citatis, tunc valide pronunciantur, ut tradit Egid. deci. clvi. † Nam per cessionem, vel mortem si non extinguitur in Rota, vt dicit decisio decima. vt lite pendente, in nouis. Et sic actor impretrans potest sine aliquo impedimentoo eam prosequi, iuxta clementinam primam, vt lite pendente, teneatur igitur, & cogitur prædictus

Impertrans in omnem euentum sententiam infra annum præfixum a regula obtinere, quia cum regula ista sit realis, quilibet etiam censesimus possessor excipere contra impertrans, & illum sub prætextu non seruatæ regulæ exclude poterit, & absolvitoriam ad impretrans ipsius petere, iuxta deci. i. de re iud. in no. & tradita in l. qui accusare. C. de ædendo. & c. f. de iure iur. sic ergo prouisus per obitum, vel cessionem poterit opponere, sicut poterat eorum antecessor, quamvis iste successor possessionem non habeat, sed tertius, quia satis illi erit prædecessorem suum per annum præcedenti pacifice possedit, quod ad hoc, ut reus cœctus in eodæ iure & lie forte succedès ab ipetrante cœctus, excipe de nō iure agètis possit, ut actori salte ppetuū silētiū iponatur, iuxta prædictā decis. i. de re iud. in no. & tradita p Alex. in cons. c. in fi. & Philip. Fran. in. c. i. de eo, qui mit. in poss. eau. rei. ser. lib. vi. ¶ Rursus accedit, quia verba illa, ut impotib⁹ exquirantur lites reprimantur, &c. posita in proce mío istius regulæ, denotant causam finalē, ut superius in. l. q. dictum fuit, quæ quidem causa finalis, & improbitatis præsumptio, quæ contra impertrans militat, non tollitur per cessionem, vel mortem possessoris. Ergo non est per illam satisfactum regule, nisi impertrans effectualiter infra annum caulam vslq ad sententiam prosequatur, per quæ præsumptio regulæ contra ipsum militans discutatur, quæ quidem sententia habet non potest sine contradicente uero, vel ficto, ut dictum fuit, ubi autem uerus contradicetur datur, ut potest esse cessionarius, de quo loquitur, non video quare ille de regula excipere nō possit, quia tertius se opponens consequitur, idem quod prædecessor, cum per cessionem subrogatus ad item, & locum cedētis videatur, & subrogatus sapit naturam illius in cuius locum subrogatur, arg. eorum, quæ dicit Abb. in. c. ne pro defectu in pen. notabili, de electio. & quod dicit Ias. in. l. possideri. col. primi. nro. i. i. de acquir. poss. cum concor. ve scripsi in. § fuerat. in. iii. col. inst. de actio. Hinc dicimus, q̄ exceptio, q̄ repellit accusatō, repellit etiam iudicem inquirentem, qui in eius locū subrogatur, ut tradidit Moder. Medio lanen. in. c. i. in. ii. lectur. de iudic. ¶ Accedit ad hoc, quia huiusmodi exceptio regule nō solum continet interest cessionarii, sed etiam cedentis beneficii propter pensionem, vel regressum, quam sibi fortasse cedendo retinuit, vel quia cedentis interest, q̄ cessionarius habeat beneficium forte propter servitū sibi impensa, iuxta. c. relatum. de testa, vel quia antici paut sibi solutiones pensionum pro subuentione corsanguineorum pauperum, vel in expeditiōibus bullarum, vel alia necessaria impensa præcedente expofuit, aut etiā, quia spe rat illum propter hoc magis sibi ad antidora obligare, vel quia alteri tertio concedi fecit a cessione, aut etiam forte, quia cesso ex causa permutationis facta fuit, que omnia non sustinerent, si per renunciationem possessoris regulæ exceptio extingueretur, & non transiret ad cessionarium, & quia pensionis vel regrefus reservatio non subsisteret, nisi ualida fuisset cesso, interest igitur possessor cedentis, ac etiam cessionarii, qui agit de damno cedentis si forte beneficium ex causa permutationis habuit, vel si ex simplici cessione, qui tractat de lucro iam acquisito perdendo, quod in effectu damnum reputatur, iuxta. l. liberto octuaginta. ff. de bon. liber. uti beneficio, & exceptione regulæ, quia si vt non posset, de facili beneficium amittere, seu perdere posset, quod sape magnis laboribus, & impensis acquisuit, quæ quidem considerationes, quando coram papa renunciatio fit, licite sunt, ut tradidit Fely. in. c. ad audientiam. ver. tertia, cōclusio. de rescrip. & tenet clare Angelus in summa in ver. simonia. el. iii. ver. fi.

¶ Et per hoc respondet ad motuum contrariae partis dum dicebatur, & q̄ nihil plus cōmodi manet cedenti, q̄ moriēti, quia est falsum per supra dicta, imo ista ratio retorquetur, quia per mortem possessoris non exipiat beneficiū regulæ, quod est reale, & transit ad quo scūcū, ut diximus in. q. proxima. Ergo eodem modo neg. per renunciationem possessoris cessabit, cum regula sic inducta in odium impertrans. ¶ Nec etiam obstat, q̄ regula ista videatur habere reflectum ad possessorē, quod hoc, ut contra illum impertrans habere sententiam teneatur, quia non est verum, cum ista regula non obliget impertrans sententiam contra possessorē obtinere, sed iste textus tñ dicit, quod impertrans causam vslque ad sententiam diffinitiuam prosequi teneatur, & sic respicit solum beneficium, q̄ sicut possessum per annum, ut patet ibi. Quicunque beneficium per annum possessum impetraverit, &c. Et sic regula impersonaliter loquitur, vnde licet reus deficiat, morte, vel renunciatione, iuxta. l. properandum. § sin autem reus. C. de iudic. certe defectus rei non debet actorem non prosequitatem excusare, Praesertim cum regula utilitatem publicam concernat, & secundario

cidario cōmodū priuati. i. ipsius possessoris, videlicet, ratione poenæ sibi acquirendæ: Nā si possessor mortuus naturaliter non fuisset, beneficio renuncaret, nisi hominus impertrans ad poenam contentam in regula illi teneretur, hoc est ad damna, interesse, & impensis, quæ possessorum sua contigissent, arg. glo. in capitulo præsenti. de offi. ordin. libro sexto, & capitulo cæterum, de donatio. Et ad istum effectum persona possessoris beneficium consideratur. Concludo igitur, q̄ mortuo possessori impertrans alias partes regulæ, quæ rem ipsam possessori concernunt, id est, ipsum beneficium seruare teneat, hoc est causam contra superstitem vslque ad sententiam prosequi, quæ si impertrans non seruauerit, puniatur: ¶ Defectus igitur rei non prosequititem item actorem non excusat, ut in. l. properandum. § sin autem reus. C. de iudic. ut patet de poena. l. florenorum canicæ apostolica applicandorum, & de aliis hic contentis, videlicet, de nullitate gratie, & cæt. quæ poena cum sint publicæ, a quolibet peti poterunt, iuxta. l. primā, & secundā. ff. de popul. actione. Nam dicit poena, quæ commodum publicum respiciunt, per mortem possessoris non cessant, quæ ne de cetero quis beneficiū viuentium possessor certe modo impetrer, indus est & evidetur, quæ quidem impertrans improbitas, vel iusta imperatio per sententiam discutietur, & ideo necessaria videtur, & hoc innuunt illa verba hic posta, videlicet, specificam, & determinatam causam, ex quaclare constate poterit & cæt. Alias si non cogetur prosequi causam, de facilis posset dispositio istius regulæ deludit, & impertrans commodum ex improbitate sua consequi subrogando se per mortem possessoris colligantibus, vel cum spoliari procurando, quod dicendum non est.

¶ Ultimo pro ista parte facit, quia in ista regula inducitur geminata forma, quæ impertrans implenda propontur, cui minime satisfactum videtur, ex eo, quia possessor cedat, vel de cedat. l. ii. & l. multum. & l. in catus. & l. quibus. § terribus. ff. de con. & dem. Presertim, quia hæc obseruate, commodum publicum respiciat, ideo factum priuati cedentis causa publicæ (quæ debet magis attendi) officere non debet, ut not. in. l. i. ff. ad tertul. iuxta tradita per Bar. in. l. agraria. de termin. amot. & l. iii. de sep. viola. & l. iubenus. § his iudicibus. C. de sacro sanctis ecclesiis. & l. mulierum. C. de mo. mulc. alias sequitur, q̄ possessor posset huic regulæ renunciare, quod est falsum prepter formam introductam, iuxta glo. in capitulo primo, & in capitulo dispendia. & in capitulo statutum. de rescrip. libro sexto, & est etiam glo. in ver. clausula. i. capitulo dilecto. de præben. Non obstant ea, quæ ibi dicebantur, ex dictis Abb. in. d. c. si autem. Concludendum est igitur per cessionem regulæ exceptionem, quæ cedentis competebat non extingui, & ista opinio multi antiqui doctores fuerunt in quadam causa Burgen. A batié de Villalbura, & in alia Leodien, parochialis, sicut Moderni variaverint, ut superius dixi.

¶ Et ista omnia procedere videantur etiam in casu contrario, videlicet, quando impertrans ante lapsum sex mensium, infra quos possessorum ad iudicium euocare debebat, cedat, quia tali casu cessionarius tenetur seruare regulam, ex quo ius primi impertrans transit cum le pra sua. Tamen, ut dixi, in vitroque casu contrarium tenetur Rota, ut refert D. Guliel. in dicta decisione. Sed ut iste op. concordentur, est considerandum, q̄ aut possessor annalis infra annum datum impertrans ad prosequendum causam vslque ad sententiam cedat, & isto casu, quia adhuc impertrans detectus non fuit, improbus tali casu liberatur a tali prosequitione facienda contra cessionarium, & procedat decisio Rota. Et eodem modo dicendum erit in cessionario ipsius impertrans, quia si impertrans infra sex menses sibi ad citandum possessorum annalem concessos cedat, cessionarius non tenetur regulam obseruare, quia tunc nō potest aliquid impertrans imputari, cum infra tempora experiendi adhuc fuerit, argumentum. capitulo commissa de electione. libro sexto. Secus vero quando iam impertrans incidit in regulam: Nam tali casu ne ex sua malitia reportet commodum, & via fraudibus præcludatur, erit dicendum exceptionem regulæ hoc casu cessionario possessoris competere, contra impertrans, vel cessionarium eius, qui quidem cessionarius hoc casu subiicitur regulæ prædicta motiva contraria, & ita opiniones concordari poterunt. Reliqua, quæ circa istam questionem desiderari poterunt, ex his, quæ in simili questione in regula de triennali dicam, mutuari posunt.

¶ Quæstio Sexagesimateria.

SEXAGESIMO TERTIO Quæro, † an exceptio regula de annali competrans prædecessori meo mortuo contra impenitentem transcar ad me successorem in dicto beneficio?

COLVTO. Rota semper tenuit, quod huiusmodi exceptio ad successorem possidentis trahat, unde si aliquis impenitentem beneficium a me per annum pacifice possidet, & post meum obitum beneficium alteri conferunt, tenetur impenitentem causam contra istum successorem infra annum terminare, & ea omnia, quæ in ista regula seruare continentur, quod si non seruauerit, successor beneficio exceptionis regule aduersus impenitentem uti possit. Aduertendum tamen est, quod circa hoc Cancellaria olim tenuit contrarium, cum qua alii qui antiqui doctores tenuerunt: & cum hac opinione videatur transire Rota, ut refert do. Guliel. in hoc tit. decisi. vi. Pro quibus hoc fundamentum satis concilens adduci potest, quia ex quo in beneficibus non datur successio, ille cui per mortem meam prouidetur, dicinon potest beneficium ex titulo prædecessoris cōsequi, cum titulus per obitum extinctus fuit. Sed venit ex novo titulo a papa nunc creato, ut dicit gl. in ver. vacantium, in extraug. suscepti. ne sede vacan. tenet. Io. and. in. c. ex parte. de arbi. & in. c. ii. vt lite penden. lib. vi. & alibi saepe, ut tradit. Milis in reperio. suo. in ver. successor. iste igitur successor ratione iuris sui, nec possessionis suæ, quæ annalis non est, non poterit impenitentem repellere, nec etiam virtute dictæ possessionis annalis prædecessoris sibi impenitentem repellere poterit, quia illa

la morte extincta fuit, & est alia ab ista, & postessio non transit, nisi ad casum subrogetur, ut dicit Rota deci. lvii. in no. Cum alia sit possessio vnius, alia alterius, & duo eadem possessione uti non possunt, ut tradunt omnes in. l.i. & l.iii. §. genera. ff. de acqui. poss. patet igitur, quod iste successor nullo iure regula de annali adiuuari poterit.

CTamen istis non oblit. Rota op. prævaluit, quæ semper tenuit successorem iuuari exceptione regula de annali orta ex possessione annali prædecessoris. Et hoc ideo, quia regula ista est realis, concernens beneficium ipsum, & non personam, ut patet in illis verbis ibi, quæ cunque beneficium ecclesiasticum, tunc per annum immediate pacificum possidet, impenitentem beneficium, &c. Ad illum igitur, ad quem beneficium transit, cum qualitate, & exceptione sua transferitur, iuxta ea, quæ Pet. de ancha. dicit in consi. cccciiii. col. si. quia tali casu successor, & antecessor eadem persona reputantur, ut in. c. dilecti. de foro compe. cum concor. ut scribit Paulinus in trac. de offi. & pote. capi. sede vacan. in. v. & vi. q. i. partis. Exceptio igitur, quæ competebat prædecessori, transit in successorem. I. exceptio. de excep. rei iudi. cum cord. ut per Antro. de bu. in. c. quia gu. in. iii. col. ii. ver. venio ad secundum. de iudi. & tenet Bar. in. l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua plu. arcen. quia successor realiter sumit causam prædecessoris in eodem statu in quo erat, ut dicit Rota deci. i. vt lite penden. in antiq. & Fely. in dicto. c. quia gu. in fine.

CPræterea, quia prædicta impenitatio facta contra prædecessorem annalem ab initio odio impenitentis infecta fuit, decreto istius regule, iuxta. l. non dubium. C. de legib. Et ista infestio, seu odium non tollitur, propterea, quod mortuus fuerit prædecessor, † quia odium semel causatum adhuc durat, iuxta ea, quæ dicit Bal. in. l. in ipsius. C. famili. hercif. & Inno. in. c. cū oportear. de accusa. & quæ tradit. Ancha. consi. ccxlviij. in crusa agitata. & Bar. in. l. non folum. §. si mandato. ver. quid si mandaui. ff. de iniuriis. & Bal. in authen. si dicatur. C. de testi. Nam semel affectum, semper manet affectu, ut dicit alibi Rota, quia lex semper loquitur. vulg. l. arrian. C. de hære.

CEtenendo istam opinionem non obstant, quæ in contrarium allegata fuerit, quia illa non procedit, ut quando exceptio concernit rem, sive beneficium ipsum, quia tali casu non consideratur exceptio regula, ratione personæ prædecessoris. Sed ex re, ex qua exceptio orata fuit. Et ita saepe Rota tenuit, ut in regula de triennali dicam, & faciunt ea, quæ dicta sunt quæstione proxima. Tamen omnes istæ contrariae opinio. concordari possunt, secundum ea, quæ in si. præcedent. q. dixi.

¶ Quæstio Sexagesimaquarta.

SEXAGESIMO QVARTO Quæro, † an ista regula defendat expoliatorē postea possessorē annalem effectum?

C Solutio.

COLVTO. Distinguendum est de spoliatore: Nam aut fuit violentus, & de isto laetus in regula de triennali dicitur, vbi proprius casus contigit. Aut vero spoliator violentus non est, & puto cum regula tueri, immo putarem etiam violentum regula ista defendi, cum posterab alio, & alio impenitentibus regulam seruantibus molestari, & in iudicium trahi, adeo, quod non reportaret ex malitia sua commodum. ¶ In contrarium tamen facit, quia violentus possessor a lege improbus iudicatur, cuius possessor a iure damnatur. I. improba. C. de acquiren. poss. Et illa non debet huiusmodi possessorum tueri, ut dicit And. de Isernia in titulo quat. sint regalia. versi. extraordinaria. cum concor. ut tradunt quidam Moderni Neapolitani in quibusdam voris, sive consilii nouiter adiutis consil. xii. col. si. Nec est verisimile papam de tali possessori hic intellexisse, & quod velichomines poena dignos, fauribus prosequi, contra. l. cōgruit. ff. de offi. præsi. & c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi. Intelligentia est igitur regula de possessione non damnata, qualis est illa, de qua in. d. c. cū qui. Et ita concludendum uidetur. ¶ Sed circa spoliatorē non violentum alia ratio concurrit, quia ex quo regula defendit merum detentore, & intrusum defendet, & istum in quo videtur eadem fere ratio. Et ita secundum istam op. hocde quæ numeratur. xi. Maij M. D. xxxv. Rota in vna Pamphilone. Prioratus Sancti Crucifixi coram R. Domino Io. Mohe dano in favorem cuiusdam Petri de Bexam cōtra Joan. de Balanza iudicauit. Ratio fuit, quia non violentus spoliator potest possidere, & eius possessio, aut detentatio non impinguatur a iure, sicut est in violento, contra quem omnia iura clamant.

¶ Quæstio Sexagesimaquinta.

SEXAGESIMO QVINTO Quæro, † nunquid isti regulae, quoad prius partem per impenitentem satisfactum sit, propterea, quod impenitentem citatus fuit a possessori infra sex menses?

COLVTO. Ista. q. modo ventilatur in Rota coram D. Nicolao Aragona inter Sebastianum Pomze, & Fraciscum Solis episcopum Balneoregicen. super Scholastria Hispalen. & adhuc nihil est dictum, & ideo pro vtracq. parte motu scribam, & interim expectabimus decisionis eventum.

CPro parte igitur negariqua, quod non sit satisfactum regula, facit, quia ista regula in odium impenitentium possessorum adita fuit, Ergo illis implementum regulae incumbit. l. ii. cum vulg. ff. de condi. & demon. Et quia, ut superius dictum est in alia. q. quando in constitutione tempus ad aliquid faciendum apponitur, tunc inducta videtur forma, & in formalibus non potest quis factum per alium adimplere, sed ipsenier cui posita est lex, & data forma hoc facere tenetur, ut tradunt Moderni in. c. quorundam. xxii. distinc. & patet in l. secunda. C. de senti. ex peri. recitat. ybi sententia quæ debet legi per iudicem, non potest legi per notariorum, † Simile videamus in decreto super alienatione rei minoris, quod non potest per procuratorem impenitari, quia est data forma in. l. in minorum. vbi not. glo. & Bal. C. de prædi. mi. cum cōcor. de quibus per las in. l. i. §. item acquirimus. in. iii. colum. versi. iii. ff. de acquir. poss. Sic igitur in propofito est dicendum, quod ex quo iste modus satisfaciēti regula est impositus impenitenti, propter odium impenitentis, quod ipse tenetur satisfacie re regula, nec sufficit, quod possessor prius illum traxerit in iudicium.

CSecundo pro ista parte facit ratio, quia, per istam regulam plura imponuntur impenitenti, quæ non possunt impleri per possessorum: Nam regula ista vult, quod impenitentem in sua impenitentia exprimat nomen, gradum, & qualitatem possessoris, & quot annis ille possederit, &c. Ita enim concernunt impenitentem, & gratiam molestantis, quæ non impletur, nec seruantur, ex eo, quod possessor impenitentem ad iudicium vocaret, quia in tali vocazione ista non exprimuntur, tanquam ibi impenitentia, dato igitur, quod forma hic inducta per alium impletu posset, respectu citationis, infra semestrem facienda, non tamen alia requista impleri possent, cum ad reum possessorum non pertineant, sed concernent gratiam impenitentis, unde nisi serueat contextus verborum istius regulae ad ynguem, non dicitur satisfactum formæ, ut dicit Bal. in. l. prima. ff. de libe. & posthu. per. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. facit bonus tex. in. c. i. de baptis.

CSed pro parte cōtraria facit, quia nihil interest quid ex equipollentibus fiat. l. si mater. C. de institu. & substi. † Et ista regula habet locū etiam in formalibus, ut patet in. l. in condic.

tionibus. & si patronus. ff. de condi. & demon. & in cle. causam. de electio. tradit Socin. in l. iiii. in princip. ff. de condi. & demonstra. ¶ Cum igitur per citationem possessoris habeatur effectus ad quem inducta fuit ista regula. non curatur de modo. d. clemen. causam. & tradunt Docto. in. c. fi. de electio. lib. vi. & in. l. de vno quoq. ff. de re iudi. & in. l. i. § si stipulanti. ff. de verb. oblig. vbi Lanzellotus Galiaula notabiliter loquitur.

¶ Præterea quia in correlatiis etiam si alter eorum sit data forma. alter tamen illud idem faciendo satisfacit formæ. decis. est dominorū. vi. & vii. de appella. in nouis. vbi licet pro forma sit datum appellanti. p. causam appellationis. j. x. dies committat. tamen si appellatus illam committit est satisfacti dispositioni. Nam. vt ibi dicitur. diligentia appellati prodest appellanti. Et ita hodie. quæ numeratur. xiii. Octob. M. D. xxxiiii. fuit pro ista parte affirmativa conclusum in Rota per omnes dominos vnam in prædicta causa Hispaniæ. leñ. quod nota. Et ad motu superius facta pater responsio ex his. quæ docto. tradunt in locis superius allegatis. quæ breuitatis causa non refero.

¶ Adde quod istam partem tenuit iterum Rota. die. xx. Junii M. D. xxxix. in vna Conclœni. beneficij Sancti Michaelis coram Domino Io. Paulo. In qua quidam Franciscus de Menadoza impremitur beneficium possesum per annum. per quandam Io. de Morillas non fata. Et mentione istius regulæ. Tamen ipse Io. Morillas commisit causam contra dictum Frâciscum. quæ pendet. sicut late sententia canonizatoria in fauorem dicti Francisci. quæ fuit in secunda instancie confirmata. in tercia vero instantia Ioan. de Morillas excipit de ista regula. & nitebatur annullare illas duas sententias retro latas. t. propter verba regulæ. ibi ailioquin impremitio predicta. & quæcumq. inde secura. nullius existant firmitatis. &c. quæ verba videtur annullare sententias ex defectu iurisdictionis. ex quo Franciscus non commisit causam. j. sex menses. vt dicta regula.

¶ Breueriter Rota concludit sententias non esse nullas ex defectu iurisdictionis. quia licet Frâciscus non fecit diligentiam committendi causam infra sex menses. tamen Io. Morillas aduersarius illud fecit. & sic diligentia aduersarii prodest collitiganti. itaq. bona fuit iurisdictionis. licet sententia si iniqua ex defectu iuris. quod ius annullatur per regulam. argu. l. i. § item cu contra. ff. quando appellâ. sit. Nam nota est doctrina Abb. & Docto. in. c. quoniam contra. de proba. q. sententia ex defectu iuris partim non dicitur nulla. sed iniqua. & ideo transire potest in rem iudicatam. bona igitur hic fuit iurisdictionis. quia vna pars potest suppleri. quoad iurisdictionalia. quod alia facere tenebatur. vt not. in. l. fi. ff. de offic. prefe. vrbis. & in. l. fi. mandauero. § si hui. ff. mandati. cum concor. quæ tradit glo. magna ante fi. in. l. secunda. ff. de adiut. re. ad ciui. pertinentium. faciunt. quæ not. Bar. in. l. arist. o. in. ff. quæ res pig. oblig. poss. Nec inconuenit. q. vna persona inhabilitata consequatur per alium. quod per se non potest. vt patet in. c. per suas. de arbit. cum concord. vt scribit Felyn. in capit. primo. in quarta colum. de præscrip.

¶ Quæstio Sexagesima sexta.

SEXAGESIMO SEXTO Quero. t. numquid sit satisfactum isti regulæ in secunda. & tercia parte eius si impetrans. j. sex menses causam cõmiserit super possessorio. & possessorum citari fecit. & infra annum sententiam obtinuit. an vero requiratur sententia super peritorio?

CONSOLVTO. Ista quæstio fuit posita in Rota de mense Octob. M. D. xxxiiii. & decis. sa anno sequenti. per dominum Nicolaum Aragona in eadem causa Hispaniæ. Scholastice. & fuit conclusum. q. regula ista concernat peritorium. & sic. q. non sufficiat sententiam. j. a. annum habet super possessorio. pro quæ parte ultra plura alia addueta per me. & alios dominos ponderabant uerba istius regulae. Primo ibi. dum dicit beneficium impetraverit. &c. Nam clarum est. q. ista uerba. quæ impremitio concernunt. peritorio. & proprietatem denotant. qui possessorio certo modo non impetratur. Secundo ibi. dum dicit. q. impetrans in impremitio sua debet exprimere specificam. & determinatam causam. ex qua clare constare poterit nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competere. & cæte. Ista etiam verba. quæ fundamentum intentionis agentis concernunt. & super quibus lis ex ordine debet peritorium denotant. Nam quando tractatur de sola possessione non queritur. an ius competit. vel non. vt not. in. c. in literis. cum sequen. de resti. spol. Tertio pen- derantur

2 derantur illa verba. ibi. causamq. extinc desuper. quæ verba connectuntur prioribus. tra- tione dictionis extinc. quæ extreum coniungit. & respicit tempus impremitio. vt in cap. si eo tempore. de rescrip. lib. vi. & petitoriorum respicit. quod clarius indicat illa dictio desuper. quæ de sui natura petitoriorum. magis. q. possessorum concernit. vt patet in. l. codi ciliis. §. instituto. cum vulg. ff. de leg. ii. ¶ Cum igitur ista tria sint in text. connexa. & ab im- petratione dependentia. quæ circa ipsum beneficium uertitur. est dicendum regulam non habere locum quando possessorum agitur. & ideo diligentia impremitris circa possessorum. videlicet. in trahendo possessorum infra sex menses ad iudicium. & causam vñq. ad senten- tiam prosequendo non eum ab exceptione regulæ liberat. quæ prædictas omnes diligen- tias. & solemitates in peritorio obseruare requirit. Et ad istum effectum fuit alias in Rota ponderata ista regula in illa dictione desuper. in vna Cæsaragustæ. Archipresbyteratus coram domino Camillo contra. N. Villauerde. Et ita secundum dictam decisionem in di- cta causa Hispaniæ. facta nouissime in una Gienneñ. Prioratus de Villanova tenuit Rota de hoc mense Decemb. M. D. xxix. coram R. D. Ioan. Mohedano.

¶ Et ista omnia putarem esse vera in mero. & simplici possessorio. in quo prædictæ deci- siones loquuntur. Secus tamē in possessorio. quod peritorii causam haber annexam. vt est possessorum adipiscendæ. quia in tali casu putarem satisfactum esse regulæ. si impetrans in tali iudicio requisita regula seruaret. nō intendo aliter merū peritorio. Ratio est. quia de tali possessorio iudicamus. fere idem quod peritorio. vt in exemplo. de quo per domi-

3 nū Anto. in. c. fi. de iudi. & in. c. literas. de iur. cal. ¶ Hinc est. q. libellus super tali possesso- rio trahit ad se proprietatem. vt tradit Ias. in. l. viii. in. xiii. colum. ff. si cert. per. & pro tas- li possessorio aliquando rei vindicatio competit. l. officiū. ff. dñe rei vendi. & not. glo. in. c. examinata. de iudi. quia talis possessorio reputatur res ipsa. iuxta glo. fi. in. l. fina. ff. vsufruct. quemad. cap. Et in tali possessorio possum verificari ea. quæ dicit Decius in cap. causam. in secunda. & tercia colum. de iudi. videlicet. q. causa possessionis est ardua. & ea. quæ tradit Rota decisi. ix. titulo de caus. possessorio. in no.

¶ Quæstio Sexagesima septima.

SEXAGESIMO SEPTIMO Quero. t. an sex menses ad citandum. de quis bus loquitur ista regula. computantur a die data impremitio. an vero a die expedi- tionis bullarum. vel commissionis causæ. vel citationis decretæ. vel execute?

CONSOLVTO. Glosator hic dicit. q. isti sex menses current a data impremitio non expeditionis bullarum. vel commissionis. Ponderando dictationem tunc. quæ denotat ex- tremitatem. iuxta glo. in clementina secunda. de hareri. cum concor. vt hic per eum.

¶ Aduerte. quia dictio extinc non apponitur termino sex mensium. sed termino anni. in- fra quem causa debet terminari. vt patet ex litera. Et dictio alia. tunc apponitur possessorio. ni immediate precedenter. & non termino sex mensium.

¶ Sed pro opinio. Glosatoris. videlicet. q. sex menses incipiunt a tempore impremitio. ultra glo. in cle. fi. de rescrip. quæ uidetur facere ad propositum. pondero istam regulam.

2 t. quæ requirit plures qualitates copulatiue. cōcurrere tempore impremitio faciende. Pri- me. q. nomen. gradus. &c. exprimat. Secundo quot annos possedit. Tertio specifica causam. ex qua constate posuit nullum ius possessori competere. Quartu. q. j. sex menses ad iudi- cium vocent. Ita qualitates ponuntur copulatiue. & immediate post impremitio. Ergo per hoc datur intelligi. q. ab illo tempore incipiunt. Nam qualitas adiuncta verbo. debet adesse tempore verbi. c. licet canon. de electio. lib. vi. cum vulga. si adesse debet tempore impremitio. Ergo ab illo initium capient illi sex menses.

¶ Tamen istis non obstan. contrarium potest. attentari. præsupponendo prius. q. in. q. pre- senti considerantur. quatuor extrema. licet Glosator tantum duo considerauerit. a quibus sex menses præfati posent initium capere. videlicet. extreum impremitio. expeditio- nis bullarum. & ista duo tempora. sive extrema tantum considerauerit Glosator. Tertium est tempus commissionis. Quartum est tempus citationis decretæ. vel execute. Item aduerten-

3 dum vñ aliud. t. q. ista regula est odiofa. & contra ius commune. multis rationibus. vt dis- cam in. q. seq. Et inter alias rationes est vna. quia per istam regulam quis compellitur ini- tus agere contra rubricam. & nigrum. C. vt nemo iniuitus. Et quia gratia. quæ de sui natu-

COMMEN. R.P.D. LVDOVICI GOMES.

¶ ad debet esse perpetua, sit temporalis. Tunc sic quando aliqua constitutio est, contra ius commune interpretanda est, ut quoad fieri possit, minus aduersetur iuri communi, c. causamq. de rescrip. c. super eo. de offi. deleg. Sed certum est, q. si isti sex menses numerantur a tempore commissionis vel citationis minus aduersatur iuri coi. Ex eo, quia minus arctatur impetrans agere ei interim habeat tempus longius ad deliberandum, an uelit experiri in iudicio, uel non, & sic illo tempore non cogetur, & distantia temporis induceret fortassis fanius litigandi consilium: Nam opiniones hominum ex tempore facilius mutantur, uulga, c. non debet de causa sangui. & affini. & multa impetrantur, quae non prosequuntur, argu. l. titia. de uerbo. obli. q. non esset si sex menses currenerent a die impetracionis: Nam meu poenae cogereur agere contra ius commune, & non agendo perderet gratiam, qua secundum ius deberet esse mensura, & perpetua, iuxta. c. decet coesum, de reg. iuris. lib. vi. & cap. i. de capel. mo. eo. lib. ¶ Præterea capienda est illa interpretatio per quam minus quis laeditur, f. quia in poenis, quod minimum est, sequitur, ut dicit regula iuris, maxime quando actus nemini nocet, & mihi prodest, iuxta. l. ii. cum ibi not. ff. solut. mat. Sed in casu isto, ista impetratio nemini nocet, quia per eam non efficitur beneficium litigiosum. Item quando magis impetrans differt causam committere, est sibi magis damnosum, quia possessor interim gaudet fructibus, & de annali possessore posset fieri triennalis, quae excludit totaliter impetrantem, itaq. cui magis ex dilatione citandi possessorem recipiat damnum impetrans, q. commodum, non debet arctari, ut infra sex menses a data impetracionis ceteri possessorum in isto modo interpretando minus laeditur ius coe., & magis adheremus, ei, ut fieri debet, iuxta. c. cu. dilectus. de confus. & d. c. causamq. Sed incipiendo numerare illos sex menses a die commissionis, vel citationis, non sequuntur tot absurditates, ex eo, quia tunc constat deliberata mente impetrantis volentis experiri potius ex voluntate, & arbitrio suo cu. non cogebatur, q. coactus, ergo uiam, quæ elegit ipsa pateret sibi, iuxta. l. si mulier. ad velleia. Et q. tali casu incipient illi sex menses a die commissionis est favor possessoris, ne diu habeat beneficium litigiosum, quod multa incommoda assert, ut tote titulo de litigiosis. Item quia per talen præscriptionem temporis lites inceptæ abbreviantur, & habent exitum. Sic igitur, omnibus consideratis, dicendum est, illos sex menses numerandos esse a tempore commissionis.

¶ Præterea, t. pro ista opinio. faciunt ea, quæ tradit Bar. & communiter docto. in. l. si cui legetur, de leg. primo. vbi querunt, ponamus, q. uendo tibi rem cum termino unius anni ad soluendum precium, dubitanti ibi Bar. & alii, a quo tempore curret ille annus, an a tempore contratu, an vero traditionis: & concludunt, q. a tempore traditionis, per tex. singularē in. l. tali. ff. de iure dot. licet ibi l. in. iii. colum. alleg. concordantem in. l. si ita quis permisit, in princ. ff. de verb. obli. Et inter plures rationes pro illa deci. adducitur ibi una per lat. que quadrat in proposito, videlicet, q. quando terminus assignatus est respectuus certe causa, requiritur, q. illa causa prius existat, a qua debet currere, d. l. tali. Sed in casu nostro iste terminus sex mensum, infra quem tenetur impetrans possessorum ad iudicium euocari facere est relatiuus ad commissionem iudicis, tanquam ad causam agentem, sine qua citatio emanare non posset, igitur ab illa debet ille terminus initium capere. Non obstante allegatione in contrarium, quia si recte considerentur, nihil faciunt, quia, ut dixi, dictio tunc, non percudit ad sex menses, ut voluit glo. nec glo. clemen. si. potest ad hoc adaptari, nec minus illud facit, q. qualitas adiecta verbo, &c. quia qualitas sex mensum non est adiecta impetracioni, sed potius commissioni a qua dependet. Sed quicquid sit prima op. Glosatoris servatur hodie in Rota, & in curia, & ideo tenenda, est per rationes superioris factas.

¶ Omissis tamē ambagibus tota ista difficultas per regulam Eugenii decidi videtur, cuius tenorem superioris in proce. istius regulæ posui, per quam ista moderna regula intelligi, & declarari debet, argu. l. non est notum. ff. de legi.

Quæstio Sexagesima octaua.

SEXAGESIMO OCTAVO Quæro, t. an annus ad terminandam causam per impetrantem contra possessorum annalem, de quo loquitur iste tex. currat impetranti a die impetracionis, an commissionis, vel citationis execute?

C SOLVIT O. Glosator hic tangit questionem, & concludit, q. currat a die citationis execute. Mouetur ista ratione, quia ybi cuncta lege datur duplex terminus simul actori, & reo

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLXII

& reo ad aliquid agendum debet intelligi lapsus primo termino, iuxta not. per Bal. in. l. cōtra maiores. C. de inoffic. testa. Sed in. q. proposita datur duplex terminus per istam regulam. Primus se mensum ad citandum possessorum. Secundus est annus ad prosequendū, ergo iste annus non curret, nisi a lapsu primo, iuxta doctrinā præallegaram. ¶ Addo ultra Glosatorem pro isto dicto suo tex. in. l. i. §. sed ciendum, & largius, ff. de succe. adic. & in. l. si §. si autem dubius. C. de iure delib. & c. cupientes. §. caterum, de electio. lib. vi. Et subdit Glosator se credere Rotam sic intelligere istam regulam.

¶ Quid dicendā? Mihi videtur, omissis ambagibus, q. ista op. Glosatoris sit sanior, & vera, quam ultra ipsum pluribus rationibus cōprobō. ¶ Primo, quia clarū est, t. q. non prius de iure currit alius præscriptio super aliquo iure, q. prius cōfert illud ius tuisse in esse producunt. I. cum notissimi. C. de prescript. xxx. vel. xl. anno. Sed istud ius impetrantis a quo excluditur per lapsum anni in esse produci non potest ante iudicium, quod incipit a citatione, vt in. §. si. insti. de poena te. litig. vt not. Hofsten. & Joan. Andr. in. c. quoniā. in vers. citationem, de proba. & glo. ii. in cle. i. di. iudic. Ergo quoad hoc, ut excludatur per lapsum anni requiritur citatio præambula, ut ab illo tempore currat annus.

¶ Præterea instantia, seu facultas prosequenda ius meum non est præfinita de iure canonico aliqua temporis meta, vt est tex. in. c. fina. de iudic. Regula uero ista præfinit facultatem agendi per annum. Ergo ille annus non prius cōp̄se videtur, q. sit cōptū iudicū, de cuius prosequendi facultate tollenda agitur. l. si seruus hereditarius. ff. de stip. ser. & l. tali stipulatione facta. ff. de iure dot. & l. si in diem, in principio. ff. de cōndi. & dem.

¶ Præterea, quia clarum est, q. iste annus ad finiendam causam hic præfixus, per istam dispositionem nouam videtur loco instantiae subrogari. Et licet hic de tempore quando inscipere debeat, nihil dicatur, tamen hoc facile intelligi possumus ex theorica omnium doctorum, ybiq. tradita, qui volunt, q. quando in lege noua de aliquo dubitatur, illud declaracionem recipit a lege antiqua, ut not. Bar. in. l. scindum. ff. qui sat. co. & in. l. sed & posteriores. ff. de legi. Sed in lege antiqua communī non reperitur, t. q. instantia incipiat ante citationem, sed incipit post citationem, ut in. l. properandum. in princip. C. de iudic. c. cōfir. Roman. de appella. & in. c. ci qui appellat. secunda. q. vi. & in auth. ei qui. C. de temp. appella. Ergo ista regula in dubio debet interpretationem a iure communī recipere, quia inquantum fieri potest, statuta debent interpretari, & declarari, etiam per impropiacionē, ut conformentur secundum ius commune, ut in cap. cum dilectus. de consuetu. & in. l. si seru. C. de no. a.

¶ Præterea, quia tempus sex mensum hic præfixum, non datur ad aliud, nisi ad euocandum aduerfariorum possessorum ad iudicium, si ergo ultima die sex mensum vocaretur, satisfaciat, etum est regula. l. quicquid. §. si. & l. hoc iure. & l. si stipulatus essem. ff. de verbo. obli. ga. & l. si necessarias. §. si annulas. ff. de pigno. act. & c. commissa. de elect. libro. vi. Secundum vero terminus hic assignatus, qui est annus, datur impetrant ad prosequendū, & terminandum causam. Si igitur secundum tempus dilationis non incepimus a fine primæ dilationis sex mensum opportebit alterū de duobus fateri, aut, q. sex menses dentur promiscue ad citandum, & prosequendum, cuius contrarium appetit. Cum nō potest quis videti astrarum dilationi, nisi in eo quod est in ipsa expressum, vel quod est absurdius sex menses ad finiendum tantum causam viderentur concedi, cum primæ dilationi aliorum sex mensum in ultimo ipsius momento satisferi potuerit. Cuius contrarium cauetur hic in regula, igitur, &c.

¶ Præterea quando a iure communī disceditur debet quantum fieri possit, ne longius fiat discessus. c. causam. de rescrip. ¶ Quod præscriptum locum habet in hac regula, quæ maxime decuit a iure communī, ut patet, quia de iure communī nemo compellitur inuitus a gere, ut in rubrica ut nemo inuitus, per totum. Item quia ex leui omissione gratiam, quæ de iure debet esse mensura, ut in. c. decet. de regulis iur. libro. vi. deducit ad non esse. Item quia in instantia, quæ de iure communī est perpetua. c. si. de iudic. reducit ad annum. Item quia imponit necessitatē exprimendi ea, quæ de iure communī exprimere non oportet, iuxta not. in clement. si dignitatē, per glo. de præben. & in capitu. si motu propri. eodem tit. lib. vi. Item quia a iure canonico secundum quod instantia est perpetua tanto magis dividimus quanto instantiam breviorem, & angustiorem reddimus; Nam breuitas est opposita longitudini, & perpetuitas temporalitati, in hac igitur dubietate interpretabinur

COMEN. R. P.D. LUDOVICI GOMES.

Istam regulam de anno potiusq; de sex mensibus vbi angustior esset metà, & per consequens maior a iure recessus, & sic, ut hoc absurdum euitemus annus incipere debet a fine sex mēsiū. **P**raterea ius canonici primæ instantia nullum præfigit terminum, lex vero ciuitatis præfixit triennium in prima instantia intra quem existimat commode causam diffiniri posse, in secunda vero instantia vtrungq; ius concordat, quia dant annum, nec infra minus tempus commode posse diffiniri. c. ex oratione de appella. Tunc arguo sic, & a maiori vbi lex canonica de instantia certa meta præscribenda cogitauit in causa, scilicet appellationis vbi causa uenit iam instructa, cognita, & uentilata, & partium assertione plane discussa. Non existimauit infra minus tempus, q; anni causam posse cognosci, & terminari, ut traditur in d. cap. vi. & in dicta. l. properandum. Non est igitur credendum principem, qui cum tanta discussione, & maturitate istam regulam adxit, uoluisse minorem metam apponere primæ instantia vbi res nouiter rudi, & ut ita dixerim, indigesta materia, & non cognita, nec discussa ad iudicium deducitur, t; astringendo impetrantem quodammodo ad impossibile, quod est legi contrarium, in cap. erit autem. iiiii. distinct. l.i. q; his autem, vbi Bal. ff. de origi. iur. Lap. alleg. c. Præsertim cum principem non latebat, ius ciuiile existimasse opus esse triennio. Comprobatur hoc, quia non dicitur intra dilationem fieri posse, quod commode fieri nequit. Et ideo præsumendum est principem eius intentionis fuisse nolle dilationem taliter dare, vt commode causa explicari nequeat, quia talis præsumunt intentio, & mens principis in dubio qualis legis, vr not. in. l. vniuersa. C. de preci. imp. off. & in. c. i. de constit. lib. vi. & in. c. si quando. & c. ad hac. de rescrip. facit pro hoc tex. in dicto capit. cupientes. in principio. & q; ceterum. in versi. postq; commode, & ibi not. Domi. nam dilatio commensurari debet secundum onus agendorum ad iudicium finiendum secundum commodum impetrati. l. si ita relictum. q; penul. ff. de leg. ii. l. in fideicommissi. q; sed cum polidius. ff. de vslr.

Postremo, quia ista regula loquitur de causa finienda, t; sed causa non dicitur ante citationem, l. causas. C. de trāfact. & in cle. causam. de electio. & in. c. ex parte. de verb. signifi. Ergo instantia anni post citationem incipiet. Suaderetur hoc per tex. in. l. fi. q; si autē. C. de iure deliberand. Vbi cum lex prescripsisset terminum hæredi a morte testatoris supplexuit, & aditum hæreditatis, & sic longius cum nō posset antea prescribi hæredi. Et hoc expresse etiā not. Domi. in dicto capit. cupientes. in principio. in versi. perituri. & in versi. prosecuturi. Quæ omnia cum in casu nostro concurrant, concludendum est annum præsumum non a tempore impetratio, sed citationis numerari debere, quod videtur tenere Bal. in. l. i. in secunda colum. ff. si quis cauto. Et ut tollatur omnis dubitatio, pro ista op. videtur hic tex. clarus si ponderetur, nam dicitur hic, & infra sex menses ipsum possessorum ad iudicium evocari facere, causam extunc desuper infra annum, &c. pondera dictio extunc, quæ ponit extremum a quo incipere debet annus, iuxta. l. iiiii. ff. de condit. & dem. Putarem tamē q; si possessor ante. vi. mensis citetur, non debet impetrans expectare totum tempus sex mēsiū, sed statim facta citatione incipiet annus ad finiendam causam, iuxta. not. per glo. in terti. commode. in. c. cupientes. de clect. lib. vi. quam ibi not. Docto.

Quæstio Sexagesima nona.

SEXAGESIMONONO Quero, t; nunquid impetrans mortuo possesso. **S**i am prius citato teneatur finire causam vslq; ad sententiam infra eundem annum contra successorem in beneficio, An vero debeat habere alium annum ad prosequendum causam cum successore?

SOLOVTIO. Dicendum videtur impetrantem ad prosecutionem causæ contra successorem vslq; ad sententiam teneri, alias cessionarius poterit de regula excipere, quia ista regula est realis, & ad quem transit beneficium, transit exceptio regulae. Nam isto casu persona prædecessoris, & successoris reputatur eadem, sicut ergo cū prædecessore teneretur impetrans terminari facere causam infra annum, Ita cum isto successore ad quem transit beneficium affectum, & litigiosum.

Suaderetur ista opinio, quia illa regula non dicit, q; impetrans habeat sententiam contra illum, qui possidet, sed dicit indistincte, & absolute, q; causam vslq; ad sententiam diffinitiuā inclusiue præsequi teneatur, & sic regula loquitur impersonaliter, itaq; mors rei, vel renunciatio

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLXIII

clatio nihil impedit, quominus impetrans hoc facere possit, iuxta. l. properandum. q; si au temereus. C. de iudic. Maxime, quia regula ista concernit publicam uilitatem, ut patet ibi, ut improbi lites exquirantur mōris reprimantur. Et ideo astringit impetrantem, ut causam terminari faciat, j. annū, & hoc factum est, ad effectū ne impetrantes faciles sint ad impetrandum, nisi causam iustam, & claram, & expedibilem uiderint, q; si sine magna discussione terminari valeat, iuxta. l. continuus. q; cū ita de verb. oblig. t; Et quia regula dat formam, ut dictum est in alia quæstione, debet adimpleri in forma specifica, c. cum dilecta. de rescrip. & c. cui de non sacerdotali. de præb. lib. vi.

Breuerter istis nō obstat. Rota cōclusit contrariū in vna Icelana coram D. Jacobo Simone, vt refert Do. Guliel. hic. Ratio decisionis fuit, quia regula ista non loquitur, nisi de possesso cōuenienti, & contra illū quem citauit, regula vult, q; impetrans præsequi causam teneat vslq; ad sententiam de subrogato vero, seu cessionario nihil regula dicit, ergo in co regula non habebit locum. l. si seruum. q; non dixit prætor. ff. de acquir. hære. Sed licet ista op. sit Rota, mihi tamē magis placet præcedens op. non solum ex motu D. Guliel. sed ex vna alia ratione, quia ex quo beneficium cellum transit litigiosum, interest subrogati, q; impetrans causam incepit contra prædecessore, cū eo prosequatur, ne ex sua malitia com modum consequatur, contra ea, cum qui. de præb. lib. vi. Sed quando impetrans ante finē anni cessit in aliū, q; in illā, cessionarius non teneat regulam seruare, tenuit Rota, vt hic refert. d. Guliel. qui videatur, quia isto casu cessat fraus.

Quæstio Septagesima.

SEP TVA GE SIMO. Quero, t; an regula ista obster subrogationi gratiose impe trate per tertium propter mortē vnius ex duobus litigantibus, post cuius obitum alter colligans, qui subrogationem tertii ignorabit decreto processu per audientiam contradictorium contra omnem interesse putantes obtinuit sententiam, vigore cuius postea possedit per annum, & nunc dat de regula conira subrogatum vniuentem ad causam?

SOLOVTIO. Hodic; quæ est. xxvi. Novemb. M. D. xxxv. Coram Domino Silvestro in vna Abulēn. parochialis contigit iste casus, & diuīsa fuerunt vota: Nam vna pars dicebat, q; licet colligātā superest ignorares subrogationē, tamē illa erat in causa, q; lis durabat, quia subrogatus subintrabat in locū colligātā mortui, & vigore dictæ subrogationis eadē lis videbatur continuari, & in ea sustineri, ergo quod hoc nihil intererat, q; colligātā superest subrogationē ignorauerit. Et ideo durante dicta lite nō poterat alter colligātā pacifice possidere, quia lis viuebat adhuc in personā subrogati, iuxta decisi. Egid. dclv. & Guliel. in decit. prima, vt lit. pē. nec sententia cōtra interesse putātē poterat pacificā possessionē præducere, q; illa nō præjudicabat subrogato, nec etiā illa citatio cōtra interesse putātē. pē. arctabat ipsum subrogato, iuxta decit. xviii. de dolo, & contu. in no. sic dicebāt alia, qui ex dominis. Præterea, quia ista regula requirit annum possessionis præcedere impetratio, ut patet in tex. ergo possessio posterior annalis non nocebit impetratio anteriori.

Alīa pars Dominorū tenebat contrariū, ista ratione, quia quoad ipsum litigantē superest līs per sententia latā cōtra interesse putātē executioni mandata finita fuerat in mortuo colligātā alter colligātā superest sequitus fuit viā iuris, videlicet, decerni faciendo processu contra interesse putātē. docto prius de morte colligātā, vt est communis stilus, & illa via iuris sibi non nocere, sed prodes debet, & licet in locum præmortui fuerit aliis subrogatus, illa subrogatio ignorata nō nocet, donec ipsi litigātā præcedente citatione ad dicendū cōtra, intimata fuerit. Si vero interim habet sententia, quæ executioni mandata fuit cuius vi gore per annum postea pacifice possedit, nō potest dici nō esse pacificus, propter illam subrogationem, cum lis, vt dictum est, finita fuerit per sententia, iuxta decisi nostrā vulgarē. x. in titulo vt lit. pendē. in no. Et ita sub dubio remansit Rota, Mihi tamē magis placet prima op. quia stante nō obstant secula mortua, primū non est verū stante subrogato in iure, & līte, quia nō potest dici lis finita. Et licet possessori annuali nō nocere subrogatio sibi nō int̄mittat, minus debet nocere ipsi subrogato, cui nō est præfixū a lege, vel ab homine aliquod tēpus ad intimandum, & ius suū semper durat, & potest deduci hodie, quia lis nō est finita, quoad ipsū. Et certe casus iste est disputabilis, Ethodie, quæ est. v. Junii M. D. xxix. iterū in vna Salamātina canonicius, & præb. fuit in Rota propositus p. R. P. D. Per. Vortū casus omnino similis illi, de causa Abulēn. & tandem domini concluserūt dicta die, v. & xx. eiusdem

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

2 mēsis Iunii, post plures informationes, & propositiones, tuque subrogato in forma gratiosa non obstarerit ista ratio, ex eo, quia statim talis subrogatio subintrabat in locū mortui litigatis, per quā videbatur lis in eo statu manuteneri, & sic possessio annalis non poterat esse pacifica stante subrogatione gratiosa, secus vero si subrogatio gratiosa non fuisset, sed mandatum de subrogando in talis casu si illud mandatum Auditori non presentetur, & in effectu subrogari non dicetur impedire ista regulam, & idem est in eo, qui concessum fuit, quod literas expeditre posset in vni gratioso subrogationis: Nam si anteque expediat cedat in alium ius suum postannū ille resignatus potest literas expedire sub eadē data, & sufficit, & stabit illi resignatio ista regula. Quod est verum quādo resignatus expedierit literas ante sententiā executioni mandata. Secus si post, quia tuc obstat regula, prout in dicto casu cōtigit, vbi Ludouicus de Torres, se in locū cuiusdam lo. Lopes se subrogauit cum clausula, & quod literas in forma gratiosa expediri possent, & antequam Garzias Roderici superstes colliguntur sententiā cōtra intereste putan, obtineret d. Ludouicus solū supplicationē subrogati in actis propriis assertius, procuratur, deinde Garzias obtinuit sententiā cōtra intereste putan, & possessio non continuauit per annū pacificc. d. Ludouicus, postea ius suū lis non expeditis, in fauore Francisci cessit, & ille etiā literis non confectis, erat in fauore Andreas Lopes, & Andreas in fauore Alphonsi Diaz, qui postea literas nomine dicti Ludouici primi cedētis sub eadē data ex pediuit in forma gratiosa subrogationis, & venit ad cām cōtradictū Garziā, qui habuerat sententiā cōtra intereste putan, & eius executionē. Tandē Rota in isto discutit, quod voluit dicto tepore. Et iterū de hoc mēse Decēbri M.D.xxix, quod dicto subrogato obstarerit regula, non obstat, bulla subrogationis in forma gratiosa subrogatiōis sub data prime supplicatiōis Ludouici expedita, & nouiter producta, ex quo Ludouicus primus subrogatus, qui sciebat, vel scire presumebatur lete inter d. Garziā, & d. loā. Lopes defunctū debuit mentē suā declarare, non quid subrogatione gratiosa vti veller, ex quo supplicatio illi facultatē dabat expeditius literis si vellet, vnde ex quo hoc non declarauit, sed literis non confessis renūciavit, in fauore d. Francisci de Gumiel, & ille in aliis, & aliis in alium, ille vltimus tarde venerat post sententiā executioni mandata, & ideo declarare per expeditionē bullæ mentis d. Ludouici non poterat, qui iam per cessationē reputabatur mortuus. Et eodē modo de hoc mēse Decēbri M.D.xxix, tenuit Rota in vna Gerundē, beneficii de Pineda, vbi voluit, quod Archangelus in quē Antiquus Primer cestrat, lite predente, inter dictū Antiquū, & ipsum Archangelū, & quandā aliū Baldiriu. Autino excipere de ista regula posset, si post cessionem per annū pacifice possedit, non obstante, quod lis non fuerit extincta in cessione, quā fecit. d. Antiquus actor, quoad Baldiriu, quia sufficit, quod inter Archangelū, & Baldiriu non esset iurisdictio, neque plis, licet inter Antiquū actorum, Archangelū, & Baldiriu lis esset, ex quo Antiquus ambo citari fecerat, iux. vulg. deci. de rescrip. in no. Et hoc procedit etiā si Archangelus fuisset gratioso subrogatus dummodo literas non expediret, quia tuc, secus propter decis. d. Guiliel. prima, vt lit. pen. Non per expeditionē literarū videatur mēte suā declarare, & vti vcl. Le subrogatione gratiosa, quē statim haber effectū, sedante expeditionem non potest cōstare de eius mēte, cū posset non vti subrogatione, sed forte gratia si neutri, quia omnis iste vie in supplicatione conceduntur.

Quæstio Septuagesima prima;

SEPTVAGESIMO PRIMO Quero, tun an impetranti impedito currat tempora istius regulae?

COLVTIO. Si impedimentū iustū est tepora non currere nemo dubitat. l.i.in fi. C.de anna, quia illud tepors impedimenti de medio subducitur, & reliquum tepors cōputabitur, vt in. c. cauditis. c. cū nobis. &c. de quarta, del. præscri. & ista est cōs. operi. vt attestatur laſ. in. §. rursus. col. xv. &. xvi. insti. de actio. Et hoc putarem verū, non hoc impedimentū actor per prorogationē teporis tollere poterat, quia (vt quotidianū experimur) papa nunque solet prorogationem istius regulę denegare, vbivero impetratur prorogationē habere non potuit, predicitur etiā precēdēt, super quo uidētur est late per Moder. in trac. præscrip. in. i. partis. vi. partis prim. versi. vigesimus secundus casus, vbi longo uerbōrū apparatu omnia impedimentorum genera prosequuntur, quē non attinet hic recensere breuitati studens. Sed nonquid salte impetratur prestatur debuit, quod per ipsum non stetit cām suā presequi. j. annū hic designatur, dicitur inferius in alia, q. & dicā etiā latius de hoc in regula de trienali. in. lvii. q. non utrobicque casus accidit.

Quæstio

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLXIII

Quæstio Septuagesima secunda.

SEPTVAGESIMO SECUNDO Quero, tun quando subducuntur tempora impetrati computentur dies feriati, quibus impetrans agere non potuit?

COLVTIO. Rota in causa Hispalen. Scholastrix corā D. Aragona de mēse Octobri M.D.xxix. cōclusit tepora feriarū non subducitur, sed in tepore dato cōputari debere. Pro cuius decisione inter cetera est tex. in. l. sed & si per prætorē. §. si feri. ff. ex quibus, cau. maio. vbi tex. assignat rationem huius decisionis, quia prospicere debuit actor ne in huiusmodi ferias incidit. Et hoc de plano procedit in feriis solēnibus, & ordinariis. Secus vero celer in feriis repētinis, quia illas actor servidere non potuit. Et propterea in illis cessat ratio. d. §. si feri. tu Hinc est quod terminus datus per legē ad accusandū, vel agendū, dicitur in dubio per emporiū, etiā si non dicatur, ratio potest colligi ex prædictis, quia est quid imputandum actori, quare prius quod ageret non profexit omnia, arg. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Sed si terminus ad prosequendum causam, vel audiendam sententiā, vel similja præfigeretur a iudice, quia hoc pars prospicere non poterat, cū non dependerer ex factō proprio, sed preter spē accidit, vt dicitur in. l. si quādo, de dilatio, & tunc terminus non presunitur preceptorius. Ita dicit Salyce. in. l. si ea. col. pe. C. qui accusa, sequitur Fely. in. c. causam quod. in. ii. col. de rescrip.

Quæstio Septuagesima tercia.

SEPTVAGESIMO TERTIO Quero, tun quid in anno istius regulæ ad prosequendum causam computentur dies feriati, an vero tantum viles?

COLVTIO. In isto articulo pugnat a quitas non scripta cum iure scripto. Quia licet videatur æquum, & rationabile, quod tempus istius anni vtiliter cōputari deberet, id est, ex illis diebus, quibus, qui viles sunt ad agendum, & prolequendū causam, ea ratione, quia dies feriati inutiles, & prohibiti sunt ad iudicia pretractanda, nihilominus iura contrarium vloquerunt. Nam lex voluit, quod quando aliqua dispositio simpliciter de tempore mentionem facit, debet intelligi de continuo, ista est glo. ordinaria, qua ad hoc solet communiter allegari in rubrica. ff. de diuer. & temp. præscrip. quam sequitur Abb. in. c. finali. de electio. Et in

2 cap. ad apostolicam. in penulti. colum. de regu. vbi per hoc dicit, tuque annus proficisnis, de quo ille rex. loquitur, de continuo, & non interpolato intelligi debet, pro quo allegat Bar. in. l. laterndū. §. quoties de publican. cum multis cōcor. vt in proposito scribit Lopus alleg. xlviij. qui plura iura adducit, & idem quod Abb. in. d. cap. ad apostolicam, concludit etiā laf. in. l. contra maiores. in. ii. col. C. de inoffi. testa.

CEt hoc maxime procedit, vbi odium consideratur, prout hic, quia tali casu, vt dicit Bal. in. l. non solum. in princip. ff. de excu. tuto. in odiosi prejudicium tempus debet esse continuum, & hoc conueniens videatur in casu istius regulæ, vt impetrantes ab huiusmodi litibus citius se expediant, pro qua opinione episcopula doctordurū dicta congerit Andri. Sic. in consil. incip. clementissimi dei. positū inter consilia Alex. in. iiiij. volu. eius consil. vltimo. col. i.

CSed vt multa, quae hincinde dici possent serbū breuitatis cōpendio cōcordentur, in ista materia possunt notabiliter casus omnes distinguī, ex his, quae dicit Bal. in. cōs. lxxi. incip. quādo tepors. in. iiiij. volu. videlicet, quod tepors dicatur continuū, quac̄d ea, quae sine iudice fieri non possunt, tepors dicitur vtile, quā quidem distinctionē Bal. ibidem per bona iura probat, pro quibus videnda sunt etiam quae scribit idē Bal. in. l. Aemilius. col. i. ff. de mino. & in. l. ueranis. C. quādo pro. uo. non est necess. Sic itaque circa primā, & secundam partē istius regulæ tepors erit continuū, quia ad iudicem pro tribunali sedentē tempora illa non perfinent, & ideo in dictis tepors bus sex mensūtū ad citandum possessorē, & in anno hīc ad prosequendum causam prefixo dies feriati, & non feriati cōputabuntur. Sed circa tertiam partem regulæ tepors dicitur vtile, quia per partē non stat, pro quibus faciunt ea, quae dixi in. §. rursus. nu. 3. 2. de actio.

Quæstio Septuagesima quarta.

SEPTVAGESIMO QVARTO Quero, tun quid impetrans excusatur a poena, de qua in vlti. parte istius regulæ, si terminos omnes in petitorio non seruauit;

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

vñq; ad commissionem possessorii per partem aduersam factam, sed sufficiat post dictam commissionem, ante tamē suspensionem petitorii reliquos terminos feruare?

C SOLV TIO. Hac quæstio in Rota per plures dies procuratorum, & aduocatorū informationibus corā.d. Nicolao Aragona in causa Hispaleñ. Scholastriæ ventilata fuit, tandem hodie. xx. Octob. M.D. xxxii. decisa fuit, in qua omnes Domini, ducibus exceptis, in dicta causa conluerunt, sufficit tēpore suspensionis petitorii impetrantē oēs terminos super petitorio cuius prosecutionē requirit ista regula, vt dictū fuit superius in alia. q. seruare, quia tunc clare apparebit per eum non stetisse, quominus causam vñq; ad sententiam infra annū prosequutus fuerit. Ratio istius decis. fuit, quia licet ante commissionem causæ possessorii termini omnes scrutati non fuerint. Sed aliqui ille defectus post dictam cōmissionem dummodo ante petitorii suspensionē suppleri potest, quia illa possessorii cōmissione ante petitorii suspensionem auditoriū iurisdictionem super petitorio non auferebat, & ideo impedit non poterat impetrantē, quominus reliquos terminos postea scrutari posset, & cum Auditores in prosequendo ordinariū dicātur, iuxta not. in clemē. auditor. de rescrip. vt dixi late in. c. i. eo. titu. lib. vi. Donec igitur aut per commissionem expresse, aut per partem petitoriorum suspendatur, acta facta super petitorio valent, quia tūc videtur pars vñ commissione possessorii, quando petitorū suspendit, arg. not. in. c. vt debitus. de appella.

Quæstio Septuagesima quinta.

S EPT V A G E S I M O Q V I N T O Quero, t̄ nunquid si per iudicem stat quo minus impetrans causam terminare possit per sententiā. j. annū teneatur impetrās de necessitate protestari iudici per ipsum nō stare quominus causam prosequatur, quoad hoc vt excusat?

C S O L V T I O. Ita quæstio, sape per aduocatos disputata fuit in præallegata causa Hispaleñ. Scholastriæ. Et certe si ostentationem doctrinæ quærimus hic articulus varias habet pro vtrac; parte considerationes, totidem fortassis, quot opī. reperitur, sed quia moris mei non est, vt Scholastici obseruant, argumentorū philateriis tēpus terere, maxime in tanta t̄pis penuria, quia per ista publica officia premor, ideo breuiter medulam, & decisionis veritatem complectar, multa labore meo addens. Rota igitur coram domino Nicolao Aragona, post varios cōflictus vñanimiter cōclusit: de mēs Octob. M.D. xxxii. protestatione hoc casū necessariā esse, ad effectū, vt impetrās a prosecutione causæ. j. annū facienda excusat, Quæ quidē Dñorū decisio principaliter in glo. c. plerunq. de referi. &

2 in glo. c. si. de appella. fundatur, t̄ quæ glo. de impedimento pueniente ex parte iudicis lo quunt, & necessariā esse protestationē cōcludūt, & ista est cōis opī. vt attestat Philip. Frāc. in. c. ex ratione, maxime in. viii. colum. & in. c. si. de appella. & Ang. in. l. ii. §. dies. in. fi. iii. colum. ff. eo. titu. Et cum ista opī. transiret communiter doctores in. c. cupientes. §. q. si per viginti, post glo. ibi versi. proposta. de electio. lib. vi. quam Felyn. in cap. ex transmissa. in secunda colum. de præscrip. & in sexcentis alijs locis sequitur, & cum ea transiret Alex. & Moder. in. l. properandum. §. si autem vtrac. C. de iudi. & idem tenet Alexan. in consilio. cxiiii. lib. v.

Et licet aliqui docto. tenuerunt contrarium, prout Abb. in dicto ca. plerunq. & in. c. ex transmissa. de præscrip. Et Areti. in consil. clix. incip. verum est. & ali plures quos Ias. & Moder. in dicta. l. properandum. cumulant: velentes protestationem potius requiri de cōsilio q. de necessitate, nihilominus illa opī. nō est vera, sed cōis est in contrarium, pro qua Moderni Ausinioneñ. in tracta. pestis. fol. xviii. q. vi. Et Moderni Bononiæ, in eodem legali tracta. pestis. fol. xv. c. iii. & latius quidam Jacobus Florius de Vtino in rep. l. si quos. C. de offic. præfect. prato. orien. plura cumulant, quæ ibi videri possunt. Et, vt ibi vñico verbo omnibus contrariis dicitis respondeatur, Dico, q. motiuā opinionis contraria procedunt, quando per iudicem non stetit quominus impetrans causam prosequeretur, securis si per illum stetit, vt hic, vel secundo argumenta contraria procedunt in protestationibus extra iudicialibus, vel quando cum protestatione aderat probatio impedimenti, vt declarat Decius in dicto cap. fi. de appella. Secus vero vbi de impedimento aliter non constabat: nam tunc protestatio requiritur, vt est tex. quem ibi ad hoc in secunda colum. ponderebat. Ioan. de Platea in. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. & ista opī. tenenda est.

Quæstio

REG. DE ANNALI POSSESSORE.

CLXV

Quæstio Septuagesima sexta.

S EPT V A G E S I M O S E X T O Quero, t̄ nunquid si impetrans impeditus fuit causam prosequi infra annū loco protestationis, sufficiat illi impeditus pbarer?

C SOLV TIO. Quibusdam aduocatis in causa Hispaleñ. Scholastriæ, pro parte Francisci episcopi Balneoregii, videbatur, q. non, ex eo, quia iura requirentia protestationem, censeant formā tradere, vbi vero est forma deber illa ad vnguē obseruari, nec illi per aquil polens satisfit, vt dicit Bal. in. l. si institor. ff. si cert. pet. cum vulg. & super hoc multū Aduocati exaltabant vocem suam.

2 **C** In contrarium allegabant alii aduocati, t̄ quia vbi habetur finis ad quem inducta est protestatio sine scrutato non curatur de ea, argu. clemen. causam. de electio. vbi licet pro forma in casu illius tex. intimatio requiratur, vbi tamē pars haber notitiā, quia ad illū finē intimaatio introducta fuit, sufficit, vt ibi dicitur, facit. l. si mater. de insti. & substi. vbi in formalibus nō refert quid ex æquipollētibus fiat. Addit tex. & quod ibi not. Fely. & Deci. in. c. quoniam. de proba. vbi per illum tex. volunt. post. S. Tho. q. licet ieiuniū sit de præcepro, vbi tū finis ieiuniū feruatur, non peccaret non ieiuniants. Et in casu isto prædicta a fortiori procedunt, quia protestatio in casu præmisso non est inducta pro forma, vt aduersarii dicebant, quia hoc iure non cauetur.

Tandem discussio negotio Rota, quæ omissis argumentis, & aplibus iuris) solet semper veritatem, & effectum rei attendere de mēs Octob. M.D. xxxii. secura est ultimā opinionem, tanquam æquitati magis proximam: nam Rota non vult habere, nisi veritate reis Nam sufficit Rota de impedimento legitimo cōstatre absq; alia protestatione, quæ ad illū tantū effectū inducta fuit, vt cōstaret per iudicē exitisse, quominus impetrans causam prosequeretur, qui quidē effectus aequē, ac per protestationē haberi potest, ideo protestatio nō est necessaria, sed de bene esse per probationes, pro qua opī. faciunt ea, quæ late tradit De cius in. l. in omnibus causis. la secunda. nu. 1 o. ff. de reg. iur. vbi hoc notabiliter probat.

Quæstio Septuagesima septima.

S EPT V A G E S I M O S E P T I M O Quero, t̄ nunquid annus possessionis, de quo loquitur ista regula, debet esse cōtinuus, an sufficiat esse interpollatū. Exempli gratia possidi per sex mēses pacifice, deinde spoliatus fui, vel alio modo possessionē per quatuor, vel quinq. vel pluribus mēsibus perdidi, quā mox, vel per mēsem postea recuperavi, & continuavi per alios sex mēses. An ista possessio annualis, ito modo per interpolationem temporis continuata, sufficit ad producendam exceptionē regule?

C S O L V T I O. Io. Aloisius Tuscanus Mediolaneñ. quondam insignis doctor consuluit huiusmodi possessionē interpollatā non sufficer, vt patet lib. i. consilioriū suorū. fol. xxvii. cuius opī. potest suaderi ex dictis glo. in rubrica. ff. de perpe. & tēpo. præscrip. quia voluit tempis in dubio de continuo nō interpolata intelligi debere, vt superius in alia. q. dixi, & probat late And. sicu. in consili. vltimo. posito in fi. consil. Alex. in. iii. volu. & dixi in. §. rur sus. nu. 3 2. insti. de actio. Sed tēpus istius possessionis nō est cōtinuū, igitur, &c. Facit etiā phoc, quia ista possessio annualis videtur interrupta per possessionē mediā, ergo nō debet prodesse. l. naturaliter. & l. si quis pro emptore. §. si quis. & l. eū qui. §. si aut. ff. de vñcap.

3 **C** Pro cōtraria parte adduci potest, q. ista regula est inducta in fauorem posselloris, t̄ quo casu quādō cōstitutio est fauorabilis aliquid tēpus nō interpretatur continuū, sed sufficit in interpollatū, ita dicit Bal. in. l. nō solū. in princip. per illum tex. ff. de excu. utro. facit glo. in. l. iii. §. minorē. ff. de mino. pro quo allego tex. in. l. paulus. §. gaius. ff. de libe. cau. quem ad hoc pro singulari Angel. inducit in rep. l. si insulā. ff. de verb. oblig. & ad hoc est notabilis decisio Arch. in. c. si frater. xvi. q. i. col. iii. & istam decis. sequitur Ias. in. l. si ita stipulatus esset. col. fi. ff. de verb. oblig. cum aliis concor. quæ scribit Decius in. l. si idem. in. ii. & iii. colum. ff. de iur. om. iudic. Et ita limitatur glo. in dicta rubrica. ff. de temp. & perpe. præscrip. **C** Præterea quia tempus primum possessionis accedit alteri possessioni, & iste possessiones interpollatae coniungunt, vt faciant vnum corpus, vt dicit Bal. in consil. clix. in cip. super eo quod quaritur. col. fi. lib. iii.

Breuiter pro prima opī. pro qua videtur militare aequitas faciūtea, quæ dicit Domi. post

EE iii

COMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

Arch. & Joan. and. in. c. i. de vi. & ho. cle. in. i. colum. vbi dicunt per illum tex. q̄ integer annus non interpolatus requiritur quoad hoc, vt aliquis in pœnā incidat. Sed in casu nostro si possessor excipiens de ista regula non est possessor continuus, sed interpolatus impetrans nō incidenter in pœnas istius regulæ, ergo requiritur, q̄ sit talis possesso per annum continuata. Et pro ista parte pondero istam regulam, quæ requirit annū immediate præcedentem. Ergo interpolatus annus non sufficit, quia annus interpolatus nō est immmediatus, sed mediatus. Et dicam in regula de triennali, & vide, quæ dixi. s. q. lix.

CQuæstio Septuagesima octaua.

SEP T V A G E S I M O O C T A V O Quero, t̄ quomodo intelligantur ista verba regulæ, videlicet, & quæcumq; inde secuta nullius existant firmitatis, &c.

LS O L V T I O . Ista verba diuersis corporibus, ac etiā sub diuersis regulis bis in Rota di scissa fuerunt, videlicet, sup regula de publicadis resignationibus. j. eo. & super regula Cle mēris reuocatoria facultati cōclauistarū, in quibus eadē verba, put hic scripta reperiūtur. Et dū hoc dubiū propositū fuerat varia dñorū sñiæ exorta fuerat: Nā quidā dicebant sub illis verbis, & inde secuta, &c. nouas prouisiones gratias si neutrī, accessus, & regressus. possessionē etiā vigore dictæ impetrationis captā, cōprehendi, quod hac ratione p̄babat, In primis, quia, vt ex tex. apparet, impetratio principalis hic annullatur, ergo in necessariā cōsequentiā accessoriis oia ad impetrationē etiā debet esse nulla, q̄a vulgata est iuris regula, q̄ principali annullato oia, quæ sequitur ex illo corrut, vt in. l. cū principalis. ff. de reg. iur. & l. f. ff. de cōfī. pec. Et ideo nō sine mysterio papā hic vniuersalibus verbis vñus fuit, videlicet, quæcumq; inde secuta, quæ de sui natura prædicta oia includunt, quæ specialiter nō reperiuntur excepta. c. solite. de ma. & obe. l. iulianus. ff. de lega. iii. cum similibus.

CAlii Domini totum oppositum tenebant, videlicet, sub prædictis verbis nouas proutisio-nes, nec regressus, aut huiusmodi similia comprehendendi, quid ita suadebant. t̄ Quia regula ista secundum communem curialium intellectum diuiditur in duas principales partes, & quilibet pars secundum qualitatem delicti continet etiam suas, & diuersas pœnas. Prima enim pars regulæ imponit impetranti tria requisita per illum obscrūada. Primum, q̄ nomen, gradum, & nobilitatem possessoris, & causam quare possessori in beneficio sic possesso nullum ius nō cōpetat, in impetracione exprimat. Secundum, requisitum, q̄ im- petrans possessorem ipsum infra sex menses ad iudicium eucari faciat. Tertium requisitum, q̄ causam super infra annum vñq; ad sententiam diffiniuntiam inclusuē prosequi debeat, & teneat: Ista sunt tria requisita, quæ si in sua iuri etiā tarratione impetrans non seruauerit, sed ne gligenter omiserit, tres pœnae illi infliguntur. Prima pœna, q̄ impetratio erit nulla, & ista pœna imponitur etiam de iure cōmuni nō obsruanti formam, vt patet in. c. cum dilecta- da rescrisp. Secunda pœna, q̄ quæcumq; inde secuta, sunt etiam nulla. Tertia pœna, q̄ ipse impetrans in damnis, & interesse possessori tenebitur. Ista est prima pars regulæ, quæ nul-lam mentionem facit de noua prouisione, nec de gratia si neutrī, nec de regressu, aut aliis superioris enarratis, sed de istis tanq; de rebus diuersis in secunda parte regulæ fit mētio. Quæ quidē secunda pars regulæ tres alias pœnas grauiores continet, q̄ imponuntur impetranti non ex eo, quia non seruauit requisita regula, sed quia per litis eventum constitit illum nullum ius habuisse, sed perperam, iniuste, & de facto possessorum molestasse, & si improbus litigatorem esse, & propterea tanq; hominēs lites iniustas exirentem dictis tribus pœnis punitur, quæ communis recipit & concernunt: Nam ille tres primæ pœnae in pri-ma parte regulæ posse pœnitutem ipsius possessoris commodum respiciunt: Et ideo im-petrans in secunda parte regulæ grauius punitur, quia magis offendit possessorem, & rempu-bli. q̄ in prima parte regulæ: t̄ Nam magis possessorum molestasse dicitur, qui iudicium indebet vñq; ad finem prosequitur, malitiose seruando regulam, ad effectum, vt illum mai-oribus molestiis, & impensis afficiat, q̄ ille, qui non seruata forma regulæ, statim desistit, prout in prima parte regulæ, quod suaderi videtur ex. l. si quis legatum. & l. qui falsum. ff. de falso. & l. damnum. C. eo. titu. ex quibus Bar. in dicta. l. si quis. post Dy. notabiliter dicit, q̄ si notarius falsus scripturā deduxit eam in verā exilientiā testamēti, cōdebitis solemnitas tribus, tunc notarius tenebit pœna falsi, quod non esset si non ad ultimū prosequeretur, vt ibi per eos. In prima igitur parte regulæ impetrans peccās in forma regulæ in minori di-scribimine

REG. DE ANNALI POSSESSORE. CLXVI

scribimine constituit possessorem, q̄ quādā eam seruat, & iudicium prosequitur vñq; ad sen-tentiam per quam impetrans, vt iniustus, & improbus litigator conuincitur. Merito regu-la ista in secunda parte, quæ incipit ibi, possessorum ipsum &c. disponit, q̄ si impetrās per iudicem repertus fuerit annalem possessorum iniuste, ac indebet molestasse tribus aliis pœnis castigetur. Prima pœna est, q̄ quinq; florenos aurū cameræ apostolicae per-solueri tenetur. Secunda pœna est, q̄ impetranti nullus alius q̄ premillæ vacationis nos-dus, etiam per literas si neutrī, aut subrogationis, vel alias, sibi quoad hoc, vt huiusmodi be-neficium ea vice consequi, vel obtinere valeat, quomodolibet suffragetur. Tertia pœna est, q̄ beneficium in antea nullatenus litigiosum censetur. Dicebant igitur Domini ecce, q̄ in hac secunda parte regulæ fit mentio de literis si neutrī, & subrogationis, q̄ noue proutisio-nes sunt, vt dicit quædā deci. xi. vt lit. p̄. in no. & disponit, q̄ nullatenus suffragent, certe si illæ gratiæ accessoriæ, superioris sub verbis illis, & quæcumq; inde secura &c. comprehendens cum principali impetracione, & annullate fuissent, frustra in hac secunda parte regulæ diuersa a pri-ma annullarentur: Nam si essent iam nullæ, verba in secunda parte regulæ posita, quo ad hoc vana, & pœnitus frustratoria essent, t̄ quia illud, quod iam nullum est, non potest am-plius annullari, neq; mortuis iterum occidi, quia priuatio presupponit habitum. c. ad di-soluendum, de despō. impu. & l. decem. ff. de verbo, obli. vt igitur ista concordentur, est necessarium dicere, q̄ sub prædictis verbis, quæcumq; inde secuta &c. nouæ prouisiones, neq; alia superioris enarrata comprehendantur. Et ista op̄i, post variis iuris informationes, & dominorum propositiones, & disputationes prævaluit: Nam in vna Salamantina paro-chiali, de Teiada de anno M. D. xxxvii, coram R. D. Joan. Mohedano cū discuterentur hec eadem verba, & inde secuta &c. posita in regula de publicandis resignationibus. Rota con-cluisti sub verbis dictæ regulæ nouam prouisionem non comprehendendi. Et idem Rota te-nuit in vna Abulen. beneficiorum coram me. ix. Decembri M. D. xxxviii, pro Antonio Palenzuela contra Alphonsum Garillo: Nam voluerunt dominii regulam Clementis. vii. reuocatoria facultatis conclauistarum, quæ continet etiā prædicta verba inde secura &c. non comprehendere nouam prouisionem. Moti inter alia per conf. Roma. ccccxxxiii. qui voluit, q̄ noua proutisio supplet diligenter ad regulam de publicandis, quæ quidē no-tua proutisio si per dicta verba, & inde secuta &c. posita in dicta regula de publicandis. an-nullata fuisset, non induceret illum effectum. Hęc etiam op̄i, alia ratione adiuuabatur, quia noua proutisio nihil aliud est, q̄ quædam antiqui iuris confirmatio, t̄ & clarum est, q̄ in ge-nerali reuocatione non venit actus confirmatio, vt not. glo. in verbo pacta. in cle. dudum. q̄ nos etenim de sepultu. cum concr. de quibus per Fely. in. c. constitutus. in. iii. col. de rescrisp. Et quia etiam noua proutisio est quædam mixta proutisio, & tamen in odiosis sub simplicibus, casus mixtus non comprehenditur, vt traditur communiter per docto. in. l. ii. ff. de verbo. oblig. Et ita etiam prædicta verba, & inde secuta &c. accessus, nec regressus comprehendendre, tenuit Rota in vna Bergom. canonicius, & præben. coram Do. Petra sauita, vt annotavit D. Joan. Baptista de Senis quondam consistorianus aduocatus in quis busidam suis non causatum, afferens se ita obtinuisse. De quibus meminit D. Jacobus de Nigris vir certe illa aetate curiosissimus, & etiam consistoriorum aduocatus in quadam apostilla sua ad istam regulam, & ita inuenio hec Reuer. bo. me. Laurentiū Cardinalē Sanctorum. Quatuor in memorialibus suis adnotasse, de quibus etiā idem Jacobus meminit. Et ratio prædictæ decisionis fuit, quia accessus, & regressus nullo pacto sub dictis verbis, & inde sequuta &c. poterant comprehendendi, quia non sunt principaliter gratiæ accessoriæ, nec in co-sequentiam necessariam ab alia dependentes, sed faciunt caput de per se, vt principales, & ideo sub inde securis comprehendendi non debent.

Non obstant modo ea, quæ superioris pro contraria parte dicebantur, videlicet, t̄ q̄ noue prouisiones gratias si neutrī, subrogationes, & similia, sint gratiæ dependentes ab im-petra-tione principali, quam præsupponunt, vt necessarium antecedens, vt dicit Glosator super regula. lxii. col. iii. & ideo annūlata impetratione principali accessoria gratiæ corriri de-bent, quia respondebantur, q̄ licet verum sit, q̄ noua proutisio, & prædictæ gratiæ præsup-ponant aliquem titulum, tanq; principale antecedens præcedere, non propterea sequitur, q̄ annullato principali corrunt accessoriū, & in primis hoc ostenditur in noua proutisio, quæ communiter secundum stilum impetratur quando gratia principalis est nulla: Nam verba noue proutisiois hec sunt. Beatissime Pater, quia Orator dubitat gratiam sibi factā

vitibus non subsistere, supplicat igitur &c. Ecce ergo, q̄ non est verū isto casu, q̄ annullata principali gratia, noua prouisio tanq̄ accessoria corrut, imo illa subsistit, & in illa principali gratia, quæ nulla erat sustentatur, præsternit, t̄ quia illa iuris regula, q̄ annullato principali corrut accessorum, ultra plures limitationes, quæ a doctoribus in. c. accessoriū de reg. iuris lib. vi. & in locis vulga. traduntur, habet vnam limitationem, quam ponit Bar. in. l. ita stipulis. in. xii. oppo. de ver. ob. quæ facit multū ad propositū, vñ, q̄ illud p̄cedit quando c̄t eadem ratio, secus vero ubi diuersa ratio concurrat, quia tunc annullato principali accessorum non rescinditur, quod dictum Bar. late comprobatur, & sequitur De cius in. d. l. cum principalis. ff. de re. iur. sed in casu nostro est longe diuersa ratio inter nouam prouisionem gratiam si neutri, subrogationis accessum, & reggressus, respectu ipsius gratia, sive impetratiois principalis, ut superius ostensum fuit, igitur annullata impetratio gratia accessoriū prædicta non rescindetur. Maxime, quia illa iuris consideratio, videlicet, q̄ actu principali annullato corrut accessorum &c. procedit quando principale tollitur a iure communī, securus ab alia constitutione populi, ut est tex. in. l. f. 5. lucius. ff. de condicione. indeb. Et isto modo, licet causa expirer respectu impetratiois principalis poterit in accessorio sustinerti, ut in. l. utiq. ff. de rei ven. & secundum hoc verba hic posita, vñ, & inde secura, quæcunq; &c. intelligentur, de aliis accessoriis, exceptis præmissis, vt de citatione processu causa, de possessione vigore dictæ impetratiois capta, item de sententia, & sequentia inde emanato, vel de aliis similibus actis iudicibus, quæ numerantur in ca. quoniā contra, de proba. Et specialiter, q̄ sequestrum virtute sententia emanatum, etiam annulatum censeatur, tenuit Rota in quadam causa, de qua mentionem facio superius, in. v. q. istius regule circa s. Et vterius prædicta verba, & inde sequuta, quid comprehendat, vel si significet, notabilem. q. ponit Car. in. c. quia diligentia. in. iii. q. & seq. de elect. & alias in. c. ad petitionem. de accusa, quæ omnia suar notanda ad intellectum istius regule.

Quæstio Septuagesima nona.

SEP T V A G E S I M O N O N O Quero, t̄ ex quo papa in finalibus verbis isti us regulæ disponit beneficium in antea litigiosum non fuisse, quid opportuit superius dicere gratiam si neutri, vel subrogationis impetranti non prodesse, cum eo ipso, q̄ beneficium in antea litigiosum non fuit, & cessat lis dictæ gratia si neutri, vel subrogationis existum non habeant, cum ad eorum essentiam item requirant, sicut piscis aquam exposuit, iuxta decisio. viii. de rescr. & xvii. de præben. in no.

C S O L V T I O. Si recte omnia verba considerentur, non sunt superflua: Nam st̄at ista simili, q̄ hodie beneficium in antea litigiosum non fuisse decernatur, & q̄ gratia si neutri & similes legitimo tempore, & durante lite impetrare etiam lite postea cessante subsistant. Et ideo pro vera resolutione est aduentum, quia vt in proxima superiori q. diximus regula istam duas partes cōtinere, quas impetrans in sua impetratio seruare tenetur, & quælibet pars regulæ suas poenas, & inter se diuersas habet: Nam in prima parte regulæ impetrans illam non seruans non ita acerbe punitur, sicut in secunda. Ratio est non obseruando primam partem regulæ, licet puniatur, non tamen adhuc detecta est in iudicio eius improbitas, t̄ quam quia lex multum abhorret, iuxta ea, quæ scribit Andre. sicut. in consilio xxii. in. iii. col. vol. iii. properca in secunda parte acerbius punitur. Et ideo ita in secunda parte impetrans punitur, quia iam iudicii per litis euēcum constat impetrantem improbum, ac molestatorem fuisse, & tali casu gratia si neutri, vel subrogationis in poenam eius impenituntur, & tunc eam beneficium decernit litigiosum non fuisse, & tali casu necessarium fuit decernere gratias si neutri, vel subrogationis impetranti non prodesse, quia illa verba, videlicet, beneficium litigiosum non censerit de necessitate non inferebant nullitatem dictarum gratiarum, quia ille impetrari potuerunt ante improbitatem impetrantis detecta, & sic legitimo tempore. Ponamus enim impetrantem re ipsa, & in veritate optimum ius fouere, sed quadam negligentiā (vt sepe fit) non obseruasse primam partem regulæ, & facta citatione mortuus possessor, quis dubitat hoc casu subrogationis locum esse, quæ isto casu per regulam istam non impeditur, nisi ita demum quando impetrans in secundam partem regulæ incideret, videlicet, quando eius improbitas per euentum litis per probationes, vel altera a iudice detecta est, t̄ tunc enim iustum, & necessarium est gratias si neutri, vel subrogationis

subrogationis calumnioso, ac improbo impetranti non suffragantur, quod procedit etiam si dictæ gratia, tempore improbitatis detectæ, impetratæ non fuisse, sed eo tempore quo adhuc eius malitia in propatulo non fuit. Dico igitur, q̄ verba prædicta regulæ, ita de num superflua essent si summus pontifex hic gratias tātum annularet, quæ impetratæ fuisse tempore detectæ improbitatis: Nam ex quo illo tempore beneficium decernitur litigiosum non fuisse, dictæ gratia eo ipso nullus momenti forent, non solum eo respectu, quia non videbant honestum improbos litigantes per indirectum ad beneficium a quo cederunt admitti, ne ex eorum malitia per triam istarum gratiarum commodum consequātur, & quod in lite improba amiserunt, hoc modo recuperent, sed quia hic tpe improbitatis lis annulatur, quo casu dictæ gratia impetrari non possunt, quæ, vt dixi, ita item proui esse requirunt sicut piscis aquam. Et ideo dictas gratias tali tempore impetratas annulare superfluum videbantur, quod non esset quando gratia ante improbitatem probatam impetratæ effectu priuātū, ut hic, quia tali casu verba illa sunt necessaria, nec ultima uerba ad comprehendendum istum casum sufficiebant, nisi hoc papa per prædicta verba exprimeret. Intelligentur igitur prædicta uerba de gratia si neutri, vel subrogationis impetratis ante tempus improbitatis ipsius impetrantis, nam de impetratis post, ut dixi, non fuit necessari um hoc statuere.

Et est vterius aduentum, q̄ hoc, quod dictum est beneficium in casu prædicto non censerit litigiosum inductum fuit in odium impetrantis: Nam si hcc illi proficuum foret litigiosum non censeretur, ne ex eo, quod quis poenam mereatur, præmium, seu copmodū consequatur, contra not. in. l. q̄ fauore. C. de legi. & ea, quæ late scribit Andre. sicut. in. c. fi. col. i. de pecul. cle. Et talis interpretatio semper in odium, & damnum puniti fieri debet, vt idem Andre. sicut. probat in. c. cam te. col. v. de rescr.

Quæstio Octuagesima.

OCTVAGESIMO Quero, t̄ quia dictū est supra, q̄ regula in sua prima pars annullat impetratioem, & omnia inde sequuta, quæcunq; sub quibus citatio, processus sententia, & reliqua omnia, quæ continentur in. c. quoniam de proba, quibus annulatis, beneficium litigiosum dici non poterit, cum lis cum sua causa hic annulletur, & extinguatur, si ita est, quare regula hic in secunda sui parte decernit beneficium non esse litigiosum, si iste idem effectus resultat ex poena, & verbis in prima parte positis?

C S O L V T I O. Verum est, q̄ impetrans in prima parte regule peccans punitur in predictis, videlicet, quia omnia acta iudicij extinguntur, iuxta ea, quæ scribit Oldra. consi. p. mo. inter, quæ ad numeratur citatio, t̄ quæ initium iudicij præstat, ut in. c. quoniam contra. de proba. & in. s. fi. insti. de pena tem. liti. & sic deficiente citatione nulla erat lis, & per consequens beneficium litigiosum non erit. Sed in secunda parte hoc idem fuit necessarium declarare, videlicet, q̄ beneficium non esse litigiosum, ex eo, quia ibi omnia acta iudicij ualebant, ex eo, quia impetrans seruauerat regulam, & ille poenæ in secunda parte regule impetranti non imponuntur, propter regulæ non seruatæ, sed quia constituit iudicii per euentum litis impetratæ, nullū ius habuisset, sed temerariū, & improbi litigatorem fuisse, vñ licet obseruare regulam, nihilominus illas poenas propter suam improbitatem ex defectu sui iuris incurrit, ynde si Summus Pontifex hic in secundo casu regulæ nō decerneret beneficium non fuisse litigiosum, vera lis maneret ex quo acta in secunda parte regulæ non annularentur, sed tantum in prima, & in hac secunda parte præsupponuntur esse valida propter obseruare regulam, necessarium igitur fuit in poenam temerarii, & calumniosi litigatoris hoc decernere, quod in prima parte regulæ necessarium non fuit, ex quo per annulationem impetratiois, & inde securorum hoc tacite colligebatur, & sic habes rationes diuersitatis primæ, & secundæ partis regulæ, quoad istum articulum, quod est notandum.

Quæstio Octuagesima prima.

OCTVAGESIMO PRIMO Quero, t̄ ponamus impetrantem non seruans primam partem regulæ, propter quam negligentiam, etiam si milles foueret bonū ius, eius impetratio, & omnia acta iudicij annullantur: Nūquid interim possessor anna

COMEN. R.P.D. LVDOVICI GOMES.

lis conuentus post citationem a tali imperante factam poterit dici pacificus, ad effectum ut fieri possit triennalis?

SOLVTO. Si hoc tenetur pro constanti, prout superius dictum est, omnia iudicij acta cum imperatione ob non seruaram formam corruiere, quod in notabili casu tradit Card. in. c. ad petitionem, de accus. & Bald. in. l. f. C. de lat. lib. toll. nemini dubium erit per citationem impenitatis emanata, & modo predicto annullatam, nec pacificam posse fissionem, nec tempora interrumpi, ut latissime dixi superius. q. xlvi. Nam quoad hoc, ut litis pendentia inducatur, oportet citationem esse legitimam, ut not. per glo. & Car. in cle. 2 ii. ut lit. pen. & per consequens per citationem nullam, nulla potest introduci prescritionis interruptio, ut probatur in l. si pater. C. ne de sta. defunct. & per Archi. in ca. non tra. ii. q. i. quibus stantibus, concludendum erit posse fore fieri possit interim triennale, & hoc, quod dictum est, non solum ex verbis regulæ, sed etiam ex mente presumptu disponentis, ex qua regula interpretationem capere debet, colligitur, ut in. c. venerabilis, de praebon. l. pater seuerinam. §. conditionum, ff. de condi. & dem. Nam licet regula facta fuerit in odium litigantium, & secundario in fauorem possessoris, arg. no. in. l. f. C. de adi. di. Hadri. tol. fauer tamen intentioni condentis, quæ fuit, ne per dictas temerarias imperatores possessores detrimento interruptionis possessionis plectantur, & dicti impenitentes sua clamata temeritate ea iactura illos afficiant, ergo q. nulla censurem facta interruptio provenit ex presumptione condentis, quæ interpretatione adiuuanda est. d. c. venerabilis. Nam si de hoc expresse interrogatus fuisset, utriq. idem respondisset, & illud deber habere pro expresso, iuxta not. in. l. tale pactum. ff. de pact. & in cle. f. de rescr.

Quæstio Octuagesima secunda.

CTVAGE SIMO SECUNDUS. Quæro, † numquid ille poena. l. flore, notum, & q. beneficium non censeatur litigiosum &c. posse in fine istius regulæ referantur ad omnes casus precedentem etiam contentos in prima parte regulæ, an vero referi debent ad ea, quæ in secunda parte regulæ continentur?

SOLVTO. Videntur, q. dicta poena in fine apposita respiciat omnia praecedentia, iuxta doctrinam Bal. in. l. quisquis in primo notabili. C. si cer. pet. quia pena apposita in una parte eiusdem constitutionis referunt ad aliam, ut not. Ludo. Ro. in. l. f. ff. de in ius voc. & est de hoc glo. in ver. omnino. in. c. si post. q. de electio. lib. vi. & glo. in cle. f. §. f. de poen. & not. Card. in cle. statutum. in iii. col. & iii. oppo. de electio. Gemini. in. c. vbi periculum. §. nulli. de elect. & in. c. i. in f. de postu. prala. lib. vi. & est glo. notabilis in ver. ecclesia. quæ ibi not. Abb. in. c. de multa. de praebend. cum similibus. Itaq. ex istis infertur, q. impenitans, qui non citauerit infra sex menses possesorem annalem, vel si citauit, & non prosecutus fuerit infra annum causam, q. puniatur poenam contentis in ista ultima parte regulæ. **S**uadetur hoc, quia impenitans non seruans primam partem regulæ punitur in nullitate impenitentis, & inde secutorum, & sic citatio facta vigore illius processus sententia, & inde sequitur nulla, si nulla est citatio, ergo beneficium non remanebit litigiosum, quia citatio nulla non inducit litem, ut latius probabo in regula de triennali, vbi accedit casus. Itaq. ex ista annulatione sequitur in consequentiā ista alia poena, q. beneficium litigiosum non censetur, quia sublatō disposito omnis sequella umbra, & effectus causatus tollitur, ad hoc glo. singularis in cle. i. de immut. eccl.

Tamen istis non obstant, contraria op. videtur verior, videlicet, q. poenam posse in ista ultima parte regulæ non referantur ad omnes partes superiores. Ratio est, † quia quando clausulæ superiores habent suam propriam, & specialem determinationem clausulæ, seu qualitas in fine apposita ad superiora non referuntur, ut est tex. in. c. cum dilectus. de dona. & tener. Abb. in. c. causam. col. iii. de rescr. & sequuntur ibidem communiter docto. sed in casu nostro partes precedentēs istius regulæ habent suam specialem determinationem, quia si impenitans non citauerit infra sex menses, & prosecutus fuerit causam infra annum, & alia, quæ in principio regulæ enumerantur, non seruauerit, triplici poena punitur, vide licet, quia impenitatio, & inde secuta, quæcumq. annullantur, ac parti læse in damnis, & inter esse condemnatur, & sic secundum qualitatem delicti impenitans haber suas poenas, non igitur iustum videtur aliis tribus poenis in fine regulæ positis puniri, ex quo illæ tres poenæ respiciunt

R.E.G. DE ANNALI POSSESSORE. CLXVIII

respiciunt casum diuersum, & habent suam determinationem de per se. Præsertim, quia ab absurdum videtur, quod quis ultra condignum puniatur, ut in capitulo non afferatur. m. xxiiii. q. i. & not. docto. in cap. at si clerici. de iudi. & in. l. sancimus. C. de poen. quo casu vbi ex aliquo facto absurdum sequitur vel considerari potest, clausula in fine apposita, ad praecedentia non referatur, ut dicit Abb. in. c. ecclesia. el ultimo per illum tex. de electio. 3 Præsertim, quia quantum in una dispositione diuersi sunt. §. siue partes † poena apposita in ultima parte non extendit, nec refertur ad alias partes habentes diuersam rationem, ut not. Iml. & Car. in cle. f. §. f. in f. per glo. ibi. Et ita ex istis poterunt ea, quæ superius pro parte contraria dicta fuerint, limitari, & resoluiri, ultra quæ videnda sunt ea, quæ dixi latius in. §. poenales. insti. de actio. **N**on obstat etiam, q. per annullationem actorum, & sic citationis factam contra non obseruatum primam partem in necessariam consequentiam desinat beneficium litigiosum, quia responderet acta hic annullantur, prout ex nunc, id est, tempore quo datur de regula, & tunc verum est dicere cessare litis pendentiam, secus vero in præteritum. i. ab initio, quia a principio anteq. exciperetur de regula per citationem inducta fuit semel lis, & licet postea alimentum eius tollatur per annullationem actorum, effesus tamen per prius consummati vigore illius non tollitur, † quia effectus consumati semper durant, licet tollatur causa, quæ illos causavit, ut in. l. f. ff. vnde lib. l. si cognatis. ff. de re. dub. l. quicq. §. f. ff. de publicia. & l. antepenult. C. de insti. & substi. & l. i. §. i. C. de visuca. transfor. tradit. Decius in. c. i. de iudi. & in. c. cum cessante. de appell. Nam mortuo pictoris remanet pictura, & mortuo genitore remanet genus, ut dicit Bal. in. l. generaliter. C. de epif. & cle. R. manebit ergo beneficium litigiosum, dato, q. annulletur prouisio, & processus, nec poterit talis possessor semel conuentus iuuari possessione triennali, tanq. q. eius possessio maneat pacifica, & non fuerit interrupta, secus tamen est in ultima parte regulæ, in qua iam per sententiam iudicis impenitentem iniustum, & improbum fuisse constat, quia talis casu ultra alias duas poenas illa etiam imponitur, q. beneficium in antea non censeatur litigiosum, & sic pondera verbum ante. i. quod concernit initium liti, ad differentiam, q. in primo casu regulæ non desinit esse litigiosum, & ratio est, quia in primo casu regulæ non constat adhuc impenitentem calumniosum fuisse. Nam propterea, q. non seruavit formam hic traditam improbus non iudicabit, quia improbitas & molesta concernit vexationem de facto, & possunt ista esse simul, q. aliquis non seruauerit primam partem regulæ, & tamen, q. vere competat illi ius, quia donec non fuerit declaratum per iudicem, dici non potest illi ius non competere, iuxta ea, quæ dicit Egid. deci. ciui. incip. non dicitur constare, tener. Arachidia. & lo. Andr. in. c. si beneficia. de præb. lib. vi. Sed in ultima parte regulæ peccatur non solum in transgressione formæ traditæ, sed etiam in defectu iuris, ex quo improbitas arguitur, ut dicit Abb. in. c. calumniam. in. ii. col. de penis. Nam quando de meliori iure possessoris constat, nunc impenitans in mala fide constituitur, ex qua temeritas litigandi causatur, ut dicit Bar. in. l. si quis insificatus. ff. deposit. & in. l. eū quem temere. ff. de iudi. nimis igitur si tor poenam puniatur, postq. perperam, de facto, & iniuste possesorem vexavit.

Quæstio Octuagesima tercia.

CTVAGESIMOTERIO. Quæro, † quare exceptio istius regulæ annullat titulum impenitantis, & exceptio regulæ de triennali non?

SOLVTO. Quia in regula ista ponuntur plura requisita, & qualitates, quas tenetur impenitans exprimere in sua impenitentia, videlicet, nomen, gradus, nobilitatem possessoris, & quorū annis ille possedit, & huiusmodi reliqua, quorum taciturnitas in aliquibus eorum reddit gratiam nullam etiam de iure communis si opponatur: **N**am de iure communis in impenitentia requiritur, q. mentio de possessione viuentis fiat, alias impenitatio est nulla, ut tradunt doct. in. c. cu nostris. de concess. præben. & Fely. late in. c. in nostra. in. xxxvi. corrella. de rescr. Sed ista non militant in regula de triennali, quia impenitans ad nullum requisitum obligatur, sed poena illa suspensionis gratiae ibi proper negligeniam impenitatis inducitur, quæ quidem negligientia poena non erit perpetua, sed durabit viuente possesore, sed in regula ista poena est perpetua, quia annullatur ipso iure impenitatio, & titulus reducitur ad non titulum, non autem suspenditur, ut in regula de triennali.

OCTVAGESIMO QVARTO Quarto, & non annus de quo ista regula loquitur currit impetranti, qui ignorabat aliquem esse annalem possessorem!

SOLVATIO. Dicendum, videtur, quod non, quia licet regulariter aliae præscriptiones contra ignorantem currat, ut est tex. in. l. f. C. de longi temp. præscrip. Tamen præscriptio annalis non currit probabiliter ignorantem, vt pater in. l. cum tex. ff. de ædil. ædict. quia ybi lex non notat culpanam annus non currit, nisi a die scientiar. c. cum seruorum. de ser. ordi. tra. dit Bal. in. c. fi. de prohi. seu. alie. ¶ Tamen istis non obstante, crederem contrarium esse verius, & vt aliquid plus operetur regula ista, q̄ dispositio iuris communis, argu. eorum, quæ dicit Bar. in. l. iii. §. firem. ff. de leg. iii. Præsertim, quia si contrarium diceremus, possent infinite fraudes contra possessores committi, inuestigare igitur debet impetrans possessorem, vel procurare prorogationē regulā, aut saltem eius prorogationem, quæ denegari non solet, quousq; inueniat possessore. Et ad contraria responderi potest, ex his, quæ Bar. scribit in. l. §. si quis autem propter ff. de iti. actusq; priua. & ea quæ latius traduit Moder. in tract. præscrip. fol. xxxvii. in. l. iii. col. alias non faciens diligentias prædictas excludetur exceptione regulæ, quia, vt dicit Ludo. Roma, in consilio. ccccxxxi. non terminans causam infra annum sibi datum censetur gratiæ sua renunciare, vt ibi per eum. Sed pro prima op. faciunt ea, quæ dicit Glosator in f. commenti regulæ de publican. refig. & ibi dicuntur.

TEM Statuit, & ordinavit idem Dominus noster, q̄ si quis quæcunq; ecclesiastica beneficia qualiacunq; sint ab eis simoniaco ingressu ex apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet; per triennium pacifice possiderint. Dummodo in beneficiis, si dispositioni apostolicæ ex aliqua reseruatio generali incorpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserit, super eisdē beneficiis taliter possessis molestari nequeant. Necnon impetraciones de beneficiis ipsis lic possessis factas, irritas, & inanes censerit debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguentes.

PRAEFATIO.

NOTABILIS, & quotidiana è materia istius regulæ, & p pluteis altercatiōnes in curia, & foro sive discussa. Ideo eā p tenue facultate mea plenius attigā. ¶ Habuit originē ista regula a decreto quodam Basiliense, concilii ordine. viii, vt dicit Moder. quidam intra. ta. electio. fol. lxxxvii. & Glosator hic, & ann. ipsos Fely. in. c. sicut. in. vi. col. de re iud. a quo quidē cōcilii Basiliæ, decreto fuit fere ad verbum transcripta, paucis omissis, additis, vel immutatis. Et licet prædictum decretum concilii sit antiquum, additio tamen istius regulæ moderna est, & forte magis res cens. q̄ regula de annuali: quia illa incipit ab Eugenio, ista vero a tempore Calixti, q̄ qui primis eam in usum tradidit, addita vna clausula post illa verba, se non intruserint &c. quæ in Modernis regulis omissa fuit, quæ est ista, videlicet, & causa super istis beneficiis, ab anno proxime transacto prosecutæ non fuerint, &c. Hadrianus vero VI. plura ad istam regulā addidit: Primum ibi, dum dicebat, ex apostolica vel ordinaria collatione &c. addidit ista verba, ex quois titulo apostolico &c. & hoc fecit effectum, vt ista regula comprehendere cōmendat: super quo antea in Rora dubitabatur. Secundo in fine regulæ, ibi, antiquas lites &c. fuit additum super illis contra quoscunq; huiusmodi possessores in eisdē beneficiis prædecessoris penitus extinguentendo. Et hoc fecit ad tollendū dubium, quod siebat ex deci. x. vi. lit. pend. in no. videlicet, quod lis semel per prædecessores introducta afficiebat beneficium, donec per sententiam esset finita, ita q̄ interim possessor pacificus dici non poterat, qd est per d. clausulam sublatu: quia licet prædecessori fuerit mota lis, si successor postea per triennium possideat, defenditur ista regula, quæ hodie est in vñu, & non prædictum concilium Basiliense, & licet decretum illum cōcilii prædicti, cum sit perpetuū, videbatur magis efficax, & maioris autoritatis in decisionibus causarum, ad causandum effectum istius regulæ propter rationem, quam ponit Abb. in. c. prudentiam. in princ. de offi. deleg. ¶ Tamen quia illud cōcilium receptū nō fuit, nisi in certis casibus expressis si ibi p Eugenio summi pōtificis authoritate illius vti noluerit, ne sic tacite illud ap. pbare viderent, quod ex eo appareret, quia in ista regula nullā de eo mentionem fecerunt. Et illud concilii decretū, & regula ista cū illo cōcordans, forte fundamentū accepérunt ab acquisitatem. l. properandū. C. de iudi. que lites triennio terminare voluit, vel a ratione. l. prim. ff. de vñu, quæ in vñcipatione rerum mobilium triennium induxit, in pœna negligentium eas, vel fortasse regula ista fomentum habuita Chalcedonensi concilio, quod eccliarum parochiarum, vel possessiones per triennium quiete, & absq; vi possessas, inconcussas manere voluit de quo quidem concilio Chalcedonensi factum fuit postea decretum antiquum, quod scribitur in libro membrano vetustissimo decretorum, & conciliorū sedis apostolicar. lib. v. c. xxvi. vt cunq; sit negligientia nō pertinentis ius sui, in causa fuit, vt prædictæ constitutiones aderent. Quā quide negligentiam

FF

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

cum misterio papa sic considerauit, beneficia in hoc rebus mobilibus comparas, quae etiam fragilia sunt, & sicut res mobiles ad tempus durant, ut inferius dicitur. **C.** Nec mirandum si triennalis possessio tamen roboris tribuat iuri ab initio inualido, cu homo ipse, cuius gratia beneficia inuenta fuere, si ab initio malus sit, triennio de malo bonis fieri sumit, ut dicit tex. notabilis in S. Sancimus, in auth. de mona, & not. And. sicut in reper. c. testimonii. de testi. & Fely. in. c. cu deputati. in prin. de iudic. & ante ipsos Roman. in consilio. cxxxvi. in tercia columna. multa enim singularia privelegia praeter communias regulas, etiam apud Philosophos, hic numerus ternarius visur paucit sibi, que recensere extra propositam quidem materialia videtur, cum de hoc sat superque Clichthoneus in libello quodam, quem de mistica numerorum ratione addidit, scribat, & Sylvius in griffo Ausonii omnia ternarii numeri loca commenores, que forte curiosum interlegendum detinere aliquando possent. Et Ludovicus Vinaldus, in opere regali de laudibus trium siliorum, lxxiii. laudes istius numeri ternarii scribit, que ibi uideri poterunt. Sed iam rem ipsam aggrediamur.

Suntmarium Questionum Regulae de Triennali.

- Primo quero, quare magis intuendis possessoribus triennium, & decennium, vel aliud breuius tempus praefixit papa.
 Secundo quero iuxta illud verbum ibi, quod si quicunque &c. nunquid ista regula defendat bastardum, sive illegitimum possessorem cum colorato titulo.
 Tertio quero, an ista regula defendat secundum possidentem dignitatem, vel administrationem.
 Quarto quero ibi beneficia qualiacunque sint &c. an sub istis verbis regulae comprehendantur feudum ecclesiasticum.
 + Quinto quero, an regula ista de triennali habeat locum in beneficiis commendatis perpetuo secundum stilum nostri temporis.
 Sexto quero, quia dicitur hic quacunque beneficia, an regula procedat in officiis.
 Septimo quero, an comprehendat hospitalia.
 Octavo quero, an regula ista habeat locum in beneficio unito.
 Nonno quero, an habeat locum ista regula in beneficio iurisperio.
 Decimo quero, an possidens duo beneficia curata per triennium, & sic incompatibilis, vel ille, qui non est promotus infra annum ad sacros ordines, iuxta capitulum licet. & c. cōmissaria, de electio. libro sexto, defendatur ista regula.
 Undecimo quero, an ista regula defendat expoliatorem possessorem, vel successorem eius habentes titulum coloratum contra spoliatum, vel successorem spoliati agentem spolio, vel sic, nunquid ista regula habeat locum quando agitur possessorio.
 Duodecimo quero, quia regula ista excipit simoni acum ingressum, queritur de qua simonia intelligitur regula, an de actuali, vel coventionali, aut mentali, vel utraque simula.
 Decimoterio qro, an successor in beneficio tit. mutationis, vel alias possit contra tertium spem trahere utri exceptione istius regulae competenter praedecessori suo ex sua triennali possessione.
 Decimoquarto quero, utrum exceptio istius regulae iam in actis proposita per defunctum triennalem possessorem contra auctorem molestantem transferatur in subrogatum in iure ei quoad possessionem, & ad omne ius, quod illi quomodolibet competebat, etiam quoad prosecutionem, & defensionem litis, & causa in eo statu in quo defunctus existebatur, etiam si resignaret, admitti potuerit, & debuisset.
 Decimoquinto quero, nunquid triennium istius regulae currat contra minorem quatuordecim annorum, adeo, quod exceptione istius regulae repellatur.
 Decimosexto quero, nunquid totum triennium, ad quod hodie redacta est allegatio Lap. lxxix. debeat esse continuum tempore primi resignatarii quoad hoc, ut presumatur retrocessio, an vero sufficiat, quod continuerit pro parte tempore primi, & pro reliqua parte tempore secundi resignatarii.
 Decimosseptimo quero, impetratur beneficium detentum per aliquem per plures annos, & in impetracione habet tempus detentoris pro expresso cum clausula non obstan. regulis, an per hoc censeatur derogatum isti regulae de triennali.
 Decimoctauo quero, an si titulus coloratus triennalis possessoris reducatur ad non titulum, habeat locum regula.

Decimonono

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXX

- X Decimonono quero, nunquid regula ista, que annullat impetraciones, intelligatur de impetracionibus factis ante triennalem possessionem, an vero de factis post.
 Vigesimo quarto, an triennium istius regulae debeat esse continuum, an vero sufficiat interpollatum.
 Vigesimoprimo quero, an prorogatio regulae de triennali factam per unum ex litigibus contra possessorem triennalem profituerentibus pro interesse suo infra tempus prorogatum, tamen post triennium contra dictum possessorem.
 Vigesimosecondo quarto, utrum vltra praedicta utrum interruptio pacifice triennalis possessionis facta ad citationem unius prostralis.
 Vigesimotertio quero, si habens prorogationem istius regulae ad annum cui non competit efficax ius contra triennalem possessorem cedat ius suum in alium habentem melius ius, qui tamen erat exclusus per regulam, utrum possit iste resignatarius etiam subrogatus ad statum in quo erat cedens vi beneficio prorogationis cedentis, ut possit agere contra triennalem possessorem a quo prius fuerat exclusus.
 Vigesimoquarto quero, an si resignatus post resignationem perfectam ex causa permutatis, per triennium pacifice in possessione manserit, exceptione ictius regulae aduersus terrum impetrantem se tueri possit.
 Vigesimoquinto quero, an exceptio istius regulae, que competit possessori possit opponi per eundem post amissam possessionem per tres sententias cum excutorialibus in iudicio restitutio in integrum cum clausula constito de bono iure.
 Vigesimosexto qro, quia ista regula requirit titulum, ut pater ex illis verbis ex apostolica, vel ordinaria collatione &c. an intelligatur de vero, & valido, an vero sufficiat titulus coloratus, vel presumptus.
 Vigesimo septimo quero, quia dictum fuit, quod regula ista requirit saltem titulum coloratum, quis dicatur coloratus titulus.
 Vigesimo octavo quero, an electus a capitulo, & confirmatus ab episcopo excommunicato, & publicato, dicatur habere coloratum titulum.
 Vigesimomonro quero, nunquid impetrans a papa beneficium vacans in curia, & sic reservatum reseruatione in corpore iuris clausa hoc non expresso dicitur habere titulum coloratum, & defendatur ista regula.
 Trigesimo quero, papa contulit beneficium reseruatione Martino, qui post triennalem possessionem moritur extra curia, & ordinarius contulit Titio, papa vero contulit Gao, & ille possedit pacifice per triennium, quideinde consentens a Gao excipit de regula, dubitatur nunquid sit illi locus.
 Trigesimoprimo quero, quia hic dicitur de reseruatione in corpore iuris clausa nunquid illa reseratio sit unica, an plures, & de quibus intelligetur regula.
 Trigesimosecondo quero, nunquid dicatur habere coloratum titulum ad effectum istius regulae, qui sive praesentans, & institutus ad capellam testatoris in vita vxoris contra voluntatem testatoris prohibens praesentari capellanum in vita uxoris sue.
 Trigesimotertio quero, an dicatur habere titulum coloratum, qui habet ab ordinario collationem beneficii factam propter sententiam priuationis latam contra possessorem de cuius sententiae processu non constat.
 Trigesimoquarto qro, an habens titulum coloratum si infra triennium locat beneficii, & postea completeret triennium, dicatur possedit ex primo titulo, an vero mutatis sibi causam possidente, quae mutatio redderet eum triennalem.
 Trigesimognoto qro ibi, electio, & electione, & electione, seu punctione, & punctione, institutione, &c. an sola electio, vel sola punctione det titulum coloratum ad effectum istius regulae.
 Trigesimosexto qro, an titulus coloratus regitus in ista regula pbeat p confessione auctoris.
 Trigesimoseptimo quero, nunquid possidens beneficium per triennium ex collatione capituli, de cuius potestate non constabat, dicetur habere coloratum titulum.
 Trigesimo octavo qro, nunquid noua prouisio impetrata in curia pro absente, qui a capitulo, de cuius potestate non constabat, possit fuerat, det titulum coloratum ad effectum istius regulae.
 Trigesimomonro qro, an possessori alleganti regula de triennali sufficiat p colorato titulo bullia pensionis expedita pro illo, qui resignauerat eidem possessori beneficium quod possidet.
 Quadragesimo quero, nunquid capiens beneficium litigiosum vacans vigore sue gratia

FF ii

expectarię ,dicitur habere titulum coloratum.

Quadragesimo primo quarto,quid si ordinarius contulit vni tertio,puta Titio nō collitigā
tribencicū litigiosum vacans per obitū alterius ex collitigatibus possessoris, & ille Ti
tius postea trienio pacifice posseideat,vtrū dicaē h̄e tituli coloratū ad effectū istius reg.

Quadragesimo secundo quarto,an ista regula de triennali sicut requirit titulum saltem colo

ratum ,requirat etiam bonam fidem.

Quadragesimo tertio quarto,quis tenetur probare titulum esse coloratum ad effectum isti
us regulæ si negatur esse coloratum per agentem contra triennalem.

Quadragesimo quarto quarto,an impetrans beneficium viuentis, & postea possidens vigo
re illius impetrationis per triennium possit mortuo illo per cuius obitum impetravit,vt
privilegio regulæ contra alios impetrantes.

Quadragesimo quinto qro,ponamus, q̄ vnius possedit bñficiū trienio, & titulo nō colorato,
in tertio año, supuenit titulus coloratus, an possit post triennium ingetari, & iuuēt regla.

Quadragesimo sexto qro,dictū fuit, q̄ regula ista regit continuū trienniū, & nō interpolla
tū, qd̄ si possessor triennialis possedit per triennium continuū, sed virtute duorum titu
lorum : Nam per duos annos possedit vigore vnius tituli , tertio vero anno voluit pos
sidere virtute alterius tituli fortassis melioris, nunquid iuuetur regula.

Quadragesimo septimo quarto,quia hic fit mentio de intusione, vt pater ibi dummodo in
beneficiis h̄mōi se non intrusifert &c, quis dicatur intrusus quoad effectū istius regulæ.

Quadragesimo octavo quarto,nunquid dicatur intrusus ille, qui ingrediuntur possessionem
cum titulo præter autoritatem superioris.

Quadragesimo nono qro,an ista regula defendat possessorē in bñficio cōtra h̄fitem regres
sum in specie ad illud.

Quinquagesimo qro,an ista regula defendat illū, q̄ cōsensit accessui, & regressui ob nō so
lutione pensionis si post triennium pacificum agitur contra ipsum ad priuationem.

Quinquagesimo primo qro,an exceptio istius regulæ obſter excipienti de regula de non ex
primendo uero valore.

Quinquagesimo secundo quarto, an hereticus defendatur ista regula.

+ Quinquagesimo tertio quarto,quia tex.istius regulæ requirit triennalem possessionem pa
cificam, quæ dicitur pacifica possesso ad effectum regulæ.

Quinquagesimo quarto quarto,an per appellationē extrajudiciale intimatā possessori po
stea defracta pacifica possesso triennialis interrupta fuerit.

Quinquagesimo quinto quarto,an possesso desinat esse pacifica quoad istam regulam, si
possessor triennialis confiteatur per literas suas se habuisse necessitatem citationis contra
eum decreete ante completum triennium.

Quinquagesimo sexto quarto,nunquid possessor cōmittens cām, & decernens citationē cō
tra tertii super bñficio,quod possedit,quā citationē per decē annos non fuit executus,
sed semper bñficiū predictū possedit dictū pacificus possessor ad effectū istius regulæ,

Quinquagesimo septimo quarto,an ab ista regula deducatur tempus impedimenti bello
rum,intra quod non potuit citari possessor.

Quinquagesimo octavo quarto,quid important ista verba posita in tex.videlicet,super be
neficiis sic possessis nequeant molestari &c.

Quinquagesimo nono qro,an possesso capta pamicū sine mādato cū titulo colorato pos
sit inde ad duos annos per dominū ratificari,Itaq; post ratificationem dominus possidēs
per annum efficiatur triennialum in praetiudicium medii impetrantis a papa.

Sexagesimo qro,an possessor triennialis cum titulo tr̄m colorato possit agere post triennium
contra habentem verum titulum ad recuperationem aliquorum fructū perceptorum.

Sexagesimo primo quarto,quomodo intelligantur ultima verba istius regulæ,videlicet, an
tiquas lites penitus extinguentes.

Sexagesimo secundo quarto,an regula ista tueatur non promotum infra annum,juxta .c.li
cer.de electio.libro sexto.

Sexagesimo tertio qro,an possessor citatus vigore cōmissionis in qua apposita fuit illa vul
garis clā, vñ, dūmō aī terminū ad articulātū l̄fas expedierit, & q̄ interim bñficiū non
cēseatur litigiosum &c. si post citationem possedit per triennium dicatur pacificus ad
effectum istius regulæ.

Quæstio

Quæstio Prima.

PRIMO Igitur quæro, † quare magis intuendis possessoribus trienniū q̄
decennum,vel aliud tempus p̄fixit papa?

SOLVTO. Posset capi ex dictis And. sicut in clem.i.in.iii.columna
nut. 17, de electio,qui dicebat triennium præfixum i legge, iſſuptioni fuſſil ar
bitriarum,cū sit iuriū positiū, prout alias in simili dicebat glo, in verbo ratus,
in.l.i. &.pueritiam,ff,de postul, ita quod idem viderit dicendum in casu istius regulæ.

¶ Tamen aduertendum est,quod licet ista ratio arbitria aliquid ad alias leges tem
poris præsinitias dari posset,non tamen in omni casu, & ad quamlibet legem quadrabit.
Præsertim quādo in lege aliqua ratio saltem in genere reddi potest,vt dicit Arch.in.c. Na
buchodonosor.col.ii.xxiii,q.iii,declarat Fely.in.c,si quādo,in.viii,& sequē.col.de resc.
& Bal,in.l.non dubium,in.ii,columna.C.de leg.Nam conari prius debemus,quoad fieri
posset,ne legem ratione mancam,velut euentualē,pro arbitrio, & fortuito conditam,di
mittamus:quoniam potius in ea oportet nos aliquam rationem forte etiam non omnino con
2 cludentem inuenire,vt dicit D. Antonius in.c,non debet,de consang,& affinit.

¶ Melius enim est,legem aliqua ratione etiam fatua defendere, q̄ nudam, & sine aliqua ratione dimit
tere,vt Moder,dicunt in.l.cū filio,de leg.i,quod obſeruavit glo,in.Leuuchis,C,qui teſta
facere po,qua fatuam rationem ad illam legem,cum aliam nō haberet,scripsit.Quođ iure
factū fuſſil doctores existimant,ne legem sine ratione dimitteret,quia,vt vulgo dici fo
let,lex sine ratione,corpus est sine anima:Nā rationem animam legis esse,omnes affirmat.
in.c,secūdo requiriſ,de appell.& in.c,cfi,de re,iur.li,vi.Et ideo qn̄ lex nō cōtinet rationē ex
pressam,debemus in ea, qn̄ aliam non inuenimus,rationem etiam remotam fugere, & illa
ſufficit,vt dicit Abb,in proe.Gregy.i.viii,col.ver,primo nora,& Domi,in.c,quāuis.el.ii.
¶ .f.circa ſi,de p̄reb.lib.vi.Et ob eam causam glo.iii,in.l.filium,C,fam,hercif,repren
dit illos,qui non aliter inuestigata ratione legis,ad quamlibet oppositionem legis,repone
ntib;ibi esse speciale,quod eriam derider la, in auth,qua aſtiones,in.ii.col.C,de epifc,&
cle,& in.l,ſi ex toto,col.ii,de lega,i,debemus enim ſpeculari rationem,etiam contra verba
legis,ne lex sine ratione videatur,vt dicit Cynus in.l.non dubium,C,de legi.Quođ impe
ratorem fecisse conſtat,in. & igitur,in proce,inſtitutionum,iam ad partendum inſtituio
num opus in quatuor libros,ratione magis colorata, q̄ concludentiſ ſit uſuſne forte librog
diuſionem pro arbitrio factam fuſſil dicemus.Quođ eriam papa nos facere docuit in.c
non debet,de consang,& affinit,quo loco ad reducendos consanguinitatis gradus ad qua
tuor,non rationibus arbitrii,& fortuitis,ſed persuasiuſ mouetur,vt ibi patet. ¶ Appa
ret ergo q̄ non illico,quod lex statuit aliquid fieri ſub certo temporis ſpacio, ſeu terminū
dierum p̄finit, dicere debemus hoc ſine ratione, ſed ex libito voluntatis, & pro arbitrio
principis factum fuſſil. Inuestiganda eſt igitur ratio,qua legem fuſſil ratione conſtatā fa
cile dignoscamus,ne alias ſine ratione respondēt merito rideamur, iuxta tex,in cap,ſic
bono,de pecc,diſt.iiii,& probant quidam Moder,in tract,extenſio,col.iiii,ſaci Oldra
conf.xciii,col.iiii,qua omnia in caſu p̄ſentis .q,militant:Nā cū regula ista,rationem
non affiſſer,quare papa potius trienniū, q̄ aliud tempus in beneficiis p̄ſcribendis in
duxit:debemus nos cā ex mente,vel conjecturis potius elicere, q̄ arbitrii papam trienniū
huiusmodi,arbitria & caſuali quadā ratione introductiſſe. Ratio igitur,qua mouere po
tuit ipſum papam ad triennium magis ſtatandum, q̄ aliud tempus, iudicio meo potuit
3 esse multiplex.¶ Prima fuit,frequentia & celebritas istius numeri ternarii,qua tam ſape le
gislatores & philoſophi viſiuerunt:quos papa in lege iſta cōdenda imitati voluit:Nā mo
destia plenum iudicatur, ſi principes in legibus condendiſ ſuſuetudines,& mores maio
rum ſequantur,proper rationes,quas adducit Roma,in confi.cccxxvii,col.ii,Conſtat igi
tur veteres legiſlatořes in actibus iudicialibus & extrajudicialibus, multū huic numero ter
nario tribuſſe,quod ex multipli ci legum numero de ternario numero loquentiū, facile
deprehendi potest: Nam in primis papa ad hoc triennium conſtituendum potuit moueri,
ex forma iudicij tradita in.c,forū,de verb,fig,qua ex ternario numero tanq; ex re perfectiſ
ſima,iudicium diſſiniuit,ex principio,medio,& fine:ideſt, iudice,actore,& reo. Eſt enim
hic numerus,vt inquit Dionysius Halicarnassēus lib .iii,historiarum,omni diſceptationi
conuenientiſſimus. Regula igitur ista,quaž judicialis eſt,debut tali numero conforma

ri. In quo generc aliud exemplum ad imitandum hahuit summus pontifex, positum in l. properandum. C. de iud. vbi tota concertationis species, & judicialis controvercia, tribus instantiis terminatur. Et ita etiam in l. prima. C. de fideicom. † per triennii præstationem Imperator fideicommissum induxit, & in l. quæcumq. C. de appo. publi. libro .x. tantum operari voluit, trienniū continui solutionem, & per eam voluit liberationem precedentium annorum arguere. Ex quorum iurium exemplo, & ratione, putabat Decius, vir alicquin omnium temporum & horarum curiosissimum in l. si certis annis. columna secunda. C. de paet. triennium istius regulæ inductum fuisse non aut pro arbitrio, & libito voluntatis pape. Aliud est magis proximum imitationis exemplum habuit papa ad triennium statuendum, ex l. prima. ff. de vñscap. quæ propter negligentiam, ac non perentis ius suum defidam, vñscaptione triennalem in rebus mobilibus induxit. Quorum similitudine papa dicitur, voluit etiam negligentem petere beneficium suum lapsō triennio, eadem pena mulctare, silentium illi imponens, in hoc beneficia (vt opinor) rebus mobilibus comparans. Nec immerito: nam & anni redditus, qui cum persona extinguntur, & cum ecclesiasticis beneficiis symbolum habent, appellatione mobilium continentur, vt notabiliter dicit Abb. in consil. lxxii. in. iiiii. columna. libro secundo. limitans per hoc iura contrarium dispensationem, vt procedant quando conceduntur loco ad longissimum tempus. Ethoc etiam vñtra Abb. videtur sentire lo. de Anania in c. in ciuitate. in .xxv. columna. de vñscap. Sicut ergo in vñscaptionibus pro rebus mobilibus datur triennium, ita papa pro posseſſione tuenda idem tempus iniunxit. † Et sicut etiam in c. i. de præscrip. per triennium possidens rem ecclæſia, etiam cum mala fide prescribit eam: ita & post idem beneficium triennio tutus esse debet. Plura enim ad triennium magis, q. ad aliud tempus statuendum summum pontificē induxerunt, vt superius diximus, & etiam appetet in c. sua nobis, cum sequen. de appella. vbi papa omnem grautaminis querelam sub tribus tantum appellationum gradibus conslit. Et in c. contingit. el. ii. de sen. excō. iudiciale monitionem tribus quoq. terminis voluntate contentam; quod etiam in denunciatione canonica, seu euangelica seruatum legimus. Illa enim tria etiam monitione perficit, qua seruata reus homo iudicatur. vt in c. nouit. de iu. Sic et veteres, hoīem tribus denunciationibus cōuicti, tribus literis indicabāt, authore Suida. † Nam cum volebant hominem malum significare, scribabant vnum Caput; cum vero peiorē, duo; cum pessimum, tria habere Cappa dixerūt. Ex quo, prouerbio peruetusto, vt id obiter dicamus, compositum puto hoc nomen fur, cum ministerio trium literarum. Vnde merito ille titulus trium etiam dictiōnum. ff. nauta, capo, stabularii, originem accepit; quando & hoc personarum genus multis in locis taxatur, & furibus omnino aequiparetur, ut pater in l. i. in prin. co. tit. ibi ne materia detinū turibus coeundi. &c. & in l. & ita. § sed si totam. eo. tit. ibi prætor curam agere reprimendæ improbitatis horum hominum &c. & alibi sepe. Inde evenit, q. pro pessimo homine, tribus Cappis digno, anti qui intelligebant Cretensem, Cilica, Cappadocia; qui singularis fuisse improbitatis memoriuntur. Quod quidem genū hominum, prout de malo teste dicimus, tribus personis est obnoxium, deo, iudici, & parti, vt in c. i. de criminē falsi. Sic etiam aduocato malo ad se corrigendum de errore suo, tres illi dies præfiniuntur, in l. si. C. de errore aduoca. sicut recusanti iudicem tres etiam dies assignantur, in l. si. C. de iudi. Et in summa torum ius civile, quod in tres distributum est partes, ut dicit tex. in. §. si. insti. de iure na. Totū etiam pontificium ius, numeris ternariis est referunt. † Iuxta quem numerum, non absque summa ratione, tēpora in præteritum, præsens, & futurum distinxit Deus. Nequilibus ex numeris tam frequenter in diuinis, & humanis actibus commendatus fuit, aut speciali prærogatiua munitus, sicut ternarius. Cum igitur regula ista judicialis sit, papa frequentiam fecutus, voluit eam triennii posseſſione magis q. alterius temporis esse contentam. Plura alia exempla numeri ternarii, quibus papa ad hūc potius ternarium, q. alium numerum deligendum potuit moueri, contextere possem, quæ nē in re tam leui tempus conteram, recensere desinam; vt obiter omittam, quæ in sacris literis isto numero, Augustinus, Hieronymus, & Ambrosius variis in locis tradiderunt, quos late Paulus Forofempronien, episcopus, & Io. Fazber in illis tract, quos de triduo Christi scriperunt, & Iodocus Clichthoneus in libello, qui de mistica numerorum ratione inscribitur, referunt, cum sexcentis aliis locis, quos accurate in hac materia Guliel. Benedictus, in copiosa repeti. c. Raynicius, de testa. fol. xv. consessim, quæ omnia huc pertinent, vt dicamus papam non tam arbitrio suo, & casti fortuito, vt quidam

(ut quidā voluerunt) ad triennium constitendum: sed potius ratione certa, & exemplo clarissimo, sacrarumq. legū imitatione digna motū fuisse, quæ in similibus casibus hoc numerus, magis q. alio, tanq. omnium perfectissimo vñscē fuerūt. Et secundū istius rationes emanarum ista iura in c. si seruus. el secundō. liii. distinct. & in c. si quis. vii. q. si. quæ hunc numerum ternarium in diuersis aliis casibus amplexa fuerunt. Et certe si triennium hic constitutū vñscaptioni comparemus; proculdubio iudicabimus summum Pontificem, non fortuito, sed rationabiliter ad hoc triennū statuendum motum fuisse. Nam in vñscaptione rerum mobilium, quarum vñsum quotidianum habemus, ideo triennium magis, q. decennium constitutum fuit, vt homines ad repertū tales res ad vñsum vita necessarias, celerius arctarentur; quæ ex vñs quotidiano occupatoris dissipari, atq. omnino possente detiores fieri, vñscap. consumi. † Nam mobilia pro maiore parte per triennium consumi præsumuntur, iuxta glo. notabilem in l. i. C. si aduer. vñsc. & glo. penu. in l. si. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necel. quæ ad hoc Alexan. adducit in l. interdum. ff. de condī. indeb. in secunda addi. ad Bar. Necq. iuris conditor brevius tempus triennio hoc casu statuere potuit, propter totidem gradus appellationum, quæ reis condemnatis ac se defendendum a lege conceduntur, ob quam causam tres instantiae iudicij in dicta. l. properandū. C. de iudic. statutæ fuerint. Et infra idem tempus summus Pontifex conueniens putauit, etiam beneficiatos beneficia eorum occupata repetrere debere; quorum etiam beneficiorum, sicut & rerum mobilium, vñsum tantum habemus, qui quotidie consumuntur. Apparet igitur ex omnibus prædictis, summum Pontificem optimam ratione, & dignam totum imitatione motum fuisse. Nam, vt inquit Cicero, quod exēplo fit, ratione fieri putatur. Sed de iis satis.

Quæſtio Secunda.

S E C V N D O. Quaro, † iuxta illud verbum ibi, quod si quisunque, &c. num quid ista regula bastardum, sive illegitimum posſeſſorem cum colorato titulo defendaſt?

C O S O L V T I O. Ista quæſtio heri tertia mensis Iunii M. D. xxx. in Rota proposita fuit, in causa Legioneñ. corā R. P. D. Petro Vortio, in qua quidā ex dominis dicebāt, regulā illegitimū nō tueri, ex eo, quia verba generalia istius regulæ, de habilibus intelligi debebant, iuxta vulg. l. vt gradatim. ff. de mune. & ho. & glo. in verbo quibuscumq. § sed hæc solēnia, insti. de verb. obliga. Quod procedit etiā, si constitutionis verba vniuersalia sint, prout hīc: quia etiam dicta verba ad habilia restringuntur, vt tradit Domini. in. c. cum in illis. §. i. 2. colum. fin. de præben. lib. vi. cum concor. vt scribit Decius in consil. clxxi. colum. fin. † Et ita videmus, q. verbū quodcumq. vniuersale in l. in traditionibus. ff. de pæctis. & in l. emas. cipari. ff. de adoptio. etiam ad habilia restringitur. Et regulariter in materia maxime exorbitanti, talis restrictio verborum generalium fieri debet, vt tradit Anto. de Butt. consil. xix. in terria colum. Nam dictio quæcumq. simpliciter de persona loquens, de legitima, & habili intelligi debet, nisi termino communī vtrung, comprehendenti addatur, vt dixit Alexan. consil. lxxx. columna fin. libro. i. Et hoc idem in regulis Cancelleriæ etiam generaliter loquétibus habere locum voluit quidam doctus Moder. repetens capitulū Raynicius, fol. vii. numero. 32. de testa.

Et quod regula ista bastardoſ comprehēdere non debeat, ratione consonū videtur: quia illegitimi omnium iurium spiritualiſ sunt incapaces, vt in. c. si gens Anglorum. lvi. distin. Et huiusmodi personæ, quoad cōmodum, & honores, a iure indigni censemuntur, vt not. glo. in cle. prima. de baptis. & Abb. in. c. cum Vintoniensis. in. iiiii. col. & in. c. innotuit. de electio. & in terminis reassumunt latius dicti Moder. in. d. repe. c. Raynicius. fol. vi. & Curtius Iunior in repe. Ladmonensis. ff. de iure iuran. qui æmulatione, vt creditur. Jasonis concurrentis materiam bastardorum ampliauit. Inde non abs re veteres Summi Pontifices diligenter curarunt, ne sacrum Cardinalium collegium hac labore pollueretur: Nam, vt referr Nicolaus de Vbadis nostri ordinis olim insignis Auditor in tracta. successio. ab intesta. col. xlxi. a Paulo II. proprio eius ore audiūtis quendam spuriū per Eugenium III. ad Cardinalatum assūptum, ante receptionem pilei, quasi miraculose rebus humanis exemplum. Quod idem sanctissimum institutum in nostro sacro Auditorio Rota inuicibiliter seruatum fuisse satis compertum est: Nam cum idem Nicolaus apud eundem Paulum

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

Rota nomine supplicaret, licet eis inquire contra quendam, qui ab eodem Paulo mandatum ad auditoratum habuerat, nunquid bastardus esset. Paulus libenter annuit, subiungens, honestum esse per huiusmodi labem locum nostrum non contaminari, referens exemplum dicti Cardinalis per Eugenium assumpti. Ita dicit D. Nicolaus vbi supra. Et ob eam causam Philippum Decium, alias ad auditoratum mandatum habentem exclusum loco, legimus. Cum igitur regula ista sit privilegiata, & favorabilis possessoribus, non videatur verisimile velle bastardos tanto fauore munire, vt dicit Glosator hic.

C Tamen istis non obstante, maior pars dominorum conclusit contrarium, videlicet, illegitimus regula ista defendi, pro qua opere. In primis verbum quicunque, hic positum ponderabant, quod est generale, ut in c. solite, circa f. de maio, & obediens. & in c. sciant cuncti, de electio, lib. vi, & in l. quicunque. C. de ser fug. quod uestibuli de sui natura includit ea, quae alias sibi simplici dispositione non comprehendenderunt, vt not. glo. in clem. ii. de vita & honeste. cleric. & glo. in versi. quicunque, in cle. i. de iudi. not. Abb. in c. super questionum, in glo. de offic. deleg. & reallsum Curtius Junior consil. primo. & Felyn. in c. postulasti. in. xi. col. de rescrip. & ante ipsos Roma. consil. xxxi. vissi iis, &c. Et idem Felyn. in capitul. nonnulli. in prin. in. ix. colum. de rescrip. & in materia dispensacionis, quae solet esse stricti iuris, vt in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. Verbum quicunque omnia comprehedit, vt est glo. in extrauag. excrabilis quae allegat cle. si Romanus de praebend. fac t. tex. & glo. in clem. prima. in f. de re iudi. quam ad hoc notat Oldra. consil. ccxvii. attento, &c. cum similibus.

Q Hinc est, quod licet dispensatus ad beneficia non possit habere dignitatem, vbi tamen fuisset dispensatus ad quae cuncte beneficia, talis dispensatio dignitates comprehendenter, ratione illius dictionis quae cuncte, vt dicit Rota, de filiis presby. ii. in no. & .iiij. de offic. ordi. in antiquis. sequuntur Moder. in tract. de benefic. in tercia. q. primi partis. colum. v. Et ista decisio procedit etiam si cum distinctione quacunque, coniungeretur dictio alia, quae soleat esse restrictiva similium. Prout in simili casu in vna Preceptoria Barchinonei, coram D. Paule Capitulo fuit in Rota iudicatum per dominos nona Ianuarii M. D. xxxi. Nam in d. causa dubitabatur, nunquid in facultate concessa numero Vassionei, ad beneficia, & praestmonia, & alia quae cuncte, &c. includerentur dignitates, & vna pars Dominorum dicebat, quod sic. Ponderando distinctionem quae cuncte, esse vniuersalem, per ita superiorius allegata, & ea, quae dicit Felyn. in. c. de quarta de praescriptio in. iii. colum. vbi dicit, quod licet appellatio ne beneficii non venient hospitalia, clemen. per literas, de praebend. sa'lit tamen nisi sit dictio qui ecunq. & id est de practitionis dicitur in glo. quod cuncte, in clemen. ii. de vita, & honesta. cleric. Alia vero pars Dominorum tenebat contrarium ex quo potestas nuncii erat odiosa, in praejudicium ordinarie potestatis, vt dicit Abb. in capitulo quis contra clericum, de foro competenti. Et ideo illa verba quae cuncte, debebant restringi ad habilia, & expressa, non ad ea, quae sunt speciali nota digna, vt dicit Domini. post Pet. de Ancha. in c. secundo. de preben. lib. vi. & Philip. Perusinus in. c. ad hoc. circa f. de appell. cum concordia, vel late scribit. Socin. in consil. ccx. In causa Nanetensi. in. ix. colum. Item, t' quia dictio alia, in dicta facultate nuncii posita, restringebat terminum generis ad expressa, iuxta ea, que dicit Oldra. consil. viii. & ccxvii. & Roma. consil. xiii. & xlvi. circa finem. & xcii. & Cal. consil. secundo. circa f. tit. de arbit. cum concordia. vi per Ias. in. l. quacunque, in primo notabili. C. qui admitti.

C Tandem istis non obstantibus Rota post longam disputationem, uno excepto, tenuit, contrarium, videlicet, in dicta facultate nuncii comprehendendi dignitates propter generalitatem dictionis quae cuncte, ponderata superiorius. Nec obstat dictio alia, adiuncta termino unius versali, quia illa non restringebat generalitatem verbis quae cuncte, vt est de hoc glo. notabilis, in verbo quamvis, in clementem, prima. de re iudi. que probat, iunctio tex. t' verba ista, uel alia quae cuncte, causae includere maiora expressi, pro qua plura adducit And. sicut, in. l. prima. f. in. iii. colum. ff. de verb. oblig. & in repet. l. cum accutissimi. in. xiii. col. C. de fideicommissis. Cum aliis adductis per Moder. lusitanos in. l. fundū. col. xx. ff. de reb. dub. qui respondent ad contraria, cum quibus concordat Alexan. in consil. xi. viso. in. iii. colum. & in consil. clv. uisis, & accurate. in secunda colum. uolu. it. Et ita in dicta causa Barchinonei, conclusum fuit per omnes dominos, & iudicatum dicta die. ix. Ianuarii in fauorem Jacobi Paratge magistri domus Cardinalis de Cesarinis, contra Antonium Carreras. Quae omnia conferendo ad casum nostrum reddunt decisionem claram, & expeditam, videlicet, quod generalitas

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXIII

generalitas istius uestibuli quicunque, positi in tex. comprehendit illegitimus, praesertim cum regulis ista tantum excipiunt duo genera personarum inhabilium, videlicet, simoniacum, & in trusum in beneficio referato, ergo in aliis manet regula firma. **C** Non obstat, quod verba generalia debent intelligi de personis inhabilibus, quia ultra responsiones, quae possunt colligi ex limitationibus traditis per Ias. in. l. fideiussor. h. prator. ff. qui sat. cog. de quibus late scripti in. h. in personā. insti. de actio. limitatur illa regula non habere locum quando lex loquitur taxative excipiens duo genera personarū, vt hic, quia tunc casus non excepti comprehenduntur sub regula, vt in. c. ii. ubi Abb. de coniug. lepro. Vel secundo negari potest illegitimus triennio possidentem inhabibilem esse, vt exceptione istius regulæ priuari debeat, cu' sit quædam defensio, t' sicut uidemus in excommunicato, qui licet erit iudicia inhabilis iudicetur, non tamen illi excipiendi facultas denegatur, vt in cap. cum inter. de exceptione. Cum igitur ista regula non det, nisi merita exceptionem possesso i, poterit ea illegitimus vti, qui non videatur tam odiosus, quantum excommunicatus, qui contrahere, & possidere potest. c. veritatis, de dolo, & contum. praesertim, quia hoc casu, ex quo per triennium a superiori est tolleratus, presumitur dispensatus, iuxta ea, quae tradit Pct. de Ancha. in consil. cxvii. cum materia. c. ordinarii. de offic. ordi. lib. vi. Vel tertio respodetur, quod dispositio istius regulæ, quia emanauit ad extinguidas lites, vt patet in f. tex. cōcernit bonum publicum, vt in. l. i. ff. de usucap. & in. l. properandum. C. de iudic. sed vbi agitur de utilitate publica lex non recipit restrictionem de habilitate personarum, vt dicit Bar. in. l. si quis in graui. h. vtrum. per illū tex. ff. ad fillenia. Et ita in indiuiduo super hoc puncto iudicavit Rota in vna Regien. parochialium coram me ponderando casus exceptos in regula. Et hanc eandem opere, hodie quæ numeratur. xxiii. Ianuarii M. D. xxxviii. in vna Romana parochialis Sancti Pauli, & Cœfarei coram D. Raynaldo Petruio omnes domini tenuerunt.

Quæstio Tertia.

TERTIO Quero, t' regula ista defendat fœminam possidentem dignitatem, vel administrationem?

C SOLVTO. Videntur, quod sic, quia verbum quicunque, positum in tex. comprehendit fœminam. l. i. ff. de verb. signi. Contrarium videtur tenere Glosator hic in. ii. colum. dum vult, quod ista verba intelligentur de inhabilibus, & ideo laicus, & mulier possidentes non iuuantur ista regula, faciunt ea, quae idem Glosator dicit in regula secunda. in f. supra eo.

C Quid dicendum? Pro resolutione istius articuli distinguiri potest hoc modo, videlicet, quod aut dignitas conceditur per papam fœminæ in titulum, vel administrationem, vt in abbatisa, vel priorista perpetua, quod potest facere papa, & tunc putare regulam habere locum cu' in istis eadem ratio defensionis militet, alias securus, & hoc in specie tenet Glosator concilii Basiliæ. tit. de pacifi. possessoribus, faciunt ea, quae in simili dixi in regula de infirmis respondant. in. vi. q.

Quæstio Quarta.

VARTO Quero, t' ibi, beneficia qualiacunque sint, &c. an sub istis verbis regula comprehendatur feudum ecclesiasticum?

C SOLVTO. Videntur dicendum, quod sic, quia feudum dicitur beneficium. c. primo. h. in primis. quib. cau. feu. admit. & notar. Petrus de ancha. in regula beneficium. in prima questione. de reg. iur. libro. vi. & lason in repe. l. re. coniuncti. nume. ccxvii. ff. de legis. iii. vbi etiam probat, quod feudum est mera gratia. Et in materia favorabili possessoribus, de qua ista regula loquitur, appellatione beneficii feudum comprehenditur, vt dicunt Moder. in preludio feudorum. Hinc est, quod in generali facultate dispensandi ad beneficia curata, & non curata feudum includitur, vt per plures rationes probat Decius in consil. lxxvi. licet in casu proposito, &c.

C Breuiter prædictis non obstantibus contrarium est concludendum, ex eo, t' quia licet in materia proportionabili defendi possit, appellatione beneficii feudum comprehendendi, vbi vero verba, uel subiecta materia repugnant, contrarium est dicendum, ut Prep. dixit in. c. per venerabilem. colum. xc. qui filii sunt legitimi. Sed clarum est, quod verba istius regulæ, quae de collatione, institutione, uel presentatione, loquitur, non adaptantur ad inuestituram feus.

COMMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

di, quae per istos modos non conferuntur. Igitur dispositio ista in eo, non habet locum, præfertim, quia casus hic excepti in regula, videlicet, de reservatione in corpore iuris clausa, & de beneficio simoniaico posse, nullatenus feudo conueniunt, sed solum beneficiis ecclesiasticis, quae a feudo differunt, adaptantur. ¶ Concludendum est igitur regulam in feudis locum non habere, præfertim quia in veris beneficiis ecclesiasticis est aliquid specialitatis annexum, quod non est in feudo, & in beneficiis quatuor requiriuntur, quæ ad hoc, ut beneficiis ecclesiasticis dicantur, quæ a feudi sunt multæ aliena, ut tradit Pet. de Ancha. in cap. primo. q. prima. de regu. iur. libro. vi. Sequitur Decius in rubrica de rescrip. Quæ omnia a natura feudi extranea videntur, prout etiam Moder. declarat in tract. beneficii. in prima parte. Dictio igitur qualiacungs, hic posita, recipiet distinctionem secundum subiecta materia, prout in. l. quæ situm. §. i. ff. de leg. iii. cum vulg.

¶ Quæstio Quinta.

QVINTO. Quero, & an regula ista de triennali habeat locum in beneficiis commendatis perpetuo secundum statum nostrum temporis?

CSOLVTO. Licet in pluribus regulis istius tractatus disputatus sit iste articulus, adeo, q. videbatur sufficere, jā dicta, Nihilominus q. misera iuris cōditio semper in infinitum decurrit, & nouas quotidianæ deproperat adere formæ, ut dicit imperator in. l. ii. C. de vere. iur. en. oportet nouis, & emergentibus casibus, nouas etiam accommodare decisiones, præfertim in hac quæstione. In qua maior in Rota suborta est difficultas, q. fuerit super quævis alia, q. istius tractatus, & ideo eam latius attingam, non repetitis hic motiuitis super ista eadem, q. in aliis regulis iam dictis ne fastidio sin studiosis, præfertim occupatis. Dico igitur circa istum articulū varias fuisse antiquorum, & moderniorū dominorū sententias: Nam quidā ex antiquis tenuerunt regulam istam habere locum in commendis perpetuis. Et hoc tenuit in specie Glosator concilii Basilicæ, quod habetur in pragmatica Franciæ sub titulo de paci, posse, in verbo titulū, motus ex eo, quia in perpetuis commendis

2 militat eadem ratio, quæ in aliis titulis. ¶ Et quia commenda secundum docto. in. c. nemo. de elect. lib. vi. dicitur titulus canonicus, qui sufficit ad istam regulam, ut tradit Henric. in cap. penul. colum. penul. de verb. signi. Hoc ille. Et cum ista op. transfeunt quidam Moderator. Sabineñ. in tract. commendarū, & in quibusdam apostillis hic, qui dicunt ita se vidisse obseruari in perpetuis commendis, cum ibi detur vera posse, quam considerat regula. Et secundum istam opinio, retulit ita fuisse iudicatum temporibus suis in Rota Reuerendissimus Cardina. Simonetta, tunc Rota auditor, & sic propria ciui manu ad istam regulam, & in quoddam suo repertorio adnotatum vidi, quo in loco reprehendit Dominum Melchiorem de Baldassini quondam aduocatum in apostillis regularum Hadriani ales, item oppositum.

Contrariam vero op. videlicet, q. ista regula non habeat locum in commendis perpetuis tenuerint etiam plures excellentes iuri, tam extra Rotam, quam etiam in Rota. ¶ In primis in istam op. inclinat Glosator hic, qui dicit audiuisse ita Rotam iudicasse. Et hoc idem Bartholomeus de Dossi is quondam aduocatus cōistorialis in quibusdam apostillis manu sua scriptis refert se audiuisse a D. Vanullio Auditore Rotæ, pro ista parte pluries prouincias, & ita Vanullius scriptū reliquit, Et Reuerēdiss. Cardi. bo. memo. Dominicus de Jacobatiis, olim Auditor Rotæ in quibusdam suis adnotationibus propria eius manus scriptis expresse affirmsit suo tempore omnes dominos tenuisse, & contrarium in regu-

3 la de annali. Rationem ponit, quæ tunc mouebatur Rota, & quia regula ista habet verba demonstrativa tituli, ut patet ibi ex apostolica, vel ordinaria collatione, electione, seu presentatione, & institutione, &c. que verba nō adaptantur commendæ. Regula vero de annali titulum nō requirit, Et ideo in commendis habet locum. Haec Cardina. Idem etiam attestatur. D. Melchior de Baldassini illorum temporū celebris aduocatus in quibusdam suis adnotationibus ad regulas Hadriani, etiam propria eius manu scriptis, dicens, Hadriani papam, ideo in ista regula illa verba ex quouis titulo apostolico, &c. addidisse, ut communias comprehendenter. Et per hoc dubitationem Rotæ tolleret, quam sciebat tentuisse regulam istam in commendis locum nō habere. Et istam etiam op. sequuntur sunt in Cancellaria quidam Abbreviatores de Parco, inter quos fuit D. Paulus de Castello, vt refert Mader. ille Sabineñ.

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXIII

Sabineñ. Aeneas de Falconibus in quadam apostilla. Et hoc etiā adnotatum reliquit summus ille vir Laurentius de Pictis Cardinalis Sanctorum quatuor, affirmans se audiuisse via voce ab Alexandrino istam opinionem, tenuisse Rotam.

¶ Itaq. ex supradictis apparet uarias fuisse super hoc pumeto patrum Rotæ op. Nec mirandum cum quælibet op. adeo se iusto iudice tueatur, ut perspicuum sit Rotæ diuersis temporibus contraria sentiente recte iudicasse. Sed in hoc est discriben, quia licet Rota olim par tem negatiuam tenens iustum iudicium protulerit, iustius tamen modernis temporibus iudicem pronunciauit, dum tenuit regulam in commendis locum habere, & non enim incontentum vnum iudicium esse uno tempore iustum, & postea eius contrarium iustus, ut in. l. exigendi. C. de procu. cum cocor. ibi in glo. positis. Et hoc malū datum videatur mortalibus in poenam, ut eorum opiniones secundum varietatem temporum lenescant, & inter moriantur, aliaque diuersæ, vel prioribus contraria earum loco renascantur, & deinde pubescat, talis enim est humani iuris disciplina, q. nulla in ea opinio eodem statu diu stare potest, ut dicit Imperator in. l. secunda. q. sed quia diuine. C. de vet. iu. enu. unde merito Psal. dixit. Dies diei erat verbum, & nox nocti indicat scientiam, quod apparet in. l. diu. ff. de ireparo, & in sexcentis aliis iuris locis, quæ breuitatis causa omitto. Opiniones enim hominum eorum corpora sequuntur, quæ cum tempore ueterasunt, & pereunt, & sicut rerum omnium, ita quoq; & opinionum est quædam vicissitudine, cuius ratione ponit Bal. in pluribus locis, quos enumerabo. j. q. l. iii. quo in loco ostendam aliquando modernā Rotā ab antiqua deculata, quæ omnia iustificantur, per ea, quæ dicit tex. in capitu. non debet. de consangu. & affini.

¶ Nunc autad propositū reuertamur, videamus igitur expresse Rotæ aliquādo iudicasse regulam istā non habere locum in commendis, ut attestati fuerint prædicti patres superius in parte negatiua nominati. Et hoc quidem, ut diximus, iuste factum fuisse arbitror, cum non definit rationes, & autoritates summorum virorum, qui illam op. defendant. Nam inter cetera ad tenendum istam op. illi domini mouebātur quia regula ista requirit titulum, ut patet ibi ex apostolica, vel ordinaria collatione, &c. & tamen commenda non est titulus, 5 aut si quis modo aliquam haberet similitudinem tituli, & non satis illa species prouidendi in antiqua eccllesia laudabatur, ut mereretur priuilegiis istius, vel alterius regulæ, de vero titulo loquentium muniri. Nam videmus Innocen. VI. per extraag. suam incipien. pastoris. hoc prouidendi genus per viam cōmendare reprobaste: Nam, uerbis eius utar. Experiētia docuit, occasione commendatum plurimum diuinum cultum minui, animarum cura eis, quibus imminet negligi, hospitalitatem confuetam, & debitam non seruari, ruinis adiicia supponi, ipsorumq; iura in spiritualibus, & temporalibus labefactari, &c. Et eadem etiā, & deteriora commendarum incommoda refert Clemens. V. in extraagan. incipien. ex superne. posita in titulo. de præbend. ex quorū uerbis apparet commendarum vnum improbatum fuisse, ut merito illi antiqui patres Rotæ noluerint commendam sub hac regula cōprehendi. Non igitur est putandum Roma. Pontific. rem a tam pluribus damnatam sub regula ista includi velle, præfertim, quia, ut dictum est, regula ista requirit titulum, & commenda de iure nō est proprie titulus, ut probatur in. c. qui plures. xxi. q. i. vbi est tex. f. quod nemo duas ecclesias in titulum tenere potest, tamē bene potest vnam habere in titulum, & alteram in commendam. Ergo apparet manifeste commendam non esse titulum, & ita nota. ibi glo. Vgo. & Laurentius, & idem tenuerunt Tancré. Goffre. & Bernar. in. c. si constiterit. de accusationibus. ut refert Ioan. de Fantuciis, & Archi. in. d. cap. qui plures. vbi plus subdit Ioan. & Vincen. tenuisse in. c. dudum. el secundo, de electio. commendatarium nō solum nullum habere titulum, sed neq; ius in beneficio commendatio, & dicit Dom. in. c. presbyteri. in. iii. col. xxiii. distinctio. q. commendatarius non est prælatus, sed quidam cūstos iurium ecclesiarum, unde licet capitulum non possit conferre, & per consequens titulū dare, tamen iconum in ecclisia, & commendatarium ponere potest, quia hoc non est cōferre. Et idem tener Oldra. in. consil. clxxix. hinc est, q. episcopus potest illud beneficium commendatum conferre, inuitio, & non vocato cōmendatario, ut dicit Lapus in. c. nemo. de electio. lib. vi. refert Fely. in. c. cum olim. in. v. colum. de maio. & obedien. Et ultra prædictā 7 aliam rationem assignat glo. ii. in. cap. si constiterit. de accusatio. & quia commendatarius nō dicitur possidere, nechabere ius in re, sicut depositarius, per iura allegata in ea, quæ latente reassumit Roma. in consil. cccl. vbi latissime probat commendatarium non habere titu-

lum, nec ius in re sicut depositarius, & de uno ad aliud arguit idem Roma, declarans istos terminos in consil. 500. incipien. summarius, colum. prima. & sequen. & q̄ commendatarius non dicatur habere titulum, nec ius aliquod in re tener. And. sicu. post Innocen. quem ibi allegat in rubrica de commodato. in si. verbis. Ratio enim assignatur per Gom. in cōsil. viii. inci. quidam Cardi. in. iii. col. quia inter cōmendatariū, & ecclesiam cōmēdatā non contrahit aliquod matrimonium sicut contrahit inter illum, qui habet ex collatione, quia ratione dicitur habere titulum, & ideo cōmendatarius potest ad libitum per papam remosueri, quia non est maritus ecclesiae. Et istam eandem opinionē firmat Ange. in consil. xxxv.

8 incipien. quidam nobilis, vbi post Innocen. in. c. dudum. dicit, q̄ t̄ cōmendatarius nullum ius, nec titulum habet in ecclesia. Sed est nudus minister, custos, & nudus detenter, per ea, quae ibi adducit, & istam op̄. etiam tenet Areti. in. c. si. constiterit. col. fin. de accusatio. vbi tenet, q̄ cōmendatarius nō solum nō habet titulū canonici, sed neq̄ facit fructus suos, nisi expresse illi a papa concedatur per rationes allegatas ibi per eū, & dicit Florianus in. c. queſitū. de rer. permī. q̄ cōmēda non potest cū titulo permutari, quia cōmendatarius nō dicitur habere canonicum titulum. Et q̄ cōmēda non det titulum tenet etiā e. presse Bal. in. l. ex verbo. per illum tex. C. de fideicom. lib. sequitur Socin. in consil. xxxii. incip. ex iis in vi. col. cū alīs concor. vt ibi per eum, idem tenet Alex. consil. xvi. vīsis narratis. in prima colum. lib. iiiii. & Deci. consil. cxlii. colum. iiiii. Et pro ista parte facit, quod dicit Abb. in. c. illa. ne sede vac. videlicet, q̄ capiutum sede vacante non potest conferre beneficia. potest ram cōmendare tapparet igitur, q̄ non habet titulum, quod etiam tenet Alexandri, post glo. in. c. sanctorum. colum. iiiii. lxx. distinc. Et q̄ cōmendatarius nō dicatur habere titulum, nec possessionem, nec ius in re, prout alias dicebat glo. in. d. ca. si constiterit. firmat doctus quidam Moder. nomine Barthol. Cassaneus in consil. xx. in. iii. col. t̄ Ethicē prōce dit non solum in cōmēda spirituali, sed etiam temporali, vt not. Imola in. l. hereditas, per illum tex. ff. de hæred. insti. & idem tenet Bal. in consil. cclvi. secundum antiqu. impressio. Et ita notauit Anto. de gratianis, antiquus aduocatus consistorialis in quoddā suo indice. ¶ Et ista op̄. in ratione cōfistit, quia cōmendatarius nihil aliud est. q̄ quidam ad ministrator bonorū ecclēsiae, vt patet in capitū. cum nobis. de electio. & notat Abb. in cap. querelam. eo. titu. in primo notabili. & tamē constat administratorem non habere titulū, vt dicit D. Anto. in clemen. secunda. de refrip. in verbo electio. sequitur Nicolaus Milis in versicū. administrator. & Glosator in regula nonā, in fine. Ex quibus omnibus potuit op̄. im. Rota iuste moueri ad tenendum, regulam istam non habere locum in cōmēda.

¶ Postremo pro ista op̄. adducebatur una ratio, quia si considerātur uerba istius regulæ, t̄ illa, quae referuntur ad papam, q̄ ad alios inferiores inueniemus, q̄ nulla possunt cōmēda perpetuae adaptari. Nam uerba indicatiua tituli, quae referuntur ad papam sunt illa ex apostolica collatione, uel electionis confirmatione, &c. & nulla sunt hīc alia uerba indicatiua tituli, quae papam concernant, nisi predicta, sub quibus non est dubium, q̄ cōmēda non comprehenditur sive proprie, sive improprie interpretetur, quia cōmēda non est collario, neq̄ confirmatio. Nec minus potest cōmēda perpetua comprehendendi sub verbis directis ordinariis dupli respectu, t̄ quia nullus ordinarius inferior a papa potest perpetuo cōmendare, vt in. d. c. nemo. tum etiam, quia si possent uerba hic posita non conueniunt cōmēdæ perpetue.

¶ Sed predictis non obstan. pars affirmativa, videlicet, q̄ regula ista habeat locum in cōmēdis perpetuis, praualuit, quā tenuit modernis temporibus Rota, ut attestatur Reuter dissimus D. Iaco. Simonetta Card. olim auditor inter alios curiosissimus in quadam additione ad istam regulam, & in quibusdam suis recollectis decisionib⁹, quas vidi propria eius manu scriptas, quo in loco reprehendit Dominum Melchiorem de Baldassaris aduocatum contrarium assertorem. Et ista op̄. videlicet, q̄ regula habeat locum in cōmēdis perpetuis uidetur iustior, & aquior, quam ultra Glosatorē consil. Basiliē, sub titulo de paci. pos. in uerbo titulum, qui expresse hoc tenet, & Moder. Sabi. in tract. cōmendarum. & hic in quadam apothilla, qui dicunt se uidisse ita obseruari. Nourissime hoc anno M. D. xxxvii. de mense Nouembri post plures informaciones, & causa propositiones idem dubitū pro ista parte determinauit Rota, licet de mense Octobri M. D. xxxii. in una Romana, coram D. Paulo Capisucco super hoc Rota dubitauerit. Nam tunc causa proposita quibusdam vi debatur partem negatiuam posse defendi. Nihil tamen illo tempore resolutiue cōclusum fuerat.

fuerat. Nunc autem iterum de mense Nouembri M. D. xxxvii. idem D. Paulus in una alia Vrgelleñ. monasterii propositi istud idem dubium in plena Rota, in qua post plures disputationes, & relationes tandem. xvi. &. xxvi. die eiusdem mensis Nouembri, duplicatis votis, t̄ omnes domini voluerunt regulam istam in cōmēdis perpetuis habere locū, quā opinio, pluribus rationibus, & authoritatibus comprobauit.

¶ In primis adducebatur ratio, quia videmus, q̄ cōmēda perpetua nostri temporis propter exuberiam verborū, quibus hodie conceduntur, ac licentiā, & facultatem percipiendi, & conuertendi fructus in viis propriis, sicut veri p̄lati faciunt, magis participant de collatione, & vero titulo, q̄ de simplici deposito iura vero antiqua loquentia de cōmēdis, ideo locum in istis perpetuis non habebant, quia tēpore illorum iurium cōmēda sub ista moderna forma, quia hodie conceduntur, adhuc inuentar, nec cognitā fuerant, vt late probat quidā Moder. Bartholomeus Cassaneus in quoddā suo consilio incip. anteq. &c. posito in cōmēta suis cōsuetudinum Burgundiæ, fol. ecclxxvii. vbi late formā perpetuae 2 cōmēdæ hodiernæ discutit, quia re vera non possunt dici propriæ cōmēdæ, t̄ sed tituli, quia cōmēda propria, & uera est tēporalis, quā idē est, q̄ depositum, quod etiā est tēporale, vt dicit tex. in. l. cōmendare. ff. de verb. signifi. cum concor. ibi posit. Et probat clare in. c. nemo. de electio. lib. vi. Et hoc manifeste apparet, quia cōmendatarius temporalis non facit fructus suos, vt tradit Areti. & alii in. c. si. constiterit. de accusatio. Sic neq̄ de positarius verus non facit fructus suos, vnde sicut depositarius si rej depositē ex pacto suos proprios fructus faceret, proprium nec verum depositum dici posset: quia hoc nature depositi aduertare, & participaret magis de mutuo, vt probant late Moderni Mediolanē. in. l. certi conditio. §. depositi. in quarto notabili. per illum tex. ff. si cert. peratur. & est tex. in. l. i. §. si pecunia. & ibi notat glo. ff. depos. Sic eodem modo si cōmendatarius habet licentiam conuertendi fructus in viis propriis viis, prout faciunt hodie perpetui cōmēdarii, talis cōmēda non est proprie, nec vera cōmēda, sed adhaeret magis ad naturā collationis, & ueri tituli, vt in. c. si. tibi absenti. ibi, vt tuum dici valeas. de p̄aben. libro. vi.

¶ Hinc est, q̄ hodie cōmēdæ perpetuae inducunt in cōpatibilitatē, vt notabiliter probant Moder. repetentes in clem. gratię. de refrip. allegantes concilium Lateranē, modernum. Et hodie includuntur sub expectatiis concessis ad beneficia vacatura, vt tenet Socin. in consilio tricēmōleundo. in sexta colum. versicū. & per predicta, &c. Ratio assignatur, quia licet per mortem cōmēdarī temporalis, non dicatur beneficium vacare de nouo, sed vacer eo modo, quo prius. Hoc tamen non omnino procedit in perpetua cōmēda, quia hodie per eam papa plene disponit de beneficio, sicut quando dat in titulum. Et ideo sicut per collationem exiprat reseratio, ita & per dationem in cōmēdām perpetuam quā in omnibus effectum habet tituli, vt concludunt Moder. in tract. reseratio. in ter. tia. q. principali. Et est decisio Rotæ. vii. de electio. in antiqu. & decisio prima. de p̄abend. cap. 6. monum. 7. in antiquioribus. Et licet D. Gaspar de Perusio episcopus Freqūetus, & doctor antiquus in tract. reseratio. fol. v. tenuerit, expectatiuas, seu reservationes nō capere beneficia cōmēdæ, per ea, quae not. Jo. And. in. c. pen. de verb. sig. ¶ Illud procedit in beneficiis cōmēdatis ad tēpus, iuxta dispositionem. c. nemo. de elec. li. vi. quia in talibus beneficiis nō datur propria, nec impropria vacatio, & militant in eis omnes rationes superius scriptæ. Secus est in cōmēdis perpetuis nostri tēporis, quā illis tēporibus adhuc non fuerunt sub ista forma inuentæ, in quibus propter amplissimam dispositionē, quā datur cōmēdātario, etiā. jo. d. sol. & verborū ubertatem, in eis forma positam in nihilō differunt a titulo, nisi respectu nominis. Nimirum igitur si in illis habent locum expectatiæ, & regula ista, & iura omnia, de titulis loquentia. ¶ Dicta igitur omnia doct. dicentium cōmēda non esse titulū, neq̄ tributere possessionē, nec ius etiam disponendi de fructibus, vt dicebat glosa, & alii sequentes eam in. d. c. si. constiterit. & alii superius allegatis, procedunt in cōmēda temporali in qua non datur plena dispositio, nec couerſio fructū in propriis viis, sicut in perpetua, vt dicebat ille Moder. de Cassaneis in dicto consil. quia, vt dixi, talis cōmēda exorbitata veris terminis depositi, & licet cōmēda perpetua retineat nomen cōmēda, vt dixi, effectus tamen perpetuitatis alterat naturam eius, & reponit iu diuersam speciem, argu. c. statutum. de electio. lib. vi. &. l. queſitum. §. illud. de leg. tertio. Vnde sicut in contractu emptio nis si uenderem tibi domū hoc pacto ne transferetur dominium, licet iste contractus habeat nomen emptionis, effectu tamen erit locatio, vt patet in. l. cum manu sata. §. nemo. ff. GG

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

de contrahi.emptio. Hoc enim non aliunde procedit, nisi quia propter qualitatem illam dominii non transferendi venditioni adiungetur propria natura contractus emptionis alteratur, & in alteram speciem reponitur, verbore enim adiectio rei naturam immutat, ut in. l. pediculis. §. labeo. ff. de auro. & argen. lega. Et eodem modo si donarem tibi vestem causa mortis, clarum est, quod talis donatio est de sua natura reuocabilis, quia vere ista donatio est causa mortis, ybi vero huic donationi, hæc verba apponentur, videlicet, quod milii non licet retcam reuocare, rati casu, licet nomine videatur donatio causa mortis, effectu tamè erit donationis inter viuos, ut est tex. in. l. si alienam. in. ff. & in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mortis. cum concor. ut cumular. Ferra. cauet. xxx. hoc enim regularer est in hac iuris disciplina, ¶ quod qualitas contractus non ex similitudine nominis, sed ab ipso effectu metienda est, ut tradunt docto. in. l. lucius. la prima. per illum tex. ff. depos. facit. l. vnica. §. simili modo. C. de latina lib. tollen. ybi dominus nominans seruum suum filium, non propterea facit eum filium, quia non attenditur denominatio, sed effectus, sic in commendis perpetuis nostri temporis est dicendum, quod ratione perpetuitatis, & plene dispositionis fructuum participant magis de 15 ueris titulis, quam commendæ temporales, & hoc papa facere potest, qui potest natura iuri immutare, ut not. in cap. cum pridem. de pact. in glo. in versicu. illicite. circa ff. Et ideo potest probabiliter teneri, quod commenda perpetua sit proprius, & uerus titulus. Si igitur uerus titulus est, non erit dubium, quod sub ista regula comprehendatur. ¶ Et pro ista opini. videlicet, quod commenda sit uerus, & legitimus titulus, adduci potest ratio urgens: Nam ille dicitur uerus, legitimus, & canonicus titulus, qui a lege, vel ab homine potestate habenti est inuenitus, & habet speciale nomen perpetui tituli. c. i. cum ibi not. de capel. mo. lib. vi. facit tex. in l. legitima. & in. l. iuris genti. in princ. ff. de pact. Sed cōmēda nostri temporis sunt inuentæ a canone, & a papa potestate habēti, ut patet in. c. dudā. el. ii. de elec. & in. c. qui plures. xxii. q. iii. cū uulg. Ergo dicitur uerus titulus canonicus, & hoc tenet Abbas in. d. ca. si constiterit. colum. ff. de accusationibus. & Moder. in clemē. prima. in quarta colum. de sequestr. possesto. & fruct. Et tenet Milis in verbo commenda, & Ioan. Baptista de Sancto Seuerino. in tracta. peniso. q. xxvi. Eridem tenet Collectarius in capit. ff. de filiis presby. & probant Moder. in quadam paraphrasi ad eundem Collectarium in. d. c. dudum. & Archidi. post Holtien. & Guliel. in dicto cap. nemo, & idem tenet Abb. in. c. cum olim. in penulti. colum. de rerum permuta. & latius Petrus de Vbaldis de Perusio, post Imol. in. v. colum. in cap. ff. codem titulo. & Archidiaco. in capit. si propter. in fine. de rescr. libro. vi. Pro quibus videtur tex. in. c. cum nobis olim. in. ff. de electio. ut declarat Abb. in. capit. quere. lam. in primo notabili. eo. iiii. & hoc in ratione cōsūstit, quia inter signa veri, & legitimis titulis est perpetuitas, & fructuum dispositio, ut habetur in. c. i. de capell. mona. lib. vi. Et not. Cald. in consil. xxx. tit. de præb. & not. in ca. ff. de pec. cle. & in cap. i. præsenti. de offic. ordi. lib. vi. & tradit latius Pet. de ancha. in. c. i. eo. lib. Et tamen illa duo interueniunt in commenda perpetua, de perpetuitate clarum est, de dispositio fructuum etiam non est difficultas, cum hoc verbis latissime in forma hodierna commendæ perpetuae continetur, ut tradit Andr. Sicul. in consil. ii. volum. secundo. Et latius Troilius de malutiis in quoddam suo notabili consil. posito post repetiti. l. quominus. de flumi. Iaso, alias post tracta. de fortibus eiusdem Troili, quem late refert Moder. Lambertinus in tracta. iur. patrona. fol. cxi. cum concordan. traditis per Moder. Bartholo. Castaneum in predicto consilio. Et ista dispositio plena fructuum, adeo competit commendatione perpetuo, quod dicit notabilis ter Prepositus in capit. primo. in sexta colum. xliii. distinctione, quod sicut veri prælati habentes uerum, & proprium titulum faciunt fructus suos, adeo, quod si eos cōsumant in malo iusus, non teneantur ad restitutionem, per ea, quae notat Holtien. Carolina. & Imol. in capitulo finali. de pecul. cleric. Ita & commendatarii perpetui faciunt fructus suos, neque ad restitutionem tenentur, quia commendæ nostri temporis pro titulis habentur. ¶ Hinc est, quod sicut uerus Prælatus potest fructus beneficii sui locare ad plures annos, ita etiam & commendatarii perpetui, ut dicit Calderi, in consil. viii. titulo de locato. Et sicut impetrans teneat facere mentionem de titulo suo, ita etiam de commenda, qui est uerius titulus, ut tradit idem Calderi. consil. vi. titulo de præbend. cum concordan. quia congerit quidam Moder. Stephanus Beltrandus in. iii. volu. consil. nouiter impressorum consil. cxxxv. incip. etiam si commenda, & est regula Cancellariae. xli. quae hoc statuit. ¶ Ex quibus omnibus inferunt, quod dispositio loquens de titulo habet locum in commendatione, & 16

R.E.G.D.E TRIENNALI POSSESSORE CLXXVI

penita, ut tenet Domi. in consil. xvii. colum. ff. Abbas in. c. cum olim. colum. penult. de ter. permitt. & videatur sentire Philippus Perusinus in. d. c. nemo. colum. ff. Et hoc latius probat Andr. scilicet. in. consil. secundo. libro. ii. vbi late consuluit, quod dispositio c. quoniam abbas. de offic. deleg. quae loquitur simpliciter de prælato titulari, & vero, habeat locum in commendata. & idem tenet Decius in. d. c. quoniam in. quarta colum. versic. & ista tercia concluio. Et sequuntur Moder. Taurinæ. in rubrica. ff. de offic. eius. si igitur hoc in dispositio n. d. c. quoniam, receptum est, a fortiori procedit talis interpretatio in ista regula, quæ habet aliqua verba prægnantia apta comprehendere commendam, etiam si non esset proprius titulus, & ut patet in illis verbis regule, prouisio, &c. & ibi, seu quæcumque alia dispositio, quæ verba comprehendunt omnem speciem titulorum, ut traditur in. c. cum in illis de præben. li. vi. & per glo. in clemen. ff. in versic. prouisioni. de electio. cum vulga. Nam si in. d. cap. quoniam, quod loquitur in commissionibus, quæ sunt stricti iuris, secundum glo. in. c. primo. & in. c. dispendia. & in. c. statuum. cum aliis vulga. de rescr. lib. vi. comprehenditur commendatarius, a fortiori sub regula nostra, quæ est possessoribus fauorabilis, & per consequens extendenda comprehendendi debet. Et tota ista disputatio, quæ facta est circa istud duum fuit, propter regulam Innocent. quod loquitur indistincte. Sed quoad regulam Hadriani. & Pauli III. nunc feliciter regnantis, quæ simul concordant, nulla esset difficultas, quod sub talibus regulis commendanda comprehendatur, ex eo, quia habent quædam verba, quæ non sunt in aliis regulis predecessorum, quæ prius fuerunt posita per Hadrianum ad tollendum istud dubium, vt in parte negativa dixi. Verba enim sunt ista, videlicet, ex quotib[us] titulo apostolico, &c. quæ verba comprehendunt commendam, sive illa sit proprius titulus, sive impropriæ. Sed quia in aliis regulis illa verba scripta non erant, ideo super hoc, sapientis fuit labo ratu, ut ex superiori dictis appareat. ¶ Non tamen iudicio meo erat laborandum si diligenter natura, & vis cōmendæ perpetuae considerata fuisset, quæ multiplici ratione sub illa regula comprehendi debuit, non solum, quia est proprius titulus canonicus, ut Moder. tradidit in repe. cap. i. fol. xi. col. prima. de rerum permitt. lib. vi. cum aliis superioribus allegatis, sed etiam quia, ut dixi, verba regule hoc includunt. Hinc est, quod rare admodum dispositiones iuris inuenientur, quæ loquuntur indifferenter de titulis beneficiorum, in quibus commendanda perputia non includuntur, sive ex mente, sive ex verbis: ¶ Nam ultra prædicta videmus tex. in clemen. ff. de præb. qui simpliciter loquitur de prælato per cuius obitum mandatum expirat habere locum in commendatione perpetuo secundum Zenzeli. & Imolæ, cum quibus Ioan. Franc. Pautinus quondam Rotæ Auditor transire uidetur in tract. de offic. & por. cap. de vacan. in tertia. q. col. iiiii. & tamen verba dictæ clemen. hoc non præseferunt, ex mente tamen hæc interpretatio sumitur. ¶ Pari modo tex. in. c. primo. de fili. presbyte. lib. vi. qui dicit episcopum non posse cum illegitimo in curato beneficio dispensare, procedit etiam in commendanda, sicut uerba tex. hoc non dicunt, ut firmat Collectarius in. c. ff. colum. prima. in. ff. eo. titu. in antiquo. Sic etiam tex. in. c. quæcumque, cum similibus. de ter. permitt. dispositio[n]es permutationem tituli fieri posse cum alio titulo habet locum de commendanda ad cōmendam, & de commendanda perpetua ad titulum, sicut tex. nihil de commendanda dicant, secundum Pet. de Perusio ibi, & in. c. ff. eodem titu. post Imol. ibi in. v. colum. & firmat latius, d. Pet. Andreas quondam Rotæ Auditor in repe. c. i. fol. xi. in prima colum. de ter. permitt. libro vi. ¶ Et eodem modo tex. in. ca. edoceri. de rescr. de prælato loquens, procedit etiam in commendatione, ut ibi Decius dicit in finalib[us]. verbis. ¶ Similiter est dicendum in dispositio[n]e tex. c. statuum. de rescr. lib. vi. quæ disponit causas a sede Apostolica cōnittendas existentibus in dignitate, procedit etiam in commendatione perpetui, ut modernus stilus habet, & ibi latius dixi post Pet. Vercelleñ. & alios antiquos, pro quibus conferunt mortua Barbatæ in dicto consil. ii. Et hoc tenent Moder. purpurati. in. l. i. in. xxiiii. colum. ff. de offici. eius. & vbi unum aliud inferunt, quod sicut Abbates titulares terras, & iurisdictionem habentes dicuntur clarissimi, secundum Bal. in. l. prima. §. his cunabulis. circa me. & ff. de offici. præfect. præ. Ita & commendatarii perpetui, propter omnimodam dispositionem, quæ hodie illis in literis tributari, clarissimi dici possunt. Hinc est, quod talis commendatarius potest locare bona monasterii sicut titularis, ut dicit Calderi. in consil. viii. titulo de locato. Non obstat, quod in illo vulgato libro ff. sicut practica Cancellariae dicitur contrarium, quia illud procedit in commendatione temporali, ut latius ibi dicit. ¶ Simili modo tex. in. c. ii. de præb. & alia iura, quæ uolunt episcopū non debere aliquæ ordinare, nisi habeat titulum

vnde uiuat, procedunt, & habent locum in cōmendis perpetuis, quae appellatione tituli cōprehenduntur, ita Domi. post Lapū in. c. penul. in. ii. col. versi, quid de habente. de tempo, ordi. lib. vi. ¶ Et etiam appetit, q̄ dispositio. c. cū illorū de sent. excō. loquentis de abbate, & Priore, licet sit odiosa, procedit etiā in cōmendatario, & administratore, vt ibi sentit glo. in versi. abbatē. sc̄ quitur Decius in. d. c. edocri. in f. ¶ Facit etiā, quia videmus, q̄ capitulū sede vacante non potest conferre beneficia, & licet possit ad tempus cōmendare, quia tunc non dicitur conferre, vt tradunt omnes in. c. ii. ne sede vacan. Non poterit tamen perpetuo cōmendare, quia talis cōmenda se habet ad instar collationis, ita dicit Prepositus in. c. pres. sbteri. in. li. col. xxiiii. distinc. ¶ Et idem dicimus de tex. in cle. i. de supp. neg. präl. quæ simpliciter loquitur de collatione facienda per ordinarios infra sex menses, & tamen proce dit etiam in cōmenda, quod est fortius, vt tradit Cardi. in cle. quia contingit. q̄ virtutē. de re ligio. domi. sequitur Cardi. Aleandinus in. c. siquis. col. penul. lviii. dist. ¶ Plus etiā vo- luerunt aliqui, q̄ si cōmendatarius perpetuus moreretur in curia comprehendetur sub di- spositione. c. ii. de prab. lib. vi. super quo nihil allegabo, ex eo, quia modo dubium pender corā eodem Domino Paulo in dicta causa Vrgeleñ. Monasterii, super quo aduocati hinc inde ardentissime disputant. ¶ Et eodem modo videmus, t̄q̄ sicut per collationē papaz expirat rescrutatio, vt est decif. noma. & xi. de prab. in no. & xxiiii. eo. tit. in antiqu. & tener Lapus in allegatio. cxxvi. incip. Anastasius. col. penul. Sic etiā rescrutatio expirat per cōmendam per penū, per quā sicut per collationē videretur extinguiri vacatio, secus per cōmendam temporale, ista est notabilis decisio in antiqu. vii. titu. de elect. & prima in antiquo. tit. de prab. quæ sunt corruptæ virtio impressiorū, vt appareat per rationē, quā reddat, de qua ibi videas. ¶ Sic eodem modo uidentur, q̄ dispositio. c. cū apostolus. cū similib. de censibus. volens Præla- tos posse a subditis eorum exigere charitatiū subsidia, procedunt etiā, & habent locū in cō- mēdararii perpetuis, vt probat Bartholomæus Beleninus in trac. de chari. subs. q. vi. per Card. in cle. si. in. xii. q. de procu. Tempus pariter, & paputz descerent si singulos iuris ca- sus de Prælatis, & dignitatibus loquen, qui habent locū in cōmendis enumerare vellē, de quibus alias quēdā epilogū feci ad dictū. c. nemo. Ideo ista exempli loco sufficiet. ¶ Ex qui- bus facile quis intelligere potest, q̄ cōmendatarii perpetui secundū modū hodiernū, habent eandē effigie, quoad iuris dispositionē cōprehensivā, quā habent verū prælati titulares, licet in quibusdā differant, quæ nō officiū prelenti decisioni, ¶ Et ideo nō immerito, videmus Rotant sapissime tenuisse eandē interpretationē, quoad alias regulas. Nam regula de in- firmis resig. de idiomate. de annali. de præstan. consensu cardinaliū. de publicandis resigna- tionibus. de uerisimili notitia obitus. de non tollendo iure questiō. & similes, procedunt in cōmendadis perpetuis, vt sèpius Rota iudicavit, vt ibi dixi, non video igitur rationē, quare ista etiā regula, quæ est fauorabilis nō pariter habeat locū in eis. ¶ Poffremo ne aliquid re- maneat intactum ponamus etiā pro constanti, q̄ titulus cōmenda perpetua non esset ita proprius, sicut aliis, cur ex similitudine rationis non debeat dispositio istius regulæ loquen- tis simpliciter de titulo, etiā extendi ad titulū impropriū, cum sit fauorabilis non video, pre- fertein quia in similibus casibus talis interpretatio secundum cōmunes regulas recipitur, vt pater in. c. statutū. de rescr. lib. vi. quæ loquitur simpliciter de dignitate, & tamē dōct. uo- luerunt, q̄ extendatur ad dignitatem largo modo sumptam, vt dicit Aretin. in consil. xxiiii. in præsenti consultatione. colū. prima. & And. sicut, in consil. xl. lib. i. Eredem modo tex. in. c. ii. de elect. libro. vi. qui loquitur de electionibus conditionalibus habet locū in præ- sentationibus clericorū, licet sint inter se differētes, vt dicit Fely. in. c. inter cetera. in. iii. col. de appell. & in. c. cū Bertoldus etiā. in. iii. col. de re iudic. ¶ Et tex. in. c. auaritie, licet sit pena lis extenditur ad præsentatiū ministrantē, vt tener Lapus in alleg. viii. & late Curtius in trac. iur. patr. in versi. honorificū. in. xxxix. q. Et iudicauit Rota in una Salamantin. capellaniæ corā R. P. D. Marcello. xiii. Januarii M. D. xxxiiii. vt ibi latius dixi. Plura sūt iura, quæ breui- tatis gratia omitto, in quibus sit extēsio de casu proprio ad impropriū, sub lata significatio- ne vocabuli, iuxta vulg. l. filii habeo. ff. ad maced. quæ si considerentur in casu nostrē regu- lae non erit dubium quin idem dicendum erit, in cōmenda de qua loquimur. ¶ Sed nolo tantū inniti extensioni, quæ etiam in penalibus, & odiosis soler habere locū, vt exemplificat las. in. l. fi. q. fi. colum. fi. ff. de in ius vocan. ne quererē mendicata suffragia videamur. Sed dico hoc ex ratione, & ex mente istius regulæ hoc appetissime colligi, du- plici alia ratione vltra prædictas superius adductas. ¶ Prima est, quia negari non potest, q̄ regula

regula ista secundum communem interpretationem Rotæ, & curiæ, non solum habet locū in titulo totaliter vero, sed etiam in titulo colorato, quæ extensio fuit in causa, quod pri- uilegium istius regulae ad innumerabiles penas casus sit dilatum, & extensum, vt ex di- 24 sculū questionum istius commentari potest intelligi. ¶ Et tamen nemo negabit titulum cōmende esse titulum saltem coloratum quando cōmenda est perpetua, & conceditur ab eo, qui alias haber potestem cōmendandi, iuxta communes regulas, de quibus in. c. cum nostris. de conceit. præben. Si ita est nulla erit difficultas, quod talis cōmenda com- prehendatur sub regula: Nam etiam illi docto. qui tenerunt cōmendatarium non esse ve- rum prælatum, nec facere fructus suos non negarūt cūdem habere titulum canoniciū, quia hoc negare non poterat, cum sit unus de modis prouidendi ecclesiis inuentus a canone, Ergo erit titulus coloratus, & legitimus, ut alias est dictum. Et q̄ ista op̄. sit verissima vte- riū suadetur, quia secundū interpretationē Rotæ ista regula procedit in titulo præsumpto. 25 q̄ qui est titulus non visibilis, nec palpabilis, nec prouenies ex prouisione alicius ordinarii viuentis, sed ex solo cursu temporis. x. annorum, vt in. c. illud. cum vulg. de præsump. Et de quo titulo regula ista nullā facit mentionē directe, nec indirecete. Et tamen voluerit do- mini, q̄ ille titulus sufficiat ad producendū exceptionē istius regule, vt dicā latius in alia. q. Quanto igitur a fortiori habebit locū in isto titulo visibili, & apparenti, de quo regula vi- detur mentaliter, & verbaliter cogitasse, per ea, quæ superius dicta fuerunt. Conclu- dū est igitur regula habere locū isto casu. Et ita Domini ista opinio, tenerunt, & firma- rūt in prædicta causa Vrgeleñ. Monasterii post geminatas propositiones die. xvi. & xxvi. Nouembris M. D. xxvii. coram eodem Domino Paulo. ¶ Et ex istis sequitur unum aliud valde notabile, de quo fuit etiam factū dubium in Rota in dicta causa Vrgeleñ, per eundē. d. Paulū, videlicet, q̄ attento, q̄ cōmenda perpetua est titu- lus canoniciū morte cōmendatarii inducentur noua vacatio, adeo, q̄ si cōmenda fuit facta in curia de beneficio alibi vacanti si ibi moriatur cōmendarius diceret ibi beneficium vacare quoad effectū rescrutatio. c. ii. de prab. lib. vi. in quā op̄. quatuor ex Dominis inclinabāt, tres vero alii tenebant contrariū, & ponderabatur dictū Lapi hoc tenentis in. d. c. nemo. & in quibusdā additio. ad Federicū in trac. permūt. q. xv. & etiā illud, quod dicit Rota in anti- 26 quis decis. vii. de elect. & que præsupponit per cōmendam perpetua definire vacare benefi- ciū, vt prius, quia videbatur iam plenum sicut per collationem non sic per cōmendā tempora- lem, vt idē domini latius hoc notant in antiquo. deci. prima. de prab. Et q̄ tali casu cōmēda perpetua operetur eundem effectū, quæ collatio, patet, quia sicut per collationē extingui- tur rescrutatio, vt dixi superius, ita etiā per cōmendam perpetuā, vt Moder. tradunt in trac. rescr. in tertia parte. effectū. xxxi. post Soci. cōsi. xxxii. in. vi. col. & quia, vt dixi, gratia ad be- neficia vacatura cōprehendit beneficium vacans per obitū cōmendatarii perpetui, vt Socinus tradit in dicto consil. xxxii. post Roma. consil. cl. & tener Collecta. in. c. penulti. in. i. colū. de verb. sig. Et tamen tex. in. d. c. ii. loquitur de beneficiis vacantibus. ¶ Et ista omnia de plano procedunt, quoad superius dicta, quoad alia vero quæ concernunt statutū ecclesiæ cōmendatarii non equiparantur titulari, cum debeat subire onera, & con- seruari ecclesiam in eodem statu, neq; illum mutare potest, vt dicit Abbas in. c. querclam. in primo notabili. de electio. & in. c. de monachis. de prab. vbi reprehendit Cardinales habentes ecclesiæ cōmendatas, qui hoc negligunt.

Quæstio Sexta.

SEXTO Quarto, q̄ quia dicitur hic quæcūq̄ beneficia, an regula procedat in officiis? **S E S O L V T I O.** Si sunt officia ecclasiastica de quibus loquitur tex. in. c. cū accessi- sent, de consti. & in. c. consulere. de simo. Non est dubium regulam habere locū, quia hoc ver- bum beneficium in materia fauorabili possit oribus latissime debet interpretari, prout in. c. primo. de regu. iur. lib. vi. Et ita expresse causum de officiis huiusmodi reperitur in decreto cōcilii Basiliæ. vnde originem traxit ista regula, vt sape dictum est. Si tamen officia essent temporalia, licet solita dari clericis sub regula non comprehendenterent, vt dixi in regula de annali, & in regula de infirmis resignantibus, licet posset dici, q̄ ratione illius dictio. quæcūq; hic posita, possent includi. arg. eorum, quæ dicit Fely. in. trac. quando lit. apo- stol. col. iiiii. versi. ampliatur quarto. & quæ dixi. 5. in. iiiii. q.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

¶ Quæstio Septima.

SEPTIMO Quæro, † an regula ista comprehendat hospitalia? **S**OLVTIO. Ista quæstio saepè tempore Sixti, Alexandri, & etiam tempore Iulii, coram Alexandrino ventila fuit, in causa hospitalis Sancti Laurentii Castri noui: & fuit datum dubium, nunc quid ista regula in hospitali locum haberet. Super quo dubio scriptit quondam bonomo. Laurentius Pucius Pisis dñi cathedraliter reget, ac postea Roma, ad quam causa dicti hospitalis venit, quem per obitum cuiusdam Simonis impetraverat. Et hic agendo, ac postea per plures annos practicæ operæ dando, post plures labores perpessos, Cardinalis Sanctorum Quartorum creatus fuit. Sic itaq; cōtra eū apponebatur de regula ista, & inter plurā motuā, quæ breuitatis causa nō refero, tūc fuit dictū regula nō habere locū in hospitali, ista ratione, quia omnis dispositio in dubio debet interpretari, ut potius cōcordet cum iure cōmuni, q̄ sit cōtra ius cōmune, c. cōdilectus, de cōsue. c. causam, de referi. l. ii. C. de noxal.

2. Sed de iure cōmuni appellatione beneficij non uenit hospitale, vt in clemē, per literas, de prēb. ergo nec de ista regula loquē simpliciter de beneficio, debet interpretari de hospitali. **C**Præterea istam op̄i, tenet Domini Abbreviatores de Pareo; qui indifferenter literas super imprecatiōnibus hospitaliū per trienniū, & ultra pacifice possessorū expediunt. Quod non facerent, si regula in illis locū non haberet. Nam Cancellaria expedito literas decernit, nec solet literas litigiosas expedire. Ex mente papæ interpretari dicitur, & certū decer-
nire, non sub dubio. Et ideo dicendum, quod ea, quæ in Cancellaria sunt, in cōsistorio Papæ sicuti dicuntur, vt dicit decisio, ccclxi. in nouis. Ex quo igitur ibi literas de hospitalibus etiā triennio possessorū conceduntur, apparet manifeste, regulam locum nō habere, & huiusmo di Cancellaria interpretatio facit itilum, † pro iure habēdūm, iuxta vulg. c. q̄ graui. de cri-
mi, fal. Et ita responde præfatus Reuerendiss. D. Cardi. in dictis suis allegationibus.

Quid dicendum? Propter hoc in hac materia distinguēdos ēste duos casus. Primus quando ho-
spitalia dantur in titulum beneficij, & tunc non erit dubium regulam istam comprehendere
re hospitalia, per ea, quæ non in clemē, quia contingit. & vt autem, de reli. domi. & tenet Fe-
deric. in tract. permitt. q. xiii. sequitur Deci. in rub. de rescrip. col. ff. Secundus casus quando non dantur in titulum beneficij, sed dantur ad hoc, vt eius redditus distribuātur in vīsus pauperum, de quibus rectō tenet reddere ratione, tunc procedunt allegata superius, etiā
si regula loquatur per verba generalia quibuscumq; vt dicit glo. s. in clemen. per literas, de præben. Et ita pro declaratione istius regulæ in specie distinguunt Glosator cōcilii Basilicæ.
tit. de paci, possess. in verbo beneficium, & ante ipsum Nicolaus Milis in suo indice in ver-
bo hospitalia, versi. antepenul. & in verbo beneficium. Sed Felyn. in. c. de quarta, in quinta colum, de præscrip. circa hoc videtur sentire cōtrarium, dum vult, q̄ quando dispositio iu-
ris cōmuni, sive regularum continet materiā favorabilem, & extēdibilem, & loquitur per
verba generalia, videlicet, de quibuscum beneficij, comprehendit etiam hospitalia subiecta
episcopo, licet solita gubernari per laicos, quia largo modo sunt beneficia, vt dicit Card. in
clemē. i. ii. vii. q. de sequest. poss. Et ita dicit se pridie obtinuisse in Rota in causa propriæ.
Nam Rota voluit regulam Cancellaria, num. 24. haberet locum in hospitalibus simili
modo concessis. Ita concludit ibi Fely. licet latius super hoc diuageatur, quæ omnia qua-
drarevident ad istā regulam cum sit favorabilis possessoribus, & loquatur per verba vni-
uersalia. **C**Tamē ego de isto dicto multū dubito, in primis, quia ista regula licet loquatur
vniuersaliter de quibuscumq; beneficij, tamen illa vniuersalitas restringi debet ad beneficia,
quæ ex apostolica, vel ordinaria collatione, electione, & confirmatione, aut præsentatio-
ne, & institutione, obtinentur, & sic ex titulo præambulo. Sed quando hospitalia cōcedun-
tur laicis gubernanda non dantur in titulum beneficij, sed cuiusdam administrationis tem-
poralis, ideo regula in illis non procedit. Et licet regula. xxiii. in huiusmodi hospitalibus
locum habeat, secundū quod refert Felyn. pronunciatiū fuisse, hoc ideo factum fuit,
quia illa regula non restringit se ad certam speciem titulorum sicut ista, & ideo in ea di-
versa ratio concurredit, per hoc tamen generaliter inferri non debet ad alias regulas. Et per
ista declarantur ea, quæ dicunt Moder. in tracta, beneficij, in tercia parte, quæstio. lvii. &
in sexta quæstione primæ partis. & seq. Et redditur dubia consultatio Andr. Sicul. consil.
lxiii. lib. iii. qui voluit clemen. literas, non habere locum in gratiis favorabiliter conce-
sis non distinguendo titulum a non titulo.

¶ Quæstio

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXVIII

¶ Quæstio Octava.

OCTAVO Quæro, † an regula ista habeat locum in beneficio vni.

SOLVTIO. Iste casus accidit tempore Sixti in vna Burgen. Scholastræ, vt meminit Ioan. Aloisius Tuscanus aduocatus primarius illorum temporum in primo vol. consil. suorum, confi. incip. an constiit quod dominus &c. in secundo dubio. fol. xxix. Et breuiter concludit, quid regula ista locum non habeat: Nam uinc fuerant vnta quadam beneficia Scholastræ ad perpetuam rei memoriam pro pueris erudiendis post obitum cujusdam Ioannis de Vela, sc̄o, quæ illa possidebat. Itaq; mortuo Ioanne statim vno sortieba tur effectum, accidit, q̄ post mortem Ioannis quidam Alphonsus dicta beneficia tanquam vacante impetravit, & ea per triennium possedit, qui conuenitus per Scholasticum excipit de ista regula, fuit dubitatum, nunquid esset exceptioni locus.

CTota difficultas huius dubii consistit in hoc, an per obitum Ioannis dicantur beneficia vacare: Nam tenendo, prout vrum est, quod non vacant cum iam ipso iure reperiatur vni-
ta dignitati imprecatio non valebit, nec possideri poterunt beneficia, quæ non vacant, nec
2. sunt, † quia per vnonem extinguitur, & suprimitur nomen, & effectus beneficij, ut tradit
doct. in. c. cum accessiſſent, de const. & glo. in clem. per literas, de præben. cum concor. tra-
ditis per Ioan. bap. de sancto Seuerino in tract. vni. articulo. viii. q. xi. & seq. & quia non
agitur amplius, ut de beneficiis, sed vt de prædio, seu proprietate, iuxta not. in clem. dispen-
sioſam. de iud. & in clem. i. de seq. poss. & fruct. ut declarat notabiliter Oldra. cons. cclyi.
in. v. &. vi. colum. Et uerba istius regulæ, quæ loquuntur in beneficiis possessoris non pos-
sunt in talibus vnonibus uerificari, quia nec sunt beneficia, nec possideri possunt, cum er-
go in illis non concurrat qualitas requisita in regula cestat eius dispositio, argu. capit. pri-
mo. de homicid. libro. sexto.

CQuod autem talia beneficia non dicantur vacare ultra prædicta, tenet etiam Ioan. And.
in clem. i. de recipi. & in cle. i. de sup. neg. præla. & in cle. f. equens. de excessi præla. Federi-
cus in tract. permitt. q. xxiii. & decisio in nouis. ccxxxvii. Si igitur prædicta beneficia non
vacant, nec sunt in rerum natura cum sint extincta, & totaliter suppressa possideri non pos-
3. sunt, † quia non entis nullæ sunt partes, vulg. l. eius. ff. si cer. pet. regula igitur ista, quæ lo-
quitur de beneficiis possessoris non habebit locum in talibus, & ita seruat cancellaria. Et ista
op̄i, pro indubitate tener hic do. Melchior aduocatus suorum temporum non secundus
in quibusdam annotationibus ad regulam Hadriani, licet ibi videatur, in vniōne ad vitam
dubitare, quæ non ita extinguit titulum, sed supprimit ad tempus, sed ex ego idem dicrem,
quia respectu illius temporis inducit idem effectus, & argumentum de toto ad partem,
valeret etiam respectu temporis, ut in. l. si cui. in prin. versiculo perinde. & ibi nota Bald. ff.
de leg. primo. & sequitur Ias. in. l. diuorſio. & quod in anno. in secundo notabili. ff. solut.
ma. cum concor. ut scribit Decius in. l. cuius effectus. ff. de re. iur. & dixi in simili in. & pena
les numero. xv. institu. de actio. Quicquid tamen sit in vniōne perpetua hoc receptum est,
& regula ista locum non habeat, & ita in specie tenuit, & iudicavit Rota, prout manu pro-
pria adnotauit hic D. Dominicus de Jacobitiis auditor Rota primarius, & postea Card.
in quibusdam suis apostillis, quæ adhuc hodie seruantur apud Reuerendissimum Domi-
num Christophorum Jacobitum Cardinalem eius nepotem.

¶ Quæstio Nona.

NONO Quæro, † an habeat locum ista regula, in beneficio iur. pat.

SOLVTIO. Pater ex verbis istius regulæ, ibi, præsentatione, aut præsentatio-
nis institutione. Tñ maius dubium est, si ille qui possidet triennio beneficium ex colla-
tione ordinarii, quod pretendit esse de iure patro. conueniat a præsentato per patro-
num, a die noctis, quod fieri potest, & possessor excipiat de ista regula; tunc est dubium,
nunquid defendat possessorum cum collatione ordinarii in beneficio, quod vere est de iure
patronatus. Et ad hoc refutatio capi potest ex iis que dixi in regula de annali. q. xxvii. ibi
videndum est, ne bis idem reputatur.

DE C I M O Quarto, † an possidens duo beneficia curata per triennium, & sic incompatibilis, seu execrabilis, aut non promotus infra annum ad sacros ordines, iuxta c. liceit, & .c. commissi. de electio. lib. vi. defendantur ista regula?

C S O L V T I O Ita duo dubia proposita sepe p. me in Rora fuerunt, in causa Regien. Plebanie, veriente inter Ludouicum de Milane, & Andream de Canofia ex alia, Et quia sunt dubia magni momenti, super quibus vtriusque partis aduocati longo tempore informarunt, & illa de mandato Rotæ in punctis data fuerunt nouiter auditorandis videbatur, licet, Dominis Hieronymo Novato, & Petro Andreæ de Ripantis priori Esino, Qui super prædictis dubiis, iuxta stylum, & morem antiquum Rotæ, omnes Dominos informarunt, ad effectum, vt doctrinæ periculum faciendo habiles se ostenderent. Et ob eam causam quilibet eorum dubii dati partem contrariam accepit; quorū disputatio illis inutilis fuit, ex eo, quia propter nouam concessionem, & concursum aliorum plurium mandatorum, alii loco eorum, de mandato papæ, ad auditoratus locum recepti fuerunt; videlicet, D. Raynaldus Petrus, & D. Hieronymus Aueroldus, Itaq; super isto dubio facto calculo, ultra procuratores plures, sex aduocati pro vtrraq; parte ista dubia disputatunt, prædictis computatis: inter quos fuit R. D. Ioannes Paulus tunc aduocatus, & nunc dignissimus Auditor, & D. Antonius Gabrielis. ¶ Opponebat igitur in primis Ludouicus actor, Andream duo curata beneficia possedisse, item q; promotus infra annum ad sacros ordines non fuerat, Andreas vero de ista regula excipiebat, Ludouicus replicabat, regulani non tueri execrabilem, & non promotum, ex eo, quia non habebat titulum coloratum.

Dubitatum fuit quid iuri? Pro parte negativa, vñ, regulam istam execrabilem, & non promotum minime tueri: adducitur in primis decisio in puncto docti cuiusdam Glofatoris in commento concilii Basiliensi, inserto in pragmatica Francia, sub tit. de paci possesso.

2 concilientis execrabilem regula ista non defendi, illa ratione: † quia ex quo ipso iure priuatus est titulo per .c. de multa, & extraag. execrabilis, titulum coloratum non haberet, qui necessarius est, quoad istam regulam, quæ expresse titulum coloratum requirit, vt appareret ex decreto dicti concilii Basiliensi, a quo fere ad literam est sumpta ista regula. ¶ Addo, q; istam etiam opinionem defendebat Melchior de Baldassinius, aduocatus in vna Monasterien, præpositure, coram D. Guelio, vt appareat in quoddam suo cōsilio. Nec obstat ei regulam istam excipere duos casus: quia respondebat regulam loqui de colorato titulo collationis, institutionis, seu confirmationis &c. Et exceptio etiam loquitur de eodem titulo colorato, secundum modos enarratos hic, qui quidem titulus in illis duobus casibus exceptis in regula non suffragatur, ut hic dicitur. Sed vbi daremus aliquem carcere omnino titulo, vt execrabilis, tunc non haberet locum ista regula, quæ presupponit tam in dicto suo, q; exceptione, titulum aliquem coloratum adesse.

3 ¶ Præterea pro ista op. facit, † quia per acquisitionem secundi incompatibilis videtur quis renunciare primo, vñ dicit tex. in cle. gratia de rescrip. Et per renunciationem perditur ciuilis, & naturalis possessio, vt in decisi. prima. tit. de renunc. in nouis. Et dato, quod insit stat de facto in detentione rei, a qua non possit amoueri, nisi citatus, vt in .c. liceit, de præb. libro sexto. Tamen ista detentio sine admixtione non operatur aliquem effectum regulæ. Vnde sicut si expresse execrabilis renunciaret primum beneficium, & post renunciationem detineret triennio idem beneficium renunciatum sine alio titulo, non haberet locum regula, ita & in tacita renunciatione causata ex adeptione secundi incompatibilis: Nam inter tacitam & expressam renunciationem in beneficialibus non est differentia, vt notat Abol. & alii in .c. ex ore, de iis qui s. a. ma. par. ca. Hæc Melchior. ¶ Accedit, † quia omnis qui est priuatus a iure, vel ab homine, ipsa facta dicitur habere discoloratum titulum, vt late post alios probat Fely. in .c. in noſtra, in .xxxvi. corr. in princip. de rescrip. Sed habens duo curata est huiusmodi, Igitur non debet ab ista regula defendi, quæ requirit titulum coloratum. Et q; execrabilis non habeat coloratum titulum, nec coloratum possessionem, tenet expresse Domi, post Ican. de Ligna, & alios in .c. cleric episcopus, de præb. lib. vi. & in conf. lxxvi, in ultima columna. ¶ Præterea pro ista opinione facit, quia licet regula ista excluderet contra istum possessorem omnem allegationem, numq; tamen intelligitur exclusa allegatio inabilitatis personæ, glo. & Bar. in .l. i. §. vnuſquisq; C. de fac. sanct. eccl. & in

l.i. §.

I.i. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Sed possidens duo incompatibilia effectus est inabilitis ad obtenta, per extraag. execrabilis, ergo talia beneficia censentur exclusa a priuilegio istius regulæ: quia ex quo non est legitima institutio, non potest dari possessio. c.i. de re. iur. lib. vi. & ista regula neminem sine possessione tuebitur. ¶ Præterea, quia contendens se priuilegiatione alicuius qualitatibus, oportet illam qualitatem probare. l. tribunus, & l. diutus. ff. de test. mil. cum igitur ad effectum istius regulæ requiratur possessio triennalis, ratione alicuius canonicae institutionis, eo ipso, q; appetere abesse titulum canonicum, & sic deficiente illa qualitate, deficit possessio: & per consequens cessat regula. Quod autem qualitas illa deficiat, apparet manifeste, quia cum ius resistat tali possessioni, talis dicitur potius occupator & intrusus, q; possessio. c.ad decimas, & ibi not. Lap. de rest. spolia. libro. vi. & Bal. in .l. i. C. de appella. & in .l. si de proprietate. C. si a non competit, iudi. Non enim iniurium, sed iustum possessorem defendant leges, vt in .c. i. ibi, non de omni possessore, sed tamen isto iusto, per quos fiat inuestitura. ¶ Nā possessio nihil aliud est, q; ius insistendi rei non prohibita possideri, vt diffinitur per Bar. & communiter doct. in .l. i. ff. de acqui. poss. Nec obstat iustum execrabilem habuisse titulum ab illis, qui dare poterant: quo casu dicitur titulus coloratus, qui sufficit ad istam regulam, iuxta vulg. dictum Host. in .c. dudum, de elect. & omnium in .c. cum nostris, de concess. præben. quia ad hoc respondeatur, q; licet ille titulus esset bonus & coloratus anteq; esset lapsus mensis post adeptiōnem secuti, vbi tamē lapsus est mensis, infra quem non renunciavit, primum in manibus ordinarii, illi tituli reducuntur per extraag. execrabilis, ad non titulum, & sic cessat qualitas tituli colorati requiri in regula, dicitur igitur iste intrusus, ex quo scit ius ad alium pertinere, iuxta not. per Ol. drad. in consil. cxxvi. incip. ex productis. colum. fi. & tamen si recte ponderetur ista regula, excludit intrusum: Nam in illis verbis de beneficiis sic possessor, regula innuit requiri vna cum possessione, canonicum titulum, de quo regula in principio posuit exemplas. ¶ † quia dictio sic, est declarativa, & significativa modorum expressorum. l. gallus. in princ. & ibi glo. in verb. sic. ff. de liber. & post. Et per consequens dicta possessor requiri continuta cum titulo, vt etiam indicat dictio per, que perfectionem & continuationem significat, vulg. l. urbana. §. pernoctare. ff. de verb. signifi. Cum igitur per incompatibilitatem tituli redacti sunt ad non titulum, ex illo, nec color, nec præsumptio iustitia aut bo. fidei potuit resultare. arg. auth. cuī relictum. C. de iudic. vidu. tol. ¶ Præterea, quia iura non defendunt expoliatum sed expoliantem, quando de defectu ipsius spoliandi constat, vt deci. xv. de rest. spoli. in antiqu. multominus debent defendere volenter retinere beneficia, in exclusione boni iuri alterius non expoliantis. Et ista op. que fuit etiam Glosacoris hic colum. fi. se quivit fuit Antonius de Capheillis, antiquus doctor, & inter aduocatos sui temporis pri marius, in quoddam suo consilio reddito in causa Monasterien. decanatus, motus, inter alia, vulgari hoc motu, quia execrabilis est mulsum odiosum a iure. Et ideo unde poenam meretur non debet priuilegiari indulto istius regulæ, cum sit indignus. ¶ Et lex indignis non dat priuilegia. l. auxilium. ff. de mino. & cap. quia frustra. de vñl. Roma, consil. cclxxv. Nec relevat, q; execrabilis possederit per triennium, vel decennium: nam propter hoc magis est damnable, quia tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius hominem detinent aliquid, vt dicit tex. in .c. fi. de præscrip. & .c. fi. de consil. ¶ Addo pro ista op. vñ aliud, quia execrabilis non restituitur si spoliatur, vt dixi late in regula de annali, & est deci. cclxxi. in antiqu. & tenet Roma. consil. dccccxcix. Et tamen si haberet coloratum titulum restituatur, vt in deci. ii. de resti. spoli. in no. cum vulga. Ad idem facit, quia beneficia vacancia per incompatibilitatem sunt reseruata per extraag. execrabilis, & tamen ista regula excludit beneficia reseruata. Nec obstat regulam nolle istum triennalem molestari, & sic videtur omnem molestiam includere etiam illam, quæ prætextu incompatibilitatis infertur, quia ad hoc respondeatur, † q; in generali exclusione, molestie nunq; intelligitur exclusa illa de qua probatio afferatur incontinenti, & in promptu, vt not. Bar. in .l. iii. §. condemnatum. ff. de re iudi. vbi ponit exemplum in executione trium sententiarum, contra quam licet iuria in cle. i. de re iudi. cum aliis similibus excludant exceptions impeditius executionis, vbi tamen probatio exceptionis offertur, incontinenti illa prohibitiō non procedit, nec includit istum casum. Et propter ea cum in casu isto incontinenti ualere potest de iniusta occupatione, & improba possessione istius execrabilis, debet iudex talem exceptionem admittere, per quam apparent execrabilem dudum ante perfectum triennalem possessionem caruisse titulum.

Fol. 155. qd
ad 156 fol. 22
m. 22

& possessione beneficiorum, quae sine canonico titulo non obtinetur, quinimo illum potius fuisse furem, occupatorem, & latronem, qui fructus incompatibilium sine dispensatione percepit, ut dicit tex. in. c. dudum, et secundo. de electio. Praterea non debet plus opera ei dispositio istius regulæ, q[uia] voluntas papæ. argum. c. proposuit, de concess. præbendæ. ¶ Sed papa etiam scientia conferendo aliqui incompatibile non censetur, cum illo dispensare in dubio, nisi exp[re]sse dicat, vt tradunt omnes in capitulo de multa. de præbendæ. & in extrauag. execrabilis. co. tit. per rationes de quibus ibi. Ergo nec ista regula censetur inducer dispensationem, cum hoc in ea non caueatur, & in dubio dispensatio non presumitur, interpræta est igit[ur] ista regula in dubio secundum metu[m] disponet. arg. c. cam. de rete. cu. vulg. Videatur enim hoc casu coadiutorem istius regulæ se conformari voluisse iuri communis quatuor fieri potest. c. cum dilectus. de consue. & propter ea exegisse hic titulum, quia alias iure communis in triennali prescriptione titulus requiritur. l. ii. ff. de v[er]s[ion]e. &. xvi. q. iii. in summa. Praterea, quia ista regula in impenetrab[il]is beneficiis per vacationem alterius personæ, q[uia] possidentis. Sed casus noster procedit quando imperatio fit propter delictum personæ possessoris, & agitur ad priuationem, quo casu videatur regulam non habere locum, ut latius dixi in regula de annali. q. xl. Et ideo cum isti casus sint diversi regula loquens in uno non haber locum in alio. vulg. c. susceptum. de rescrip. lib. vi. pro quo benefacit consil. Petri de anchara. ccxiii. in princ. dum loquitur de impetratione beneficij ob non promotionem etiam post pacificam possessionem. ¶ Nec obstat, q[uia] regula ista excipiat duos casus, quia casus excepti non excludunt extensionem aliorum similitudinum, vulg. l. ob. q. C. de pre. mino. ¶ Iste tamen non obstantibus contraria opinio. q[uia] est verior per plura dicta docto. & rationes tenuit Rota: Nam in primis istam op[er]i. tenet Glosator hic fol. iii. quæ dicit regulam habere locum in priuatu ipso iure, vel per sententiam. arg. l. in rebus. q. fi. cum. l. sed si maiestate. ff. de p[ro]p[ter]a. Et hoc idem videtur sentire in columna fin. nihil aliud allegans. ¶ Et principalis ratio istius decisionis consistit in hoc, quia tex. istius regulæ tantum excipit duos casus, in quibus papa discolorat titulum, & disponit regulam non habere locum, ergo in aliis casibus non exceptis regula manet firma, quia exceptio firmat regulam in non exceptatis, vulg. l. nam q[uia] liquide. ff. de penult. ¶ Secundo principaliter pro ista op[er]i. facit, quod dicit Fely. in. c. sicut. in. xvi. colum. versi. quinto aduerte. de re iud. Dum considerat, q[uia] ratio, quae in uno beneficio militar ad dicendum per triennalem possessionem presumi titulum habilem, procedit etiam in duobus beneficiis, arg. l. singularia. ff. si cer. pet. Nam tali causa sufficit execrabilis possessori tantum aliquid legare aliquam causam ad colorandum titulum, puta dispensationem, licet eam non proberet, ut notabiliter dicit Card. in. c. cum nostris. de concess. præben. ¶ Presertim quando diu quis possedit, quia tali causa incompatibili praefumitur dispensatus, per ea, quae Pet. de ancha. tradit in consi. cxvii. Per quod ita tenuit Rota in ista eadem causa tunc pendet. coram R. P. D. Marcello Crescetio de anno M. D. xxxiii. attenta possessione dicti Andreæ diuturna, quæ hodie propter breuem hominem vitam posset ad triennium reduci virtute istius regulæ, sicut de allegatione Lapi. lxxxix. sepe tenuit Rota, ut meminit D. Guliel. Cassiodorus in collectaneis decisionis. Et isto casu bene quadrat dictum Card. in. d. c. cum nostris. uide licet, q[uia] sufficit allegare dispensationem ad colorandum titulum. Et ultra prædicta, q[uia] execrabilis defendatur exceptione istius regulæ tener idem D. Guliel. Cassiodorus. in discursu cuiusdam decisionis istius regulæ, & in alia super regula de annali. Pro qua op[er]i. vltius facit, quia regula ista iudicatur favorabilis, aut ex eo, q[uia] per eam lites dirimuntur, ut patet in fine regulæ, ibi, antiquas lites penitus extinguentes &c. quæ quidem ratio a iure communis ampliatur, & fauetur, ut in. c. finem litibus. & in. l. properandum. cum aliis vulgatis, vel quia lites dirimere respicit rem publicam, quo casu sub huiusmodi regula etiam generaliter loquente inhabiles comprehendunt, iuxta doctrinam. Bar. in. l. sicut in graui. q. vtrum. verbi quoq[ue]. ff. ad silentia. cum concor. vt scripsi in. q. in persona. in. xi. & xii. col. inst. de actio. ¶ Aut quia regula ista sequitur mentem, & intentionem legis primæ. ff. de v[er]s[ion]e. ne domini rerum sint in incerto, & sic certi dentur rectores, & beneficiari, qui cultum vineæ domini magis proprie, & accurate respiciant, utq[ue] sit, large erit interpretanda, iuxta l. cum quidam. de libe. & posthu. & c. odia. de re. iur. lib. vi. cum igitur in ista regula duo tantum casus excipiuntur, qui sunt grauiores ceteris, quibus nec execrabilis, nec qui non est promotus assimilantur, nec aequiparantur. Ergo in aliis non exceptis late est interpretanda. ¶ Hoc

enim

enim sic demonstratur: Nam casus simoniae hic exceptus superat omnes alios, prout dicitur in. c. tanta. de simonia. Ergo execrabilis & non promotus, quæ sunt crimina inferiora remanent sub regula.

¶ Secundus casus exceptus de intruso in beneficio reservato est etiam in iure multum odiosus, ¶ t[em]p[or]e, q[uia] si talis intrusus spoliatur non restituir, vt pater in decisione. xvi. in no. Et tamen execrabilis, licet sit criminosis, restitu[re] debet si expoliatur, non obstat, prædictis, vt statim probabitur. Ex istis igit[ur] appetet exceptionem duorum casuum expressorum hic in regula implicare regulam habere locum in omnibus aliis criminosis non exceptis, & a iure priuatis, inter quos facilis execrabilis, & non promotus comprehendendi debent, qui licet a iure sunt priuati titulo, quandoq[ue] tamen plenum titulum habuerunt. arg. l. fi. ff. de decu. & qui nisi sint notorii, vel lata sit sententia priuationis contra eos dicuntur habere titulum putatum, vel coloratum, vt dicunt Abbas, & alii in. c. nisi cum pridem, in secunda columna. versiculo, conclude mentem glo. de renuncia. Nec obstat, q[uia] exceptio non excludit casus similes, vt dicebatur, quia isti non sunt casus similes exceptis, & in odiosis exceptio non recipit extensionem, ut in. c. ii. de coniug. lep. & c. quemadmodum, de iur. iur. Et not. Bar. in. l. i. col. i. ff. si quis ius di. non ob. & in. l. i. eum. q. iniuriarum. ff. si quis cau. Fely. in. c. cum inter. col. vi. de re iudic. vel si sunt similes, alia tamen ratione sub exceptione comprehendendi non possunt, vt dicam statim post in versi. Nec obstat, q[uia] casus & c. ¶ Praterea quia in decreto cōci lii Basiliæ a quo ista regula ortum habuit, excipitur ius nouiter imperatum. Et hoc quod contra execrabilem, & non promotum deducitur, nc n[on] est ius antiquum, sed nouum, igitur & c. ¶ Praterea quia actor per via exceptionis excludens a priuilegiis sicut regulæ execrabilis dicitur quodammodo agere, & id intendere, vt tanquam indignus priuetur, hoc autem pertitorum concernit, cum tamen regula ad possessorum respiciat, & ista sunt diuersa, vulg. q. nihil cōmutne. de acqui. poss. ¶ Praterea quia ista regula inducit presumptionem iuris, & de iure, quod e[st] eo patet, quia annulat prouisiones, & extinguit lites super hoc figendo. p[ro]des, iuxta tradita per Abbatem in capitulo is qui fidem. de sponsa. ¶ Praterea nam ex eo, regula defendit inhabiles ab imprætib[us], t[em]p[or]e ordinarii habent facultatem, non obstat. triennali possessione requirere titulum a possidentibus, vt tradit Fely. post alios in capitulo illud. de præsump. & in capi. sicut. in. xvi. col. de re iudic. & latius in. c. licet, de simo. & est tex. in. d. concilio Basiliæ, donec igitur ab ordinariis non inquiruntur, debent esse tunc ab imprætib[us]. ¶ Et tenendo istam opinionem, non obstant ea, quia pro contraria parte adducta fuerunt. Primo, q[uia] priuati ipso iure non habent coloratum titulum, quia respondetur illud procedere quoad casus in quibus de iure communis requiriuntur color tituli, secus vero quoad effectum istius regulæ, quæ disponit omnem titulum esse coloratum habitum ab eo, qui alias conferendi habet facultatem, secundum modos hic scriptos, exceptis duobus casibus hic exceptutatis, & hoc esse rationabile in terminis istius regulæ manifeste ostenditur, t[em]p[or]e quia si iura communia non assunt execrabilis, vel alteri p[ro]tato, a iure, vel ab homine, nec eos coloratum titulum habere volunt, hoc ideo inductum fuit, quia illi inhabiles in casibus prædictis iuris communis repelluntur, vt actores, qui in iudicio super canonizatione tituli a iure reprobati contendunt, & ad hoc, vt beneficium illis ad iudicetur, & sic de lucro captando agunt, nimirum igitur si sine titulo canonico saltem colorato tales inhabiles ipso iure priuati non audiuntur, ut in. c. i. de eo qui mit. in poss. ca. rei seruan. lib. vi. cum similibus. Et tradit Imol. in. c. in literis. de resti. spoli. Regula vero ista procedit in re excipiente, & se in sola possessione defendant, cui regula ista exceptio nem duntaxat, & non titulum concedit, secundum interpretationem Rotæ, de qua meminit Fely. in. c. sicut. colum. xv. de re iudi. & Glosator hic fol. iii. & sic inter ius communis, & regulam istam, quoad hoc est longa differentia, & propter ea favorabiliora sunt iura reis, quam actoribus. vulg. l. favorabiliore. ff. de re. iur. & l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & c. cum sint. de re. iur. lib. vi. unde quælibet etiam iniusta causa excusat execrabilis rei, & possessor, ut no. Domi. in. c. non potest. de præben. lib. vi. quia forte actorem non excusat. Inde evenit, q[uia] dispensatio inutilia sufficit ad excusandum execrabilis possessor, vt tradit Specul. titulo de dispensa. q. videndum. versiculo porro, t[em]p[or]e iste favor reis non solum a iure communis præstat in prædictis casibus, sed etiam ab stilo Rotæ in aliis, q[uia] pluribus: Nam secundum stilem contra reum citatum, & contumacem in causis ultra montes Rotæ non solet pronunciare in prima instantia, nisi elapsus quinq[ue] vel sex mensibus in Citramon

COMMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

tanis uero post sexaginta dies, sed ubi actor, qui committit causam contumaciter abest, praedictus fauor non attenditur, sed infra praedictum tempus vix lapsis duobus mensibus in uore rei pronunciat. Ut cœcluit Rota in una Toletana canonicius, & præben. coram R. D. Ioan. Paulo. v. Iulii M. D. xxxviii. quo die ipse idem in d. causa contra actorem contumacem in fauorem rei pronunciauit, cum tamē causa predicta fuisse cōmissa, vii. die Maii eiusdem anni, solet. n. sape Rota in pluribus iuris articulis magis reis, q̄ actoribus fauere. ¶ Nec obstat, q̄ casus hic excepti extendit debet ad casus similes, iuxta vulga. l. ob es. alleg. quia illud est uerum quando statutum, vel regula continet materiā iuris, secus quādō statutum, vel regula disponunt contra, vel prater ius, quia tunc casus excepti non extenduntur ad similes. Ita notabiliter limitat Abb. in. c. ad audientiam, in primo notabili. de cle, non residen. Cum igitur regula ista sit contra ius inquantum inducit præscriptionē triennalem in beneficiis, vel saltem si prater ius, ut de se patet, merito est dicendum casus exceptos in ea non recipere extensionē ad alios casus similes, Itaq̄ casus nostri execrabilitatis manebit sub regula. Et propterea non ab re dicebat Card. in. d. c. cum nostris. sufficere execrabilis di spenſatione allegare. Praetertim quando triennio possedit, ex qua quidem possessione triennii uidetur hodie induci præsumptio dispensationis, sicut olim ex decennali inducebatur, iuxta dictum Per. de anchara. in. d. consil. cxvii. Itaq̄ hodie possessio triennalis potest dici diurna, vt declarat Fely. in. c. licer. heli. columna. viii. de simo. in qua præsumendum erit omnia legitime interuenisse; quia ex longo tempore præsumitur quis institutus, secundum Domi. in. c. si iudex de sen. excom. li. vi. & sic omnia requisita concurrere, iuxta consil. Decii. cxviii. per quod in ista causa Regien. ut dixi, fuit conclusum in prima instantia, corā D. Marcello, Andream qui per decem annos possederat habere præsumptionem dispensationis, quoad effectum istius regulæ. Et hoc est, quod dicebat Fely. in. d. c. sicut. q̄ ratio quæ consideratur in possessione xx. annorum, militat in triennali possessione: Nam ideo in decennali præsumitur titulus, quia episcopus qui tenet visitare singulis annis, non tolerasset istum possidere sine titulo, quæ ratio militat in possessione triennali, propter istam regulam. Et ideo in causa prædicta Domini magis inclinarat in istam partem, vide licer. regulam istam execrabilis tueri, propter prædicta, & per rationem tex. in. c. licer. episcop. de præben. lib. vi. qui uidetur habere considerationem possessionis habite per execrabilem: Verum quia res adhuc magna difficultate non carebat non fuit tunc istud dubium omnino resolutum, concurrente magna contentione, & disputatione dominorum, Hoc die tamen, quia numeratur. xv. Februario M. D. xxxv. proposita iterum causa, etiam dominorum uota se in duas aequales partes diuiserunt, & ut utar uerbis decisionis. xvi. de resti. spolia. in no. fuerunt adeo uarii, q̄ fuerunt diuersi quia per medium iadeo, q̄ uoluerunt sci re op. mei proponentis, ut in aequalitatem induceret. Et quis de more non sit, q̄ propone ns causam, uotum proferat, quia nūmetum non facit, tamen uidi hoc a Rota aliquando concedi, propter difficultatem materiar. & ut causa habeat exitum. Est uerum, q̄ in minis mis arbitraris, prout in dandis dilationibus, vel concedendis remissoriis, auditores gratificationem habent solent, q̄uis raro ea utatur. A liter tamen temporibus antiquis fiebat, Nā quando uaria erant uota dominorum, & aequalia, auditor proponens solebat consulere cardinales sui temporis doctos, qui propter disparitatem dubium tollebant, prout fuit factum in decis. ccx. in fi. in no. alias sub titulo de rescriptis, decis. xxv. Imo solebat antiqui patres Rotæ, quando causa erat difficultas & dubia, non solum extra Rotam consulere Cardinales doctos, sed etiam abbreviatores, & alios doctores curia, prout fuit factum in casu decis. ccxlii. in no. vbi circa finē refert Cōpilator, q̄ in dicto casu abbreviatores, & doctores extra Rotam tenerunt opinionem cum tribus auditorebus contra maiorem partem do minorum. Et Auditor camerae consulitus aliquādo tenuit op. contra auditores Rotæ, pro ut ibi dicitur. Ad propositum igitur questionis redeundo, postq̄ causa pluries per immunes informationes fuit trutinata, & sapientius in Rota proposita, acutus superius dictum est uotata, non uidebatur adhuc esse digesta, ut pronunciari super ea deberet, ex eo, quia computato voto mei proponentis, pro ista op. non erant nisi quinq̄ auditores, & pro contraria quatuor. Et uidebatur nouum, in tā magna difficultate, eximo uoto, quod alias computari non solet, disparitatem inducere. Ideo decreuimus super eadem re melius informari. Causa igitur iterum atq; iterum proposita, tandem post plures disputationes, maior pars dominorum tenuit, & firmauit, execrabilem iuuari regula, præsertim in casu nostro, in quo Andreas possederat

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXI

possederat dictas parochiales plus q̄ per quindecim annos. Itaq̄ uisus fuit non solū triennio, cum titulo vero, sed etiam præsumpto præambulo decem annorum possidere. Conclusum igitur fuit, Andream possessorem pacificum plusq̄ triennalem, non obstante incompatibilitate dictum parochialium ista regula tueri. Ratio fuit illa, de qua superius menini, quia regula ista loquitur in reo impietū, & se defendantē, iura vero communia, quae defellantur execrabilē, loquitur quando ipse execrabilis agit. Nimis igitur cū sit diuersissima ratio, debeant isti casus diuerso iure censes, vt fauorabiliores simus reis possessoribus triennalibus, q̄ actoribus. Hinc videmus, q̄ excommunicati, ut actores in iudicio esse non possunt, tamen si conueniantur, ut rei in iudicio esse poterant. In quo neque diabolō erit deneganda defensio, ut dicit Inno. in capitulo cum inter. per illum text, de except. Et ita respondebatur ad omnia iura, quae defellantur execrabilē: ut volumen coloratum titulum non habere, ut procedant ad effectum agendi, secus autem, ad effectū excipiendi, cum facilis permittatur exceptio, q̄ actio, ut in capitulo primo, de rescript. libro sexto, vel procedant in casibus dispositis per ius commune, secus est quoad istam regulam postea introductam. Et ita etiam nouissime execrabilē nū. i exceptione istius regulæ conclusit Rota, in una Zamoren, beneficiorum, corā R. P. D. Marcello Crescentio geminatis uotis, de mensibus Aprilis, & Maii M. D. XXXIX. Et sic etiam in una Lucen. de mense Iunio idem tenuit Rota, coram R. Dom. Io. Paulo. Et per hoc etiā respondebatur ad dictum Geminiani in dicto capitulo licer. & in consilio. lxxvi. dum voluit execrabilē nō habere titulū coloratū: Nā illud dictū procedit, nisi execrabilē per triennium possidet, quod inductum fuit per prouisionem istius regulæ. ¶ Nam ex huiusmodi triennali possessione, exceptio acquiritur, quæ licet nihil iuri possessori tribuat, ipsum tam defendit contra negligenter actorem post triennium molestantem.

¶ Vel secundo potest responderi, q̄ licer execrabilis non habeat bonum omnino titulum, habet tamen primum coloratum per possessionem trienni, qui sufficit quicad istam regulam, licer quod effectus iuri communis non habeat pro titulo, nec sufficit. Et hoc maxime procedit quando per triennalem allegatur causa, puta dispensatio, iuxta dictum Cardinalis in dicto capitulo cum in notris. & Glosatoris in pragmatica loco superius al legato. Et ita per hoc posset responderi ad aliud argumentum superius factum, videlicet, q̄ execrabilis spoliatus non restituitur, quia non habet coloratum titulum; quia est uerum non habere titulum quoad illum effectum introductum a iure communi. Præsertim, quia illo casu execrabilis est actor, & actor execrabilis non ita ius commune fauerit reo, ut dixi, & pater in capitulo primo, de rescript. libro sexto, & in dicto capitulo cum inter. decep. Sed hic agitur de defendendo reo in sua possessione, merito dicta doctorum iste casu nō faciunt, ad propositum, q̄ quinimo execrabilem agere posse spolio, multi docto. tenuerunt, ut patet in decisione tercia, in ultima additio. de resti. spoli. in no. & tener Oldra. consilio cccxvii. Specul. titulo de petito. & possel. §. fin. Cardin. consilio. cxxxii. T. archipresby. columna ultima. Et Bal. nouel. in. §. nil commune. col. xxv. in. xviii. fall. senti. Milis in ver. beneficium quo quis. Et Anto. in capitulo solicite. in pen. q. de resti. spolia. Precep. in capitulo quo iure. columna tercia. octava dist. & in dicto. parla. Tolofani decisio. xlvi. Et Abb. in capitulo in literis. columna penultima. de resti. spolia. & in disputatione incip. Titius. columna septima. allegat optimum te. in capitulo ex insinuatione. de procu. & sic isti volentes restitutionem fieri præsupponunt execrabilem habere titulum, sa' tem coloratum. Et licer super hoc in regula de annali alter dixerim, tñ posset procedere, nisi execrabilis spoliatus triennalis sit possessor, quia tali casu posset restitutionē petere, ut opin'ones concordentur, & ita etiam possunt limitari dicta per Decimum in consilio. xcxi. columna pe nultima, & fi. Et ut unico verbo op. contrarias ad concordiam reducantur, distinguendi sunt duo casus.

¶ Primus est quando execrabilis nullum habet titulum, sed se intrut de facto sine alicuius prouisione in beneficio, vel est declaratus per sententiam esse priuatum titulo, & tali casu procedit prima op. Et ea, quæ dicebat Melchior, videlicet, regulam nullo pacto execrabilem defendere, quæ requirit saltem coloratum titulum.

¶ Secundus casus est, quando execrabilis habet titulum, licer inualidum, vigore ciuius possedit per triennium, & tali casu procedit secunda op. quia sufficit illi habuisse titulum, ab eo, qui potestatem habuit conferendi. Vnde licer aliqua de causa inualidus fuerit, dat tamē HH

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

In dubio colore possidendi, iuxta tradita in c. cum nostris de concess. præben. Erille titulus sufficit, quoad istam regulam, & quoad effectum ne spoliari possit, iuxta not. per Moder. in l. si pacto. in v. notabili. C. de pact. Potest etiam dici, q. non valet argumentum, seu consequentia, excrabilis non restituatur, ergo non habet titulum coloratum, quia vide mus, t. q. per iurii exceptio impedit restitutionem, ex quo elidit intentionem agentis, & sic impedit procelsum, ut in capitulo dilecti. de fo. comp. vbi hoc tenet dominus Anto. super glo. etiam in c. intelleximus. de iudic. Et tamen per iurium anteq. priuetur, dicitur habere titulum coloratum, vt not. Inno. in capitulo cum nostris. de concess. præben. & Moder. in capitulo. ii. de rescrip. hoc tamen de per iurio declarandum est singulariter, vt per Dom. in capitulo. i. in tercia columna, versi. Nota incidenter. de lit. contect. libro sexto. & dixi latissime in regula de annali, in illa. q. an regula defendat homicidiam, & priuandum sententia hominis. Concluserunt igitur Domini in presenti. q. iam sine dubitatione locum esse regule, & quod voluerunt de excrabilis, idem dixerunt de possessori triennali non promoto infra annum ad sacros ordines, iuxta c. licet. de elect. libro sexto. Quod longe ante tenetur Rota in una Lugdunen. sive Burgen. parochia sancti Andree coram Reuer. D. Iean. Clerici. xv. Maii. M. D. xxxvi. in favorem Georgij Gineti, contra Nicolaum Pollaci: quod procedit quando nulla militat præsumptio iuris contra eum. Secus si aliqua præsumptio non promotionis vrgeret, vt quia constaret de ordinibus male suscepatis, quia tali casu plures ex dominis tenerunt non iuuari regula, sed transferri onus probandi in ipsum possessorum, per not. per Imol. in l. in illa. ff. de verbo. obliga. facit deciso Egidii. cliii. Et ita heri. xxviii. Januarii M. D. XXXVIII. tenuerunt Domini in una Romana sancti Pauli, cora R. D. Raynaldo Petruio. Sed ad iudicium, q. predicta consideratio procedit, ante triennium completum, vt in d. causa Romana contigit. Secus tamen putarem post completem triennium pacifice, quia tali casu putarem omni casu onus probandi non promotionem, vel incompatibiliatem pertinere ad actorem, t. quia triennalis possessor inducit præsumptionem iuris pro possessoro, vt transferat in alium onus probandi, & hoc, quia præsumitur ordinarios visitasse subditos, & non primittere aliquem tandem manere, sine promotione in peccato, iuxta tradita per docto. in c. illud. de præsump. & Pet. de ancha. c. fil. cvii. Nullus igitur excepto ordinario superiori, potest tales possessorum compellere post triennalem possessionem, ad ostendendum titulum beneficij, vel promotionis suar, vt not. omnes Moder. in c. licet heli. de sivo. Sed tñ prima op. est verior, quam tenuit Rota etiam in predicta causa Regien. Nam ibi ex quo per possessorum productum fuerat instrumentum ordinis subdiaconus suscepti, post lapsum anni, fuiimus in claro, q. ante annum ordinem non suscepserat, quia nemo bis ordinatur, & in claris cessauit præsumptio habilis tituli, quae per istam regulam præsumitur. Secus tamen est in alleg. Lapi. lxxxix. quae præsumit titulum, etiam si inutilis titulus producatur, quia præsumitur dispensatus. Et non potest titulus aliquis produci, quin semper aliud & aliud, & sic in infinitum habilitas in fauore possessoris mortui præsumitur. Prout de mense Decembri M. D. xxix. bis conclusit Rota, in una Vrbeturan. archipresbyteratus, coram R. D. Iean. Paulo. Postremo considerandum est, unum aliud, q. predicta omnia de excrabilis dicta procedunt, quando post excrabilitatem sequitur possessio triennalis. Secus si ante possedit unum beneficiu, & post acquisitionem alterius, non sequitur trienni, quia regula no iuuat. Ut tenuit Rota in una Lucana archipres. cora me, de mense Decembris M. D. xxxviii.

Quæstio Undecima.

VNDECIMO Quarto, t. an ista regula defendat expoliatorem possessorum, vel successorem eius habentes titulū coloratum contra spoliatum, vel successore spoliati agentē spolio, & an regula ista procedat qñ cōtra possessorē cōmittit causa possessori tñ? **C**OLVTO. Istud dubium cōtinet in se plures articulos. Primus ē qñ spoliatus agit cōtra spoliatore possessorē triennale. Secundus qñ agit successor spoliati cōtra spoliatore. Tertius est quando spoliatus agit contra successorem spoliantis triennalem. Quartus quando successor spoliati agit contra successorem spoliantis. **C**irca primum articulum, videlicet, quando spoliatus agit contra spoliatorem, & ille excipit de regula audiui ab aliquibus procuratoribus peritis dños auditores antiquos tenuisse regulā no defensere spoliatorem, & si p mille annos possederit. Et ita in una Isclana bñficiorū iudicasse

R.E.G.D.E.TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXII

• iudicasse Rotam coram D. Mercurio de Vipera retulerunt R. D. Paulus Capiscuccus, & D. Berengarius Saganta antiquus, & peritus procurator, & plures alii. **C**Tamen, vt ista difficultas clarior reddatur, faciat in ea duo capita. Primum caput erit de uiolento spoliatore. Secundū de non uiolento spoliatore. **C**T Circa primum mihi placet op. illa veterū, vt hoc modo intelligatur, videlicet, ex spoliatore uiolentum regula ita non defendi. Ratio est, quia licet uiolentus expolitor alias no habens titulum, Ex hoc solo, quod est uiolentus non possit dici intrusus, vt dicit Domini. & Mder. in cap. eum qui in secundo notabili. de præben. libro sero. Tamen talis uiolentus nunquam præscribitur, l. sequitur. q. autem ff. de vsita. & q. furuisse. Institu. eo. tit. donec fuerit purgatum uiuū, ut q. aliqui eo. tit. Et ista potestas prescribendi, quæ exceptionē parit, requiriatur ad effectum regulæ nostræ. Et hoc ideo est, quia illa possessio a iure reprobatur, & improba possessio perdit omne beneficium iuris. l. improba. C. de acquir. possess. Nec mirum, quia in ista possessione violenta alia plura specialia in odium uiolenti possessoris iure inducta sunt. t. Nā uidemus, q. licet regulariter malefidei possessor per prescriptivem. xxx. annorum non acquirat, sibi nisi ius excipiendi dūtata, non autem ius agendi ad rei vendicandam si de possessione caderet, hoc tamē locum nec habet qñ malefidei possessor agit contra uiolentum. Nam si de facto, & per iurum possessione spoliatur, competit procuditibio prefato malefidei possessori aduersus uiolentum remedium possessorum, videlicet, interdictū, unde ui, ad effectum, vt statim restituatur, nec potest ab expoliatore uiolento illi obici debitus dominii, l. si quis ad fundum. C. ad leg. iul. de vi. Imo etiā di. to malefi. poss. in odium uiolenti concedit iuris rei védicatio. Nec potest uiolentus, ut dicitur, referre quæstionē dominii erit, si agatur petitorio, vt est tex. notabilis in l. si quis emptionis q. sed hac super. C. de præscript. xxx. annorum, quem text. Bart. ibi dicit ad hoc singularem, & hoc specialiter introductum fuisse in odium uiolenti, dicunt Salyce. in d. q. sed hac. & Iaf. in l. l. iii. q. Caro. in x. column. versicu. quarta conclusio. ff. de uerb. oblig. & Bal. noucl. in repe. it. q. nihil committit. col. xii. ff. de acquir. possess. & Mder. Perusini in authen. nisi. in. li. column. C. de bonis ma- ter. Iura enim omnia contra uiolentum clamant, & auferunt illi omne iuris auxilium, vt ibi dicitur, præserrim in beneficialibus, t. in quibus odiosior est uiolentia, quam in profanis, ut probant Mder. Autinione. in repe. c. sc̄ape, colum. penulti. de restitu. spoliator. & iura generaliter loquentia non comprehendunt causum uiolenti spoliū, quia non praesumitur in dubio princeps injuriantibus uelle fauere, nec autoritatem præstare, vt dicit tex. in l. authoritat. & ibi not. glo. C. unde vi. cum sexcentis concordan. cumulatis per Fely. in cap. postulasti. in xix. colum. versicu. circa quartum. de rescrip. Et ante ipsum per Andr. Sicul. in repe. r. u. brac. de testa. in. xxi. colum. numero. 7. Cū igitur regula ista iudicuisse, & generaliter loquatur, & faueat possessoribus, non debet intelligi de uiolentis per prædicta, sed de legitimi possessoribus, ut est tex. notabilis in c. placuit. xvi. q. vi. Sicut uidemus etiam, q. iura loquentia de consuetudine non intelliguntur de consuetudine exorbitanti, & iniqua, sed de prescripta, ut in c. cumana, cum uulg. de electio, sicut etiam iura loquentia de remissione facientia homicidis, non haber locum in homicidis proditoribus, quia illud homicidium est exorbitans, vt in c. i. de homi. lib. vi. tradunt Mder. Mediolanen. in c. quæ in ecclesiarij. de consti. Et istud in casu nostro optima ratione statutum videtur, ne inde nesciant iniurie, unde iura nascuntur, contra c. qualiter de accusat. & l. meminerint. C. vnde ui. Et ideo in hoc dubio talem præsumere debemus fuisse mentem papæ istius regulæ conditoris qualem iuris, arg. capitulo causam, de rescrip.

CT Postremo pro ista opinione est tex. exprestis, & in terminis in concilio Basilien. decreto octauo in titulo de pacifi. possess. a quo, ut est sape dictum, ista regula originem habuit. In quo quidem decreto expresse dicitur, quod quicumque non uiolentus, qui cum colorato titulo beneficium per triennium possederit, non potest molestari ab aliquo: &c. Et sic ex quo ibi habentus text. hoc decadentem non sunt altiude querenda suffragia ad op. istam confirmandam. Et licet regula ista de uiolento mentionem non faciat, recipit tamen interpretationem ab illo decreto antiquiori: Nam posteriores leges per priores declarant, vulg. l. nam posteriores de legibus etiam si priores fuerint reuocatae, ut no. Bar. in l. prima. ff. de coniug. cum emancip. lib. & hec casu licitum est recurrere ad matricem, arg. in. corum, quæ dicit Bart. in l. filibrarius ff. de reuir. & in l. fin. ff. de fall. **C**irca secundum caput istius, q. videlicet, an regula ita defendat expoliatorem nec vio-

lentum, videatur maius dubium: quia talis expoliator non est tam odiosus, sicut violentus. Tamen, ut superius dixi, quidam afferunt, Rotam tenuisse hoc casu regulam spoliatorum huiusmodi non iuvare. Sed non accidit iste casus temporibus meis in Rota, nec Dñs Guiliel. Cassiodorus, qui in colligendis decisionibus præteriorum temporum fuit diligens, & curiosus, de isto casu meminit. Et ideo ego satis dubitarem: Nam si expoliator cum titulo colorato posset pacifice per triennium, defendi debet regula, quia est quid imputandum expoliato, cur tandem tacit, arg. l. pupilli, ff. quæ in frau. credi. ¶ Et ideo videmus, q. clem. i. de sequest. possel. & fruct. quæ indistincte loquitur de possessore triennali, non molestando etiam vigore sequestri, procedit etiam in expoliatore possesso triennali, ut ibi non sit Bonifacius Vitalianus, quondam Rota auditor, in. iiiii. col. nu. xlii.

CTamen istis non obstant, opinio antiquorum auditorum videatur verior: quam mihi confirmavit D. Paulus Capitellus, antiquus auditor. Et ratio istius decisionis videatur clara, quia si recte inspiciantur verba istius regulæ, dicendum est eam hoc casu non procedere, quia ista regula loquitur, quando contra possessorem triennalem agitur petitorio, ut patet ibi super beneficiis taliter possessis, neque molestari &c. & iterum ibi, impetraciones quælibet de beneficiis sic possellis &c. Nam clarum est, q. ista verba super beneficiis inducunt peitorum, & non possessoriū. l. codicillis. §. instituto. & ibi Bar. de leg. ii. Roma, in cō fil. ccclxxviii. Et sic regula requirit, q. agatur super titulo beneficii, ut probatur in cap. ii. ut liceat penden. lib. vi. & in cle. dispensacionem. & ibi glo. in verbo beneficii. & Card. q. x. de iud. & est etiam glo. in. c. literas. de iu. calum. Regula igitur ista, quæ odiosa etiam exorbitans est, locum habebit in possessorio, quod est diuersum, vulg. §. nihil commune, ff. de acq. qui, poss. ¶ Et cui uerba non conuenient, debet igitur ad casum, in quo loquitur, restringi.

Liii. §. toriens, ff. de dam. infect. l. i. §. hoc interdictum. ff. de fonte. c. indemnitatebus. §. sed cum eas. de electio. lib. vi. & l. i. §. non autem omne. ff. ne quid in flu. pu. Regula igitur defensor tantum possessorum super titulo beneficii conuentum, non illum qui spolio conuenit, quia tunc non agitur super titulo beneficii, cū inter ista sit longa differentia, ut in. c. cum dilecti. de cau. possesso. & proprie. Et ista opinio videatur ex eo magis aquior, & iustior, quia sic excluditur contraria interpretatio extensa, fauens expoliatoribus contra bonū ius prætendentes, inducendo præscriptionem peremptoriam, verum beneficiatum a iure suo excludentem, ¶ debet igitur regula in casu suo tantum, intelligi. l. iii. §. hac verba. de neg. gest. Nam regula simpliciter disponens possessores triennales, excludere agentes etiā habentes bonum titulum non debet ampliare & interpretari, ut illa exclusio veri tituli fiat per occupationem & usurpatiōnē, arg. l. famosi. ff. ad leg. iul. maiestat. tali enim casu regula, & quælibet alia dispositio, potius est per interpretationem angustata, & restringenda, q. amplianda, ut singulariter not. Compostell. in capitulo causam, de re scrip.

CQuod vterius suaderet, quia dispositio istius regulæ, in quantum fieri potest, debet conformari iuri cōmuni, arg. c. causam. de rescrip. & c. cum dilectus. de cōsue. Sed de iure com muni non acquiritur præscribendi aliquod ius excipiendi quando in ipso ingressu est vi tum realē, vel personale, quod impedit inchoari, & finire præscriptionem, ut in. d. l. sequitur. & in. d. §. futu. inst. de usucap. Ergo nec eodem modo debet acquiri per istam regulam triennali possessori, qui a principio expoliando alium incipit cum illo vito possidere,

q quia uidetur hoc esse contra mentem conditoris. ¶ Nulla enim lex, aut statutum eum sensum recipere potest, ut per illud credatur conditor spoliatores in sua occupatione tueri, & effectos, & spoliatos a restitutione excludere, ut dicit text. & glo. notabilis in. l. si qua los. ca. C. de fundis, & salti. rei domi. libro. xi. & in. l. authoritatem. C. vnde vi. sequitur Alex. and. in consilio. lix. in. iiiii. column. libro primo. Nulla enim papæ fit iniuria si ita interpre tatur eius dispositio, ut per hoc eum bonum, & iustum principē astimemus, & opinemur, ut dicit Alex. in cons. cxix. col. pen. lib. iiiii. Vbi per hoc interficit, q. dispositio generalis facta per principē nō intelligit, in dubio fauere usurpatiōnē, p. iura superius allegata, quia hoc est, arguere tirannidē in principe, imo idē papa in odium spoliatiū excipit eos a generali dispositione priu. egrediā, ut patet in cle. prima. de cau. possel. & proprie. sic & pariter modo in casu nostro est dicendum, q. regula ista indiffinita loquens debeat restringi, & intelligi, ut tantum de possessoribus loquat, qui sine alterius iniuria, vel usurpatiōne possessorū sunt consecuti, non autem spoliando, ut sic talem præsumamus mētem papæ fuisse qualem legis, & boni principis debet esse, alias si contrarium dicemus, ¶ lex talia dispo nens

nens esset iniusta, iniqua, & nutritiua peccati, contra naturam legis, de qua in capitulo erit autem lex. iiiii. difit. & in. l. conuenire. ff. de paet. dot. & in. l. paeta, quæ contra. C. de paet. Talis enim lex non valerer, vt tradit Bald. in capitulo quæ in ecclæsticarum. & Hosten. in capitulo cognoscentes. de consti. facit tex. in capitulo forus. de verb. signifi. sequitur late Andr. sicut in capitulo filiis. in tercia columna. de tefta. Nam si omnia ista in lege seculari, um principum concurrere debent, yr. videlicet, si iuxta, & nemini iniuriam inferens, vt tradunt omnes in. l. humanum. per illū textū. C. de leg. quid in lege ecclæsticâ, spectandū est? Omnim̄ enim legum inanis est centura, nisi diuinæ leges imaginem gerat, vt inquit Augusti. libro octauo. de ciui. dei. & tex. in capitulo sana. ix. difit. Nam lex tantum habet rationis, & virtutis quantum magis assimilatur legi naturali, & participat de lege eterna. secundū S. Thom. prima secunda quæst. xc. articulo primo, & secundo, cum concor. vt scribunt Moderni. Hispani in. l. legitima. column. xxviii. ff. de paet. & in repet. capitulo primi. column. decima. eodem tit. debet enim esse conforme iudicium papæ, iudicio diuino, vt in capitulo deus omnipotens. ii. q. i. exclamat Esaias. x. capitulo contra principes leges iniquas ferentes: ¶ Nam lex iniurians homines ad delinquendum, Imo usurpatores premians, & defendens cuiusmodi videbatur regula ista, si sic intelligeretur, non diceretur lex, sed legis corruptio, quæ contravenientes non ligat, ut tradit Innocen. c. quia pleriq. de immu. eccl. & reallium Moder. Neapolitanus in tercia parte consti. Regni. constitutiōne incip. honorem in notabilibus. Imo licitum erit legem ita latam fraudibus, & dolis circumuenire, ut not. Bal. Paul. de Castr. & Moder. in. l. prima. in principio per illum tex. C. de cadu. tol. facit tex. in capitulo duo sunt leges. xix. q. secunda. Quæ omnia cum in causa nostro militant, concludendum est regulam istam spoliatores non tueri, sed legitime intrantes. Et ideo nō immerito lex possessionem hoc modo per iniuriā seu spoliū acquisi tam improbab. appellavit, in. l. improba posses. C. de acqui. poss. ¶ Nam adeo lex exofos spoliatores habuit, q. noluerit eos tueri in possessione sua etiam per exceptionē veri, & proprii dominii, ut in capitulo primo. de resti. spolia. & est communis op. vt scribit De cius in confi. lvii. col. pen. si igitur ista fuit in siccō, id est, in rebus profanis, quid in beneficiis ecclæsticis agendum erit in quibus requiriatur maior puritas, & iustior ingressus, vt dicunt doctores in capitulo primo, de re. iur. libro sexto.

CTenenda igitur erit hanc op. exclusiva similiūm possessorum a prouilegio istius regulæ. Nec enim hominum congregatio diu stare, aut regi posset si quod alius per iniuriam absulit, vt restituat compelli non posset. Et licet Rota quoad regulam de annali iudicauerit contrarium, ut ibi dixi in. l. xiii. q. illud tamen non tollit motu hic facta propter diversitatem maximam inter illam, & istam regulam. Nam, ut iam est notum tonloribus, illa regula de annali fauerit mere intrusis, & interdum etiam delinquentibus in sua detentione, in odium impetrantib. certo modo beneficia viuentium. Et quāvis hoc iustū videatur, nihilominus illa regula nō excludit ppcio oēs impetratēs, sed solē ignavos, negligētes, & iprobos regulā nō seruātes. Qui vero seruāt regulā, si bonū ius tuerit, ab iniusto possesso pēnas siue detentio nis exigūt, eū in fructibus, & expensis cōdēnari faciēdo. Merito igit̄ illa illa nō est ita præjudiciale impetrantibus, sicut ista de triennali, quæ excludit omnes impetrantes uiuentē possesso, & sic perpetuum silentium imponit, & peremptoriam exceptionem porrigit, propterea in ea titulus saltem coloratus, & alia plura requirūtur, quæ in discursu istius in materia uidebimus, quæ omnia in regula de annali non requirūtur. Ideo magna est inter vras. q. regulas differentia, & diversa iuris decisio. Nō obstat dictum D. Bonifacii in. d. cle. i. de seque. pos. & fruct. quia ille loquitur, quoad effectum sequestri tantū, cuius denegatio non auferit actori ius, nec tollit etiam reo possessionem, ut in. l. interest. ff. de acquir. poss. & sic non facit illud ad propositum. Nec etiam obest, q. decretum concilii Basiliensis. uiolentum expoliatorem tantum excipit, quia per hoc non excluditur casus, in quo est minor ratio, vt est tex. notabilis in. l. i. §. q. autem. ff. de usu aleq. & aleat.

CIrca. vero secundum articulum resultans ex ista eadem. q. v. 3, ¶ q. subrogatus in ius spoliati agit contra spoliatorem, an excludatur exceptione regulæ. Sunt distinguendi plures casus. Primus, quando est quis simpliciter subrogatus post mortem spoliati, ad ius tantum spoliati. Et hoc casu regula defendit spoliatorem, ut tenuit Rota in una Pamphilie, prioratus sancti Crucifixi, coram R. D. Joan. Mohedano. xi. Maii M. D. xxxv. Ratio fuit, quia actio competens spoliato est personalis, & non transit in subrogatum, qui nec laesus, nec

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Spoliatus fuit, per fundamenta & rationes, quas scribo inferius, q. xiii. Et licet sit subrogatus in beneficium, seu ius spoliati, per hoc tamen non censetur subrogatus in ius spoli, quod concernit possessionem, nisi specialiter dicatur, etiam si subrogatio facta fuerit versus uniuersalibus, idelicter, ad omne ius, quod cedenti, vel decedenti quomodolibet competebat, ut est decif. Egidii, cccli, incip. eadem die, quae hodie, ita in signatura papae, & in Rota seruatur. Et licet illa decisio Egidii, quoad subrogationem simplicis posselli ionis, male dicat, ut pater in decisione, v. ut lite pend. in no. & decis. ccclxxv, in antiqu. incip. Nota quod subrogatus &c. vt dixi in regula de subrogandis, q. viii. Tamen quoad interdictum unde vi, illa decisio Egidii tenetur, ex qua stylus hodiernus inductus fuit, per quem nunquam datur subrogatio quoad spolium, nisi expressi concedatur, & subrogatus specialiter petat subrogari, etiam quoad ius spoli. Et ita in praedicta causa omnes domini conclusiunt, excepto uno. Et decisio ista de plano procedit, quando quis est subrogatus, quoad ius tantum quod erat deductum in item. Vbi vero in lite non fuisset deductum, nisi iustum possessorum, & aliquis subrogaretur in item & ius defuncti, puto tali casu subrogatum agere possesse spolio, & non repellit exceptione istius regulæ, ut verba aliquid operentur. † Vbi igitur propter subrogationem actio spoliæ redditus efficax, spoliator non potest se tueri aliqua exceptione temporis competentis, tam vigore istius regulæ, q. cuiuscunq; alterius prescriptio, etiam mille annorum, ut tradunt omnes in. c. sape. de rest. spolia, & Moder. in. c. reintergranda, iii. q. i. Et isto modo declarantur decisiones tenentes subrogatum quoad ius, cense in subrogatum quoad possessionem.

C Secundus casus est quando quis est subrogatus alicui iumenti per viam cessionis quo ad prosecutionem spoliæ, & hoc casu licet in beneficialibus successor in beneficio non censetur succedere in iure competenti defuncto, sed illud extinguitur, & creatur nouum ius, quod incipit in persona successoris, ut no. Joan. Antdr. in capitulo ii. vt lit. penden. libro sexto. in nouel. Et in. c. si tibi absenti, super verbo non acquiras. de præb. lib. vi. in no. & in c. ex parte. in ver. interim. de arb. & Specu. in tit. de sen. §. nunc de effectu. in fi. & tenet deci. xiii. de procura. in fi. & deci. i. circa fi. de loca. in no. Tamen hoc procederet quando simpliciter fuisset facta cesso ab spoliæ subrogatione in ius spoliæ, vbi vero de spolio specialiter causum fuisset, tale beneficium transfringere in cessionarium, quia cedi potest, ut tradunt Moder. Se nec. in. l. rem que nobis. ff. de acqui. poss. facit text. in. l. q. si in diem. §. Julianus. ff. de peti. hære. Ethoc videtur tenere Bald. in consil. ccix, super quo puncto. in tertio volum. quem sequuntur Moder. repetentes in. c. sape. in. ii. fol. veriusculo tertio dubitatur. de resti. spoli. Præsertim quando papa hoc concedit, t qui etiam respectu iuris in beneficialibus successores dare posse cum habeat in eis plenissimæ potestatæ, iur. ta. c. ii. cū vulg. de præb. lib. vi.

C Circa tertium principalem articulum, videlicet, quando spoliatus agit contra successorem spoliantis, est uidendum nunquid talis successor, qui possedit beneficium per triennium pacifice possit iuvari regula ista contra spoliatum. Et prima facie videtur dicendum, q. sic, quia subrogatus in locum spoliantis non spoliavit. Et ex quo istud est vitium personale, non transgreditur personam. Ergo tangit possessor triennalis non culposus debet tueri privilegio possessionis sue, & per consequens poterit uti exceptione istius regulæ triennali possessori competenti. Præterea, quia in beneficialibus ius non transfunditur in subrogatum, vel successorem per cessionem, vel subrogationem, sed per prouisionem papæ creatur nouum ius in personam subrogati, ut dictum & probatum est superiorius in secundo articulo, & tenet Roma. in consilio. ccclxiiii. col. ii. Et nascitur etiam in personam subrogati nota possesso, quia eadem non transfunditur. l. cum hæredes. ff. de acqui. possess. cū itaq; in subrogato omnia de novo creentur tam ius, q. possesso utrum sui predecessoris ei nocere non debet, quoniam non possit uti exceptione regulæ sicut alii possessores triennales utuntur.

Nam cū in subrogato omnia sint noua, & conueniens est, ut quæ de novo inducuntur, nouo etiam auxilio fulciantur, ut dicitur in. l. de aetate. §. ex causa. ff. de inter. actio. & c. ceterum. de iura. cal. cum concor. de quibus per Decimum in cōs. ccclxxv. in. ii. col. Et quia videmus interdictum unde ui non competere contra singularē successorem. l. cū ate. ff. de iii & vii art.

C Sed istis non obstantibus contrarium videtur uerius, & in primis est sciendum, t q. quādo aliquis subrogatur in ius alterius etiam quoad possessionem, tenetur ipse purgare spolium sicut ille in cuius locum subrogatur, ut tradunt communiter docto. in. l. rem. quæ nobis. ff. de acqui. poss. & in. d. c. sape. Et Socin. in consil. ccclvi. in. vi. colum, quia test trans-

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXIIII

sicutum virtus suo, & licet in subrogato creetur nouum ius, & noua possessio, est verum quādo simpliciter sit subrogatio, scus si fiat etiam quoad possessionem, quia tali casu actio spoliæ apprendit eum, ut dicunt præfati docto. & tale virtus nunquam prescribitur, donec purgetur, sicut dicitur de remedio. c. reintegranda. iii. q. prima. q. perpetuo competit etiā per mille annos, ut dicunt ibi docto. & in. d. c. sape, quia improba possessio non meretur priuilegiari aliqua exceptione, vel præscriptione, ut dictum est superius, vulg. l. improba. C. de acqui. poss. ¶ Præterea quia regula ista non procedit quando agitur possessorio, sed posteriori, ut dictum est in principio istius. q. ex mente Rotæ, & ideo talis successor spoliantis conuenti possessorio se iuuare non poterit exceptione regulæ. Et tenendo istam op. patet responsio ad deducta in contrarium, quia procedunt in simplici subrogatione. Nec obstat dicta. l. cum a. te. quia ad eam appetit solutio ex his, quæ ibi adducit Bar. Areti. & Moder. in. l. ivii. §. Cato. in. iii. oppo. ff. de verbo. oblig. Et ex istis faciliter potest etiam resoluti quartus articulus, videlicet, quando subrogatus in ius spoliæ agit contra successorem spoliantis, quia distinguendo modum subrogationis secundum superiora patet clara solutione, ideo non insisto.

¶ Quæstio Duodecima.

DODECIMO. Quero, t quia regula ista excipit simoniacum ingressum. Que ritur de qua simonia intelligitur, an de actuali, & conuentionali, aut de mentali, vel conuentionali tantum?

C SOLVITO. Videatur, q. inspecta generalitate verborum istius regulæ, de omnibus simoniis debet intelligi, quia verba simpliciter prolatæ comprehendunt omnes species, licet major ratio sit in una, q. in alia. l. s. ff. de fun. instruct. Et bonus tex. in. l. i. q. autem. ff. de aleato, quia generale verbū generaliter debet intelligi, vulg. l. i. de leg. præst. Et quia talis prohibito sit, ex eo, quia simoniacus habet uitiosum ingressum, c. ordinationes, prima. q. i. & not. omnes in. c. cum priden. de pac. ¶ Sed hoc ita militat in simoniaco conuentionali si-

2 cur reali, Igitur in utroq; regula habebit locum. ¶ Nam ita est simoniacus, qui promittit, si cur ille qui dat, ut dicit Bal. iudicatum fuisse Florentiæ in. c. i. de testi. lib. vi. & ibi hoc tenet Pet. de ancha. & Philip. francus in. i. col. pcr tex. in. l. i. & in. l. generaliter. §. primo. ff. de calam. Et sequitur Deci. in. c. ueniēs. in glo. i. de test. Et Roma. in singulari suo. ccclxxvii. Nā promissio, & datio parificatur non solū in materia spirituali prohibita, sed etiā in alia profana, ut est tex. in. l. fi. C. ad leg. acquil. sequitur Soci. cōs. xciiii. in. ix. col. versi. circa quartū. & in proposito nostro est notabilis tex. in capitulo nonnulli. l. q. i. qui dicit ita simoniacum esse reum, qui dat, & recipit, sicut ille, qui nibil dat, vel recipit, sed gratiam, vel humanam laudem promereri cupit, quæ omnia cum militent isto casu, dicendum est regulam utriusque casum comprehendere.

Sed q. regula ista tantum de simonia reali, siue actuali debeat intelligi, facit, quia verba in dubio capi debent cum effectu, capitulo relatum, de cle, non refi. Et in posteriori significatu sicut dicimus in excommunicatione, quæ in dubio intelligitur de maiori. cap. penul. de sen.

t en. excom. ¶ sic Rota extrauagantem Pauli II. incipit, cum detestabile, positam in titu. de simo. quæ generaliter loquitur, tantum in simoniaco reali locum habere uoluerunt, qui in dando, vel recipiendo consistit, me præsente, in multis causis sape decisum fuit: & de suis temporibus, ita etiam iudicatum fuisse attestatur d. Guliel. in collectaneis decisionum. Sic etiam Rota in una Luneñ. Sarzaneñ. coram d. Martino Spinoſa iudicauit clemen. pri. mā, de sequest. poss. non habere locum in reali simoniaco, qui triennio defendi non potest.

Ita etiā in alia Taurineñ. Abbatissatus, corā d. Gulielmo Cassiodoro, de anno M. D. xiiii. Rota tenuit, simoniacū realē non posse agere spolio, ut de utroq; meminit idem d. Guliel.

C Sed q. ista regula de conuentionali tantum loquitur, facit, quia lex debet intelligi de iis, quæ frequenter accidunt, vulg. l. iura, cum duabus sequen. ff. de legi. cum concor. ut scribit

4 Fely. in. c. coram. in princip. de offic. deleg. ¶ Sed promissiones, & pacta frequentius fuit, q. dationes, ut experientia docet, quia plura dicuntur, q. perficiantur, ut apparer in. l. titia. de uerb. oblig. & in. l. sciendum. ff. de adili. adict. Ideo regula in conuentionali tantum debet habere locum. Nec obstat si dicatur, q. sequeretur vnum inconueniens, q. grauius hoc casu punirentur promittentes, q. dantes, cum tamen dantes magis peccent, quia deducunt cō-

uentionē ad aetūm, & per consequens magis deberent puniri, iuxta l.i. & l.is, qui cum telo. C.de sica. Quia respōdetur, hoc factum esse, propter frequentiam delicti, quia cum homines procluiiores, ac faciliores sint ad promittendum, q̄ ad dandum, oportuit frequentiam peccati acerbitate poenā coerceri. Nam licet isti minus peccent, q̄ dantes, & recipiēt, frequentia tamen delicti minoris, sepe maiori delicto praeponderat, ut in cap. tres autem, circa finem, uerū, quid autem de poenitentia distinet, prima. Et q̄ delicta frequentata magis debent puniri, probatur in c.admonere. xxxii. q. ii. ubi plus punitur interficiens uxore, q̄ ma tremsicer magis peccet, qui matrem interficit. Hoc autem factum est propter frequentiam: q̄ quia cum homines procluiiores, & frequentiores redduntur, ad occidendas uxores suas, q̄ matres, merito oportuit illi frequentia grauitoribus penis succurrere, ut ibi declarat glo. in uerb. existentes, & facit tex. in. l. iii. C.de episc. au. Ita hic uidetur dicendum, q̄ licet dan tes, vel recipientes sub regula non includantur, includantur tamē promittentes, quia frequētiōes sunt. Et pro ista op̄i, uidelicet, q̄ regula debeat intelligi de simonia conventionali, & sic de minori, & non de maiori, uidelicet, reali, seu effectuali, facit in simili: quia appellatio ne uoti, non intelligimus de solenni, sed de simplici, ut in. c. rurſus, qui cler. uel uo. A for tiori igitur in poenitibus iustior pars eligenda erit, iuxta. c. in poenis. de reg. iur. lib. vi. Nā in obscuris quod minimū est sequitur. I. semper in obscuris. ff. de reg. iur.

¶ Quid dicendum? Certe cōsiderata mente legis, dicere regulam intelligi debere, de vtrāq; simonia, uidelicet, tam de reali, q̄ conventionali, & quia, ut dictum fuit in principio, uera simonia nunquam committitur, nī cōcurrat exactio, uel promissio, vt dicunt communiter docto, quos sequitur Fely. in. c. tua nos. in glo. fi. de simo. vbi subdit Abb. & Felyn. q̄ si cur ille, qui per simoniā realem acquisiuit beneficium, tenetur illud dimittere: ita ille, qui per solam promissionem de dando, illud consequitus fuit, & hoc idem tenet Abb. in cap. cum ad nolstram. de electio. in. iii. notabilis, & sequuntur alii vbiq. Er ita hodie. xi. Martii M. D. xxxviii. in simili casu tenuerunt Domini, in una Conchēni, fructuū, inter fratres Pe tri de Porta, & Ludovicum Mata, coram R. D. Io. Paullo: q̄ permutatio simpliciter per se, lam promissionem coram ordinari facta, fuerit simoniaca: Nam in illo casu, partes per paucos dies ante resigntionem, promiserunt inter se adiuicem permutare, sub quibusdā conditionibus, de quibus in capitulis. ¶ Et licet illa capitula remanerent in nudis terminis promissionis, ex eo, quia non fuerant adhuc mānudata ad effectum, & etiam continerent illa clausula, saluo beneplacito sedis Apostolicae, & cotineret aliqua honesta mixta cū illicitis: nihilominus, quia ante permutationem, non impetrarunt beneplacitum, sequens permuta tio coram ordinario, licet fuisset simplex, & pura, & posset referri ad pacta licita, praesume batur facta ad executionem promissionis pactorum praecedentium, per ea, quā not. Petrus de Ancha, & Imol. in. c. quaestum, & in. c. cum yniuersorum, de rerū permū. ¶ Cum igitur regula ista loquatur simpliciter de simonia deber intelligi de uera, uidelicet, conuentionali, vel reali, non autem de mentali, quā sola poenitentia delectur, vt dicunt omnes in capitu. fi. de simo. Et licet appellatione simonia, largo sumpto vocabulo, omnis simonia comprehendatur, uidelicet, realis, conuentionalis, & mentalis. d. c. sunt nonnulli. Tamen in mate ria poenali, & odiosa, cuiusmodi est ista, sola realis, & conuentionalis cōprehēduntur, quē sunt propriæ simoniæ, iuxta. c. cum super. de confess. & cap. Mathaeus. de simo. nōr. Cal. & Abb. in. c. cum clericis. de pæct. Felyn. in. c. insinuat. de simo. Illa uero, quā precibus, vel gratia fit, non est proprie simoniæ nisi preces fiant illa mente, & intentione, vt notorie in dignus admittatur, & excludatur dignus, vt tradunt communites omnes in. c. cum. m. de const. ¶ Solæ enim preces in dubio emissa non inducunt simoniā punibilem, vt est tex. in cap. tua. & ibi not. Fely. & in. c. cum essent. de simo. Er ita bis me præsentē conclusit Rota, in una Rossen. Subdiaconatus, corā R. D. Io. Mohedano, de mēse Decemb. M. D. xxxvii. ¶ Et ista quā dicta fuerunt procedunt in scienti simoniaco, secus in ignorantia: vt quia pa ter, vel frater aliquid dedit, pro dando beneficio filio, vel fratri, eo penitus incio, quia talis ignorās bene defendetur regula. Nam licet ille, qui obtinet beneficium per simoniā, per alium commissam ipso ignorante, sit priuatus ipso iure titulo, & tenetur illud cedere, cum licentia superioris, vt dicit Abb. in. c. penul. in primo, & secundo notabili, per illum tex. de electio. & in. c. nobis, in primo notabili, de iure patro. cum simili, vt per Moder. in tract. iur. patr. in uerſicu. & utile. q. iii. Quorum dicta in hoc approbavit, & sequuta est Rota, in una Messanen. capellaniæ de mense Maio M. D. xxxvi. corā R. P. D. Petro Vortio. Nihil.

minus hoc nō procedit, quoad effectum istius regule, quā requirit titulum coloratum. Et constat tales possessores ignorantes simoniā, per alios commissam in suo beneficio, in terim habent titulum coloratum, vt exp̄s̄e dicit Anto. de But. & Cardi, post Innocen. & alios in capitulo. nī cum pridem. in princip. colum. penul. verific. inferunt tertio. de renun ciatio. ¶ Hinc est, q̄ talis ignorans simoniā cōmissam in beneficio suo, potest agere spolio, Ut conclūs̄t Rota, in una Firmana parochialium, die. xx. mēsi Nouembri M. D. xxxviii. coram R. P. D. Petro episcopo Aquei. Ratio est, quia habet titulum coloratum, & nō est suspensus ipso iure, sed suspendendus, vt tenet Abb. in. c. tanta. in. ii. colum. verific. tertio membro. de simo. Hoc tamen de spolio intellexit Rota, quando talis simoniacus ignorans spoliatus haberet diētum titulum per obitum aliquius: pro quo obtinebat pater, uel frater, uel aliquis alius consanguineus pecunias dedit, ignorante isto prouiso. Secus vero si haberet titulum ex resignatione illius, qui pecuniā recepit ad hoc, vt resignaret. Nam tali ca si, licet iste prouisus ignoret simoniā, si spoliaretur non esset restituendus. Ita domini cō cluserunt in. d. causa Firmana. Ratio fuit, quia hoc casu resignans nihil transtulit, propter decisionem. vii. de renuncia, in antiquis, post Innocen. in. c. cum uniuersorum, de rerū per mut. qui tenet talem renunciationem non ualeat, neḡt abdicare titulum a resignāte: & sequi tur loā. Fran. Pauius in tract. de offic. & po. ca. sed. vac. fol. xvi. in. iii. col. Apparet igitur, q̄ regula ista intelligitur de simonia scienter, & manifeste commissa, quia cum talis sciens non habeat titulum coloratum, vt prædicti docto. dicunt in dicto cap. nī. & aequipareat hæretico, vt tradunt Moder. in rub. de simo. per tex. in. c. eos. prima. q. prima. tradit Abb. in capitulo. accusatum. in fi. de simo, non poterit ista regula iuuari: secus in simoniaco igno rante. Et cū misterio dixi, scienter, & manifeste: quia si esset occultus simoniacus, licet ipse simoniaca scienter commiserit, poster fortassis defendi regula, quia licet quoad se ipso factō suspensus sit, nihilominus quoad alios teneret titulum coloratum, qui, ut predicti doc. dicunt in. d. c. nī. & Abb. in. d. c. accusatū. & ca. per tuas. de simo. sufficit, quoad istam regula.

¶ Nā paria sunt non esse, & nō apparere. I. in lege. ff. de contrah. emp. ¶ Et ecclesia non iudi carde occultis, ut in ca. a nobis. de senten. excommuni. licet in foro conscientiæ teneatur illi, quem exceptione istius regula repulit a prosecutione sui boni iuris, ad restitutionem, iuxta ea, quā dicit Innocen. & domi. Anto. in dicto capitulo nī. & faciunt ea, quā scribit Angelus in summa, in uerbo simonia. la. vi. & vii. & in cap. tanta. & capitu. per tuas. de simo. ¶ Secundo principaliter limitantur prædicta procedere, quād aliquid fuisse promissum, uel datum ante collationem: secus uero si post collationem, uel prouisionem beneficii, quia tali casu non committitur simonia, & possit hoc casu bene tueretur exceptione istius regula, ut tener Glosator hic. in. ii. col. quia sufficit, q̄ a principio habuit titulum, licet ex post committatur simonia: & ultra Glosatore hoc tener loā. And. & Abb. in. c. uenies. el primo. de testi. & sequitur Decius in. consil. cxviii. uiso instrumento. colum. ii. & alibi saep. Et ita tenuit Rota in una Legionen. Archidiaconatus de Saldagna, coram Do. Nicolao Ara gona, de mēse Nouembri M. D. xxxvii. licet postea ex productione cuiusdam cedula, in progressu causæ præsentatæ relatiue ad renunciationem priorem, quā dicebatur facta sub confidencia, apparuerit renunciationem simoniācū fuisse, ut tenuerunt omnes Domini xviii. Martii M. D. xxxviii. coram eodem D. Aragona. ¶ Sola igitur contentio facta post renunciationem liberam, simoniā non induceret, nī si fuisse facta promissio incontinenti, si post prouisionem: secus ex interhallo, vt dicit Egidius decisi. xii. vbi de hoc rationē po nits: licet Decius in. l. ii. col. penul. C. de inst. & subf. indistincte loquitur, nī, vt dixi, appa retet prouisionem reciprocā, & relatiuā fuisse. Quia tali casu argueretur simonia. ¶ Nā in beneficialibus actus reciprocī, videlicet, facio, vt facias, vel do, vt facias, inducunt simoniā, iuxta tradita per Moder. in. c. pastoralis. derecisp. & per Corne. consil. fi. libro pri mo. las. in. l. Titia. colum. xi. nume. xxix. ff. de verbo. oblig. cum concor. quā more suo con gerit Decius in. l. certi conditio. § si nummos. in. v. colum. nume. xiiii. ff. si cer. per. Per quē dicta ita iudicauit Rota meo tempore in multis causis, præcipue in una Gerunden. in fauo rem Baldirizii Auinio, coram D. Camillo de Ballionibus. Et in una alia Illerden. Prioratus coram R. D. Ioan. Clerici. Et in alia Cæsaragusta, canonicatus, & præben. coram R. P. D. Marcello. Et quod dictum est prouisionem, vel dationem factas ante prouisionem bene ficii, inducere veram simoniā, quā repellit possessore a priuilegio istius regule: Hoc procedit, nī post simoniā taliter cōmissam superuenient alii quis coloratus titulus, cum quo trien-

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

nio, postea simoniacus pacifice posidet: quia dato, q̄ ille titulus poterat reduci ad non titulum, ex eo, quia non fuerat facta mentio inhabilitatis contractæ ex simonia, & sic sit inhabilitas nihilominus excusat a perceptione fructuū. Ut concluderat Domini hodie, xviii. Martii M. D. xxxviii. in predicta causa Conchein, fructuū, corā eodē Do. Ic. Paul. Etiam si postea talis ex p̄tambula simonia declaretur inhabilis, vt latius in informatio. dictum fuit, quia brevitas causa non refero. ¶ Et ista quæ dicta fuerunt, procedunt: etiam si illud quod datur, vel promittitur, pro cōfessione beneficio, promittatur, vel deatur ad effectum vt convertatur in aliquem pium vslam, puta in fabricam ecclesie, vel, vt de illo dato fiant in ecclesia organa. Quia nihilominus ille erit verus simoniacus: & illa simonia considerabilis est, non solū, quoad istam regulam, sed etiam secundū Rotam, quæad priuationem beneficii, & tūlū. Prout domini concluderunt, per tres sententias, in via Messanen, vicarie primo, corā R.P.D. Petro Vortio seculo, corā R.D. Ioāne Clerici: tertio, corā R.D. Siluestro, de anno M. D. xxvii. & inter cetera per te, notabilem in. c. ex multis, in uerbo consiliuimus eodem modo, & c. i. q. iii. Q̄ irod tamē limitatur, nisi illud quod pro fabrica porrigitur, da retur, propter aliquid statutum, uel consuetudinem p̄tambulam, iuxta doctrinā. Abb. in. c. Iacobus, de simo. in oppo. dū declarat tex. in. d. c. ex multis, & ante ipsum hoc tenet. Anto. in cap. cum m. uerit. vñcio. ad. vi. notabile de constitut. refert. Nicolaus Milius Rotæ Auditor, in uerbi simoniā non committit, super quo tamē late differit Decius in consi. c. viii. colum. fina. & ita Rota tenuit in dicta causa Rossen, exceptis duobus auditoribus. Nec obstat q̄ indistincte dicit Pet. de Ancha, in consil. ccxciiii. in fi. simoniacum non esse priuationum ipso iure, & per consequens videri habere titulum coloratum, quia qui sunt ipso iure priuari, illi tantū dicuntur discolorati titulum habere, vt tradunt omnes in. c. cū nostris. de concess. præb. & Fely. in. c. in nostra. in. xxvi. correl. de rescrip. quia intelligitur dictum Petri, de simoniaco occulto, vt ex verbis eius apparet: alias illud dictum non esset verum.

¶ Cum simoniacus manifestus sit non solum ipso iure priuatus, sed est detestabilior omni peccator, vt patet in. c. tanta. & c. per turas de simo. Nam, ut dixi, acquiratur hereticus, ut dicit Holtien, in summa de hereti. §. i. facit tex. in. c. si quis pecuniam lxxix. distinet. & sic est infamis de iure, & de facto. Adeo, q̄ etiam pagani, & gentiles huiusmodi homines detestabantur, ut curiose refert Alexander Neapolitanus libro. iii. dierum genial. un. c. xvii. Sic enim apud ueteres Q. Coponius, q̄ vñiam amphoram ei, cuius suffragio magistratum petebat, dono dederat, ambiu condemnatus fuit. Sed illa tam salutaris ambien. iñ poena, teste Modestino in. l. i. ff. ad leg. iul. de amb. p̄t adventum principiū in vrbe cessavit: quia ad curiam principū non populi fauorem, tunc magistratum creatio pertinuit: & ita quoq̄ hodie titulus de simonia siter. Et propterea in sexto decretalium libro, nec in clementinis titulis ille repetitus fuit. Inde factum est, vt pleriq̄ nostrorum temporū principes Heliogabalum (vt Lampridius refert) seculi, indignorum precibus, aut nummo magistratus, & saerdotia, indocissimo cuiq; & uirtute carenti, conferunt: Theodosii, præceptum posteri gantes, qui uiros non ambitione, uel precio, sed probata uita, & disciplinarum testimo nio, ad honoris insignia promoueri debere uoluit, ¶ Alexandri Imperatoris exemplum sequutus, qui ideo se nolle dignitatem, & magistratus uendere prædicabat: quia qui emunt, vr vendant, necesse est, vt pecunias, in emptione honoris expositas, recuperent, &c. Ex quibus omnibus resultat conclusio, q̄ regula ista, non solum in reali, sed etiam in conuentionali simoniaco procedit.

¶ Sed aduertendū est, quia hūc cōclusioni vñū obstat, quia clari iuris est, q̄ illi, qui sola cōuentione simoniā cōmittunt, de iure cōi non sunt ipso iure priuatis sed priuādi sunt per sententiā, nisi simonia realiter dando, uel accipiendo comittantur, ut late probat D. Guliel. in suis decisio. titu. de consti. decisi. v. Si igitur ita est, interim habebunt titulum coloratum, sicut per iuris, homicidae, & alii, de quibus per Inno. in. c. cum nostris. de concess. præb. & ideo hac regula iuuari debebunt.

Quæstio Decimatertia.

DECIMOTERTIO Quarto, † an successor in beneficio titulo permurationis vel alias, possit contra tertium impetrancem uti exceptione istius regulæ competenti successori sui, ex sua triennali possessione?

Solutio.

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXVI

COSOLVTIO. Viderunt dicendum successorem vti non posse exceptione istius regulæ, pluribus rationibus. Primo, quia hoc satis notum est omnibus curialibus, regulam istam ex longa interpretatione Rotæ, exceptionem, siue privilegium personale possessoribus ipsiis tanum tribueret, vt refert etiā Do. Guliel. Cassiodorus hic, & ante ipsum R.P.D. Iacobus Simonetta antiquus, & curiosissimus Auditor, in suis memorialibus Rotæ. Et ita in una causa Caurien, portionis coram D. Guliel. p̄dente, inter Gundisaluum de Salazar, & quendam alium, de anno M. D. xix. tenuit & concludit Rota. Si igitur regulam persona lem tanu exceptione tribuit ipsi possessori triennali, successor illa uerba non poterit, quia ille non est triennalis possessor. Si adetur hoc, quia uerba istius regulæ possessorum, & non rē possessorum respiciunt, & ad illum diriguntur: ut patet in illis uerbis, interpretationes de bene ficiis sic possessoris, & rursus super beneficis possessoris nequeat molestari, &c. Cū igitur uerba prædicta possessorum respiciunt, in cuius auotore regula ista aedita fuit, merito iudicata fuit personalis, quia opinionē et tenuit Glofator cōsiliū Baſiliū, in pragmatice Frācie, sub tit. de paci. poss. & Glofator hic, & in regula de annuali aliqd dixi. Ex quo inferetur, q̄ exceptio eius personā possessoris non egreditur, & per consequētū nō in successori, iuxta. l. quia per sonale. ff. sol. mat. & l. i. §. permitte. ff. de aqua quoti. & asti. c. ii. de authoritate, & usi pal. ¶ Præterea, q̄ successor aliquo casu possit iuuari exceptione cōporis sui predecessoris: hoc aliud nō uenit, nisi virtute prescriptionis. Sed in casu nostro hoc pedere nō potest ex eo, † quia titulus beneficii est imprescriptibilis, ut tenent Hostian. & Henric. in. c. dilecto. de præben. & in. c. relatum. de iurepatrona, facit tex. in. c. postulatio codem titu. & quae notat Bal. in. l. iii. C. de emanc. lib. & not. in. c. cura. de iurepatro. & in. c. primo. de regi. iur. lib. vi. & in. c. ex frequentibus. de insti. cum aliis similibus. Igitur possessio predecessoris pro desse non poterit successoris: præterim ista triennalis prescriptio, quæ sine possessione nō procedit, nec per consequens in aliū transfertur, iuxta. l. si quis emptionis. §. ita tamen. C. de præscrip. xxx. anno. ¶ Præterea quia in beneficis nulla datur successio respectu titu li, ut in. c. primo. de præscrip. & in. c. Moyſes. viii. q. i. Nam titulus predecessorum extinguitur totaliter per eius mortem, aut renunciationem, nec aliquid de iure mortui ad successorem trāmittitur, cum nihil ex iure primi habeat, sed ex noua electione, vel collatione sibi tribuitur, ut not. Io. mona. in. c. ii. vt lit. pendeb. lib. vi. & in. c. si tibi absenti. de præbē. eo. lib. Ioan. And. in. c. ex parte. de arbit. & reaſumit latius Guliel. de monte lauduno in eccl. mento extrauag. suscepit regiminis. in uerbo uacantium. posita in titulo ne sede vacan. in ter communes impressas. ¶ Nam adeo ius beneficiale personale est, q̄ personam nō transgreditur, sed in successore per omnia nouū est creator, & nil in cūm transit, nisi sola is incepta, quod sit potius ex quadam æquitate, quam de rigore iuris, ut ibi latius per eum. Et per consequens cum tituli beneficiorum sint singulares, & personis tatum possidentiū adhærent ius, uel possessio vnius nō iuuabit successore, cum in hac materia beneficiali non cadat successio iuris, uel facti, ut idem Guliel. de monte lauduno probat in extrauagā, exer. erabilis. in uerbo quæ alias. in. iii. colum. inter communes impressas titulo de præben.

¶ Istitis tamen non obstantibus reperio cōtrariam opinionem plures excell. viros tenuisse. In primis illam teneret quidam Io. Franciscus de Sancto Nazario de Ripa nuncupatus vir doctus in lib. primo responsori. consil. xvii. & ante ipsum hanc op. tenuit etiam ab antiquo Cancellaria Curia Romana, ut adnotarunt Nicolaus de Castello, Ferrera, & Parma illorum temporum Abbreviatores primarii, & rerum omnium ad Caucellariam pertinen tiū curiosi, in quibusdam eorum formulariis, siue adnotationibus. Et postremo cam etiā sequitur Ioan. Staphileus olim Rotæ auditor in quadam suo tracta, hincide cōpacto de literis gratia, & iustitia, nouissime per alios impresso. fol. xci. Monentur prædicti Moder. de Sancto Nazario istis motiuis. Primo, quia predecessor possidens beneficium cum colo rato titulo per triennium, uel per decem annos secundū dispositionem iuris præscribit ius cuicunque competens, ut not. Abb. in. c. contingit. in. iii. colum. de dolo, & contu. Ergo tas si iuri poterit uti successor, † quia sufficit in beneficis exclusare per exceptionem iuris, non sui, & in tali materia licitum est v. i. iure predecessoris, secundum Compostellam. Joan. And. & Cardi. in. c. mandatum, de rescrip. sequitur Felyn, post Imol. in. c. capitulo Sanctæ Crucis. in. ix. colum. eo. iurū. ¶ Item quia regula ista loquitur indistincte, q̄ possessor triennalis non molesteatur. Ergo debet intelligi, vt molestia excludatur omni via, videlicet, directe, uel indirecte, iuxta tex. in. c. cum quid. de reg. iur. lib. sexto. Nam

COMEN. R. P.D. LUDOVICI GOMES.

Si successor posset molestari per indirectum etiam praedecessor molestari videatur, quia eius successore cogetur praedecessor reddere beneficium quod habuit ex permutatione, pro quo facit. I. si controvertia, cum ibi not. & l. si permutationis. C. de cuiuslo. Hoc autem est inconveniens, igitur intelligenda est regula generaliter de molestia, tam illata auctori possessori triennali, q̄ inferenda successori in ius illius. Praesertim quia iure cauter, q̄ successor potest uti defensionibus auctoris sui, contra quem habet regresulum de cuiuslo, ne l. emptio. C. de cuiuslo.

Adde pro ista opinione benefacere, quae habentur in l. id tempus, ff. de usucap. & in l. dolia, ff. de contrahen. emptio. & in l. pomponius. §. cum quis, ff. de acquir. po. scilicet, ybi traditur regula, t̄ q̄ in usucaptionibus, & præscrip. successor tam utilis, q̄ singularis potest vii accessione praedecessoris: Nam defensiones competentes auctori prosunt successori singulari, l. i. C. de usucap. transfor. & l. i. in princip. ff. de actio, ut e. hære, ven. & dicit regula ius in c. i. s. qui in ius. de regu. iur. libro sexto. Quod qui in ius succedit alterius ex iure, quo ille uti debebit: Nam successor etiā singularis representat personam praedecessoris, ut not. Bar. in l. si i. ff. de usucap. l. pater. §. quindecim. de leg. iii. Et hoc in beneficibus procedit: Nam successor in beneficio est successor sui praedecessoris, ut not. iu. c. aduerfus, de immunit. ecclie. Innocen. in cap. eam re. de rescrisp. & in. c. secundo. de or. cog. in. c. in pri. mis. §. si uero ille. ii. q. i. & in capit. si sacerdotes. xvi. q. iii. Nam fingitur successor eadem persona, cum praedecessore, ut not. Innocen. in. c. q. sicut. de electio. cum pluribus aliis iuribus concordantibus, quæ allega. Specul. in titu. de sentent. §. nunc de effectu, in secunda colum. **P**raeterea pro ista opi. Ioan. Staphileus, loco superius allegato, adducerebat. Quia successor, qui nunc dat regula non uenit ex iure praedecessoris simpliciter, nec ex illius persona dicit se ius habere dicendo praedecessor meus non potui molestari, ergo necego, qui eidem successor, quia sic allegaret ius tertii, quod est prohibitus, ut late tradit in l. qui cum ha. rede. ff. de excep. rei iudi. cum aliis de quibus ibi per eum, sed iste successor nimirum ex decreto papæ, hic posito, quod annullat gratiam, prout in simili factum uidemus in cap. cum di. lectus. de iure patro. ita concludit Staphileus in dicto loco, respondens ad quedam contraria, ut ibi per eum. Et tenendo istam opinionem ad allegata in contrarium Moder. de R. pa. in dicto consil. respondent generaliter, & vnico uerbo, videlicet, illa procedere quando successor extitulus, & possessione sui praedecessoris vellet fundare ius suu sine nouo titulo; & nouo iure, quod facere non potest per praedicta, ut etiam dicebat Staphileus, & est ultra ipsos dictum Socini in consi. xxiiii. colum. xii. uersicu. quinto. vbi dicit, q̄ nemo de iure alii ius exciperet potest ad excludingendum alterum, facit. l. loci corpus. & cōpetit. ff. si seni. uen. & habetur per Bar. in l. si tertius, ff. de aqua plu. arcen. secus quando successor se fundat proprio titulo ad elidendum titulum terri impetratis excipit de iure sui praedecessoris, quia tali casu potest hoc facere, quæ quidem responsio concordat cum motiuis Staphilei proxime dictis. Ista sunt, quæ pro utraq; parte dici possunt.

Quid tenendum? Certe prima opi. videtur verior, & firmior, videlicet, q̄ successor in beneficio non possit vti exceptione istius regulæ, quæ competitabat suo praedecessori possesso ri triennali. Et vis tota istius op. consistit in hoc, quia regula ista tribuit tantum possessoribus priuilegium suum, quod quidem est personale, ut sepe tenuit Rota, ut superius dictum fuit, & tener D. Guliel. super regula de annali. Et tamen clarum est priuilegium personale ad possessorem non transire, ut dicitur in. c. priuilegium, de reg. iur. lib. vi. Nam possessori triennali datur istud priuilegium, propter suam possessionem triennalem, sed successor non est possessor triennalis. Ergo cessat regula, & isti motu non potest realiter responderi, quia apponit gladium ad radicem. Ex quo infertur, q̄ si possessor moriatur, vel renunciet, & beneficium alteri conferatur, non potest ille allegare, pro sua defensione triennalem possessionem praedecessoris. Et ita dicunt quidam Moder. Sabineñ. tempore suo seruasse Rotam. Et hoc idem tenuit olim Io. Aloisius Tuscanus Auditor Cameræ vir insignis doctrina, qui anteau. aduocati consistorialis officio fungebatur, in quoddam consil. redditio in causa Burgen. Scholastriae, in ultimo dubio. volu. primo suorum consiliorum, fol. xxix. pro qua op. faciunt ea, quæ tradit Cardi. in consil. cxlv. qui uoluit, q̄ priuilegium clement. prime, de sequest. poss. concessum habenti diffinitiū sententiam pro se non habet locū in eius successore, ex quo est priuilegium personale cōpetens illi, qui sententia pro se obtinuit, quæ quidem qualitas in subrogato non concurrit, ut not. glo. in regula is qui in ius. in si. de reg. iur.

RE. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXVII

8 reg. iur. lib. vi. **H**inc uidentur, q̄ ius personale, vel actio personalis non sequitur successo rem, ut in. l. i. §. u. hæres. ff. ad trebell. & ibi not. Bar. ad idem facit. l. h. §. ff. de contrah. emp. & l. f. C. de hære. actio. & l. aris alieni. C. de dona.

OPostremo pro ista opinio. facit, quia priuilegium competens ratione personæ, cessante persona, cessat priuilegium. I. Paulus, alias incipit per procuratorem, & ibi Moder. ff. de acquiren. hære, cum condan. ut scribit Socin. consilio. cliii. libro secundo. Nam cessante causa priuilegii, cessat priuilegium. l. titia. §. usuras. ff. de lega. secundo. Cum igitur causa priuilegii sit triennalis possesso, illa cessante, cessat priuilegium regulæ.

CNon obstant ea, quæ pro contraria parte superius fuerat adducta, quia illa procedunt respectu iuris, in quo quis subrogatur. Secus autem respectu possessionis, uel illa omnia motiva procedunt in materia profana, in qua datur successio, & translatio iuris, secus in beneficiali, per ea, quæ superius dicta fuerunt. Et ista omnia procedunt loquendo de exceptione regulæ, quæ non cōpetit successor, tamē poterit adiuuari, allegatione Lap. lxxix. de qua in alia quæstione dicimus, licet quidam antiqui aduocati, ut Iochinus de Narnia vir doctus super hoc distinxerit inter successorem dignitatis, ut alterius beneficii, quia primo casu possit iurari exceptione praedecessori competenti, & ex quo dignitas dicitur habere successorem, iuxta notata per glo. in cap. q̄ sicut. de electio. & in cap. relatum. el secundo. de testa, quod non est in aliis beneficiis. Sed potest responderi, q̄ illa successio consideratur ad alium effectum, de quo in capit. quoniam abbas, de offi. deleg. Secus uero est ad effectum, de quo agitur in quo non datur in beneficiis successio. c. abolendam, de fil. presbytero. & cap. ad decorem, de insti. Et quia exceptio istius regulæ est personalis cōpetens possessori triennali, & nō aliis, prout dixi in quæstione viget in prima, ut viget in secunda. Et ita secundum istam opinio. iudicavit Rota, ut refert Staphileus loco superius allegato, per rationes quas ibi refert, licet postea ipse contrarium tenerit, & male, quia rationes sue concludunt, quando decretum appositum fuisset in lege communi, prout in dicto capit. cum dilectus. allegato per eum; quod iuris communis decretum, quilibet deducere, & allegare potest. Secus est in decreto regulæ, quæ non annullat, nisi in actis producatur: & produci non potest, nisi ab ipso triennali possessor, cuius fauorem concernit, nec aliis non possessor eam deducere potest. Patet triennalis possessor conuentus si non excepteret de regula, posset condemnari, & canonizari impenitatio aduersarii, quæ nulla non est, nisi opponente triennali. Nam illa qualitas triennii tempore exceptionis requirit, iuxta l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa, & ea, quæ dixi in cap. statutum. colum. penulti. & præceden. de rescrisp. libro sexto.

Quæstio Decimaquarta.

DE C I M O Q V A R T O Quæro, t̄ vitrum exceptio istius regulæ iam proposita in actis, per defunctum triennalem possesorem, contra actorem mos leftantem transferatur in subrogatum, in iure, & ad omne ius, quod illi quomodo dolibet competit, etiam quoad possessionem, prosecutionem, & defensionem litis, & causa in eo statu, in quo defunctus existebat, etiam si non resignasset, admitti potuerit, & debuisset!

CSO LV T I O. Ista quæstio est exemplatis, & noua, nec memoria patrum nostrorum, usque ad hæc tempora, in Rota decisa. Ideo latius eam attingam, exemplo iuriscon sulti in l. legau. ibi, plenius rogo, quæ ad hæc spectant, attingas: quotidiana enim sunt &c. ff. de libe. lega. Et quia hoc dubium hodie, xxi. mensis Octobris M. D. xxxviii. proposuit in Rota fuit, per Reuer. P. Dominum Marcellum Crescentium, episcopum, Muricanum, in una Zamoreñ. beneficiorum, uertente inter Alphonsum de Azero celsionarium, & subrogatum in ius Antonii Lopez, & Aluarum de Herrera actorem, aduersarium Antonii Lopez defuncti cedendis, & dicti Alphoni subrogati: Referam mortua, quæ pro viraque parte, per dominos facta fuere, plura addendo, quæ ad rem facere videbuntur. In primis igitur, cum causa ista sepius, per cūndem dominum ponentem, proposita fuisse, & informationes uari. e. hincinde darentur, post disputationes plurimas, Dominorum Auditorum vota, pro utraq; parte contraria, & paria fuerunt. Nam quatuor ex dominis partem negatiuam defendebant, uidelicet, subrogatum exceptione istius re-

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

gulæ, iam per defunctum propositæ, ut non posse, mortis fundamens. Primo, quia negare non poserat, istius regulæ exceptionem, personalem esse, & cum persona extingui. Nam non conceditur, nisi tantum triennalibus possessoribus, & sic habentibus predictam qualitatem, ut dixi in precedent. quest. Sed ista qualitas triennalis possessionis, extinguitur cum possesso: Ergo non transit in subrogatum. ¶ Et licet in eum transeat iura defuncti, non tamen transeunt cum qualitate sua, quæ adhæret corpori, seu personæ: quia tali casu, subrogatus non sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, vt est textus notabilis in lege prima. § si quis autem, ibi, persona enim est, quæ meruit hoc beneficium & cetera. ff. de success. adicto, quem ad hoc ponderat Bal. in l. certum. in fine quaest. questionis, in tertio iten. dubitatur. C. unde legit. Ad idem est bonus textus in lege cum in fundo. §. si fundus. ff. de iure dorium. quem ad hoc pro notabili allegat Roma. in singula. suo. cxxv. incip. tu habes. Et ita per illa iura Alexand. prædictam theoricam, uidelicet, quod subrogatus sapit naturam subrogati, declarat in consilio. cxiij. ui. so themate, in tercia columna. libro tertio. Pro quibus faciunt ea, quæ dicam inferius, in quæstione vigesima, & sequenti. Cum igitur in Alfonso subrogato deficiat illa qualitas possessionis triennalis, cessabit etiam exceptio istius regulæ. Ita dicebant illi quatuor Domini.

¶ Alii quatuor Auditores tenebant contrarium, uidelicet, subrogatum ad omne ius admitti debere, ad exceptionem istius regulæ, iam propositam in actis, & deductam per defunctum. Quam opinionem ita probabant: in primis, quia iste Alfonsus subrogatus fuerat, non solum ad omne ius, sed etiam ad statum litis, in quo defunctus erat, ac si non cessasset. Et ista subrogatio ad statum litis, & causæ, non solum subrogato de iure communi competit, ut patet in decisione prima, vt lit. pendit. in antiquis. Sed etiam ex stilo, solet colliganti ab homine specialiter concedi, ut hic concessa fuit. Et ista geminatio alia, quid plus operari debet, vt, videlicet, ius exceptionis in subrogatum transferatur, argumentum. corum, quæ dicit notabiliter Bar. in l. tertia. §. si rem. in fine secunda oppositionis. ff. de legatis tertio. Præsertim, quia cum sit subrogatus ad omne ius, illa universalitas videtur comprehendere etiam exceptionem propositam, quæ ius bonum appellatur, secundum Bar. in l. per illum textum. C. quonodo, & quando quarta pars, libro. x. Nam licet sub infinita oratione comprehendendi non videantur, nisi ea, quæ ex propria significacione vocabuli colliguntur, ut in l. quæst. §. illud fortasse. de leg. iii. ¶ Vbi vero infinita oratione additur ista dictio vniuersalis omnis, non solù ca, quæ simplex, & propria vocabuli significatio afferit, sed omnia alia veniunt, quæ accidentaliter illi rei adhaerent, vt est tex. in l. hæres meus. §. i. ff. eo. si. cū. alii concor. vt scribit Dynus in rubrica de regulis iuris. libro sexto. & Speculator titulo de feudis, questione decimaquinta. Hinc ille iudicium vulgare ortum habuit, qui totum dicit, nihil excludit: de quo in l. iulianus. ff. de legatis tertio. Et hac ratione videmus, quod licet simpliciter subrogatus ad ius defuncti, non censeatur subrogatus ad possessionem, nisi dicatur: vbi tamen subrogatio fieret per uera uniuersalia, uidelicet, ad omne ius, vel similia, possesso comprehenditur, licet de ea non fiat mentio, vt dicit decima quinta, vt lit. pen. in nouis. quam sequitur Felynus in rubrica de rescriptis, columna tercia, & hoc expressè tenet etiam Bal. in consilio. ccccxxxvi. incip. quidam creditor. in tercia columna. versicu. septimo. in tertio uolumine. vt dixi in regula de subrogatione. Et hoc adeo uerum est, qd etiam si lis fuisset mota per defunctum, proprio eius nomine expreso, adhuc subrogatus censemur de iure admissus in eodem statu causa, & litis, in quo defunctus erat, vt est decisio. ccclxxvii. incip. ex hoc insurrexit in nouis.

¶ Confirmatur ista opinio, quia licet ius agendi non transeat in singularem successorem, ius tamen excipiendi transit, ut late probat Ias. in l. secunda, in quinquagesima teria columna, numero. i. 5. C. de iure empl. hit. Cum igitur ius excipiendi de ista regula erat in casu nostro, iam radicatum in personam cedentis, debet transire in singularem successorem specialiter subrogatum, pro quo videtur esse tex. in l. si tibi. §. pactum. ff. de pactis, quem ad hoc Alexand. ibi in primo notabili. Ias. & Moder. notant. Hinc videmus, qd licet appellacione successoris, non ueniat nisi uniuersalis successor, vt Bar. notat in l. stipulatio ista. §. sicut. ff. de uerborum obligationibus. cum similibus. vbi tamen agitur de iure excipiendi, singularis successori appellatione successoris continetur,

RE. DE TRIENNALI POSSESSORE. CLXXXVIII

netur, ut dicit Alexander in l. quadam. §. nihil interest, per illum textum. ff. de æden. & tradit Bartho. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua pluribus arcenda. ¶ Præterea pro ista opinione adducebantur, quæ tradunt Cuma. & Socin. in l. ii. §. sane, num. 7. ff. de excep. vbi voluerunt, quod vbi exceptio non transit in successorem, quia personalis: si tam proposita, & deducta fuit per defunctum in iudicio, transit in successorem, sicut vides mus in illa exceptione, ne quis conueniatur, nisi in quantum facere possit, & in actione iniuriarum, & iure dicendi nullum, & similibus. ¶ Præterea adducebatur etiam, quia per exceptionem propositam per defunctum in actis, iam fuerat exclusus iste Aluarius de Herrera, & perempta fuit intentio eius, quæ fundabatur in gratia de beneficio per triennium possesso, iuxta nota. in capitulo. primo. de ordi. cogn. & tradita per Decimum in l. non tridetur cœpisse. numero. 3. ff. de regulis iuris. Nam idem est, non habere actionem, uel exceptione esse repulsum. l. vel interest. ff. de regu. iur. Quia ergo ratione Alphonsus deberet absoluти ab Aluaro, si actio illi non competenter, eadem ratione, & si expulsus fuit exceptione: Nam semel exclusus, semper manet exclusus, iuxta ea, quæ notat Bar. in l. Cassius, circa fi. ff. de senat. Et semel nullum semper durat nullum, & quoad omnes etiam si esset causa nullitatis, Dynus in regula, quod ab initio de regulis iuris. libro sexto. Oladra. consil. cccvi. faciunt, quæ not. Bar. in l. si post mortem. ff. de bo. posses. an. tab. & in l. si iudex circumuento. ff. de mino. Et ideo finita materia, super qua iudicium fundatur, illud solui necesse est, vt dicit Bal. in consilio. cxi. colum. fina. libro tertio. per legem & finitam. ff. de suscip. tuto. Sic etiam dicimus, quod sicut semel exclusus manet exclusus, vt late tradit Socin. in consilio liii. colum. fina. & Bar. in l. si. ad tertium. Ita & etiam ratione dicimus, quod semel malus, semper presumitur malus, vulga. capitulo. semel malus. de regu. iur. libro sexto. Ita etiam res semel alienata semper durat alienabilis. l. pater filius. §. quindecim. de legatis tertio. Sic etiam annalia ad agendum, sunt perpetua quoad excipiendum. l. pure. §. fina. ff. de dol. mal. excep. Et hoc regulariter procedit in omnibus exceptione, quæ ab actione non descendit, vt, videlicet, perpetua sit, vt dicit Abb. in ea, si autem de rescrip. cuiusmodi est ista descendens ab ista regula. Cum igitur in casu nostro, semel defunctus exceptionem regulae propositus, talis exceptio perpetua esse debet. Nec potest talis exceptio dici noua in persona subrogati, cum ipse magis uideatur inniti, & adhædere exceptioni proposita per defunctum, quam nouam proponere: Nam si potest inniti iuri tertii exclusuo iuris agentis, & pro suo interesse obiicere in personam, & iura aduersarii, iuxta l. fina. ff. de rei uenti. & decis. lx. in no. fortius licebit inniti iuri tertii, pro sui authorem. ¶ Nam aliud est, de nouo addere, & alius antiquo autem inniti. l. inter stipulante. §. factam. ff. de verborum obligationibus. & in cap. consilio uit. de iudæis. facit propriæ tex. in capitulo. pastoralis. de exceptio. Præsertim, quia subrogatur hic Alfonsus non solum ad prosecutionem, sed ad defensionem litis & causæ: & nulla maior est defensio, quam peremptoria exceptio, vt in l. exceptiones. ff. de excep. Et illa uerba defensionis in subrogatione posita, exceptionem includunt, quæ defensio dicitur, vt patet in l. cum nondum. & in l. si quidem. & in l. si quis. C. de exceptio. Et non solum iste subrogatus, simpliciter est admissus per papam, ad prosecutionem, & defensionem litis, & causæ: sed etiam ad eam, ad quam ipse defunctus, si non cessasset, admitteretur. Sed clarum est, qd si dictus Antonius defunctus possessor viueret, posset prosequi exceptionem suam iam propositam, cum sit effecta de actis, iuxta capitulo. quoniam. de probat. Ergo eodem modo, & eius subrogatus, vt dicit expresse decisio decima, vt lite pendente, in nouis. columna fina, quæ hoc modo argumentandi virutur. ¶ Et licet in isto subrogato, cesseret qualitas triennalis possessionis, nihilominus, ex quo semel in propositione istius exceptionis, per defunctum, illa qualitas interuenit, licet postea cesseret: nihilominus actus factus a principio, cum illa qualitate, debet durare, vt est glo. notabilis in capitulo statutum, in uerbo canonico, & ibi, dixi. de rescriptis. libro sexto. facit tex. in l. mela. ff. de alimen. lega. & in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad trebellianum. facit etiam quod dicit Felyn. in capitulo cum dilecta. in decimaquarta columna. uersiculo amplia septimo. de rescriptis. Vbi dicit, quod subrogatus, quoad rem, censemur etiam subrogatus, quoad qualitatem adhærentem illi rei, iuxta dictum Bal. in l. si puella. C. si manci. ita alie. fuerit. faciunt etiam pro ista parte, quæ dixi in §. fuerat. in primo notabili. instituta de actionibus. ¶ Præterea, quia licet priuilegium personale extinguatur

etiam persona, vulga. l. in omnibus . ff. de regulis iur. vbi uero tale priuilegium non conceditur absolute, intuitu sfolius personæ, sed mediante aliqua causa, tunc tale priuilegium transit ad successores, de hoc est tex. in .l. non solum . ff. de in integ. restitu. inducendo, ut per Dynum in cap. priuilegium, de regu.iur.libro sexto. Ibi ponit exemplum in minore in quo restitutio illi facienda est personalis.l. exceptiones quæ. ff. de exceptio. Tamen quia talis restitutio minori competit, non immediate propter personam suam, sed propter hædionem. l. quod si minor. §. non semper . ff. de minori. Sicut exceptio triennalis non competit immediate propter personam, sed propter possessionem triennalem; ob eam causam illud priuilegium restitutionis, licet personale, transit ad successores; vt in .d. l. nō solum, ita & istud priuilegium triennalem possessionis, transire debet in subrogatu, præsentim in subrogatum etiam quoad possessionem: Nam postquam effectus ille exceptionis proposita iam fuit in esse deductus, & semel causatus, remanere deberet, etiam celsante causa, iuxta. l. fina, ff. de decurio. cum pluribus concordan. quæ ad illam legem cumulat Felyn. in capitulo quæ in ecclesiarum. in. xxii. colum. uersicu. fallit quinto. de constitutio. cum aliis, quæ scribit Dynus in capitu. decer. in secunda colum. de regulis iur. libro sexto. & Molder. in cap. cum celsante, de appella. Sed effectus istius possessionis triennalis est iam deductus, & causatus per exceptionem propositam per Antonium defunctum: Ergo debet transire in successorem, quæ. q. iam defunctus perpetuauerit istam exceptionem, & sic per consequens, eam ad successore transitoriam fecerit. arg. l. si marito. §. si uoluntate, ff. solut.

7 matri. ¶ Nam actiones personales, quæ alias non sunt transitoriae, si fuerit super illis lis inducta, transire ad successores. l. pro hæreditariis. C. de hære. actio.

¶ Accedit pro ista opinio, quia uidemus, quod ius petendi supplementum legitime, est personale, cōpetens filio& tamen si filius illud dederit, transferit ad hæredes, ut late probatlas. in. l. emancipata. colum. secunda. C. qui admitt. Et pari modo ius declarandi caducitatem semel deductum, transit ad hæredes, vt tradit Imol. & communiter docto. in cap. potuit. de loca. & las. in. l. secunda. colum. lxvii. versicu. secundo quarto. C. de iu. emph.

¶ Postremo facit, quia in subrogatione est clausula de statu litis, & caufæ, quæ habeantur, pro expressis, seu exprimi posunt. Sed clarum est, q. ista clausula perinde operatur, ac si omnis status caufæ, in individuo, & nominativi esset in subrogatione expressus, ut in terminis concludit Dominicus in consil. cxx. in secunda column. Sed si in subrogatione dictum fuisset, q. Alphonsus admitteretur ad exceptionem propositam per defunctum, ipse illa uti posset: Ergo eodem modo illa vietur, quando per illa uerba, pro expressis habentes, est facta subrogatio. Ista sunt in effectu, quæ pro utraque parte adduci posunt, quæ questionem valde dubiam reddiderunt. Quamq. mandatum fuit per Rota incrum informari. Et causa iterum, atque sapientia, per eundem Reueren. Do. proposita, & disputa tionibus adiutoriorum diligenter discessu, tandem: Rota, die vigeſimaquinta Octobris M. D. XXXVIII. & die. xi. Decembri eiusdem anni, tenuit primâ opinio. ¶ Et funda mentum istius op. principale fuit hoc, quia exceptio proposita per defunctum recipiebat fomentum a triennali possessione, tanquam a causa efficiente: vnde celsante illa qualitate triennalis possessionis, per obitum possessoris, cessavit per consequens exceptio. Et nisi ad tale ius, quod prouenit respectu certæ qualitatæ, quis specialiter, & nominativi subrogati tur, in generali subrogatione non transit. ¶ Quia quando est diuersa qualitas in subrogato, tunc subrogatus nunquam sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, vt dicit nobiliter Alexan. in consil. cxiij. vñso themate. in tertia colum. lib. iii. ut dictum est super ius in princi. Quia mutata qualitate priuilegiati, propter quam priuilegium concessum fuit, mutatur etiam, & cessat priuilegium. l. titia. §. vñfuras. ff. de lega. ii. l. cura. §. deficientium. ff. de mu. & ho. tradit Roma. in consil. cccciii. in casu proposita. & Socin. consil. cl. colum. nonna. uersicu. sexto confirmatur. libro primo. Vnde qua ratione, si ipsenem defunctum, qui proposita exceptionem regulæ, post propositam exceptionem defineret possidere, non posset amplius vti exceptione triennalis possessionis: iam proposita, eadem, & fortiori ratione, nec subrogatus, qui nunquam possedit, poterit illa exceptione vti, quæ est proposita per defunctum. ¶ Nec obstat, q. sit subrogatus, quoad possessionem; quia illud est uerum, quantum ad facultatem eam capiendi. Sed non est subrogatus ad triennalem posses-

9 sionem, neq; ad exceptionem resultantem ex ea: quia illa non transit in subrogatu. ¶ Nam quando lex requirit actum cum qualitate, non sufficit deducere actum, nisi & qualitas deducatur,

CSOLVTO. In vna Toletana Abbatia, coram Reuer. Dom. Joan. Pau. de mensa Junio M.D.XXXVII. fuit hoc dubium propositum in Rota. In quo dominorum vota fuerunt traria: Nam quidam dicebant, tan prorogationem regulae factam per vnum prodelle venientibus, pro interesse, moti ex doctrina Baldi in capitulo de causis. de officiis delega, quem ibi sequitur Felyn. in quarta columnā, & ex his quæ docto. post Innoc. discent in capitulo cum super. de re iudic. & Moder. post Bartho. in .l. si perlusorio. §. prior. & in .l. a sententia. ff. de appellationi. vbi concludunt, fere in simili casu, tertium veniam pro suo interesse, ut posse appellatione per alium interposita, nec illum posse illi appellationi renunciare, ut tertius incepit illa vti. per ea, quæ dicit Innocen. & Abb. in capitulo ex conquectione. de restituitione. polia. Fely. in capitulo si diligenti. in octava columnā. de foro competenti. Nam quando actus, qui debet fieri infra certum tempus, validus in persona eius, qui agit nomine proprio & tunc aliis potest ratificare extra tempus, nec habet locum lex bonorum. ff. rem. ra. hab. ita dicit Bartho. in .l. prima. per illum textū C. qui admitt. Tan clarum est, quod quando causa est semel cœpta, omnes quorū interest, ea durante, possunt venire ad causam, & admittuntur in eo statu, in quo eam sustinent, ut late prosequitur Oldrad. in consilio. ccly. incip. contra promissiōem cum concordia. de quibus ibi per eum. Sic in proposito videtur hic dicendum, quia ex quo episcopus Solis prorogat istam regulam, mouit item contra possessorem triennalem, post triennium, licet infra tempus prorogatum, pendente illa lite, poterit tertius, venire ad eam tanq; quod possellor iam non sit pacificus, nec repelletur exceptione istius regulæ, qui a res effecta semel, quoad vnum, alienabilis per literam motam, censetur esse alienabilis quoad alios, lege sicut. §. sed si permiserit. & ibi Bartho. ff. quib; mo. pig. vel hypo. sol.

CUstis tamen non obstantibus, maior pars dominorum inclinauit in contrariani sententiā, videlicet, illum tertium, pro suo interesse venientem, excludi exceptione regulæ, nec illi prodesse prorogationem ab episcopo prædicto factam. Et inter plures rationes, quæ tunc adducabantur, ista fuit efficacior, quia Petrus Coque, qui erat tertiis, pro suo interesse veniens, licet comparuerit infra tempus prorogatum per episcopum,

& post item moram ab eodem episcopo, tamen comparuit eo tempore, quo iam Petrus dela Perna erat triennalis possessio pacificus, quoad ipsum Petrum Coque, licet illa triennalis possessio non præjudicabat episcopo, propter suam prorogationem regulare, factam ad annum. Et ideo licet episcopus possit agere contra possessorem triennalem, infra tempi prorogatum, non tamen hoc priuilegium personale, concessum ratione persona, poterat communicari Petro Coque, post triennium venientem ad causam, fuxa ea, quæ habetur in capitulo priuilegium de re iur, libro sexto, & in l. in omnibus ff. eodem titulo, & di xi late in tñmili. q. supra, q. xiii. Sicut etiam videmus, t̄ quod protestatio facta per vnum, non prodest alteri tertio, in alterius præjudicium, vt not. d. Anto. in capitulo præterea de appella, præfertim, quando ille tertius est in negligencia. Sed si in casu nostro, prorogatio, quæ haberet vim cuiusdam protestationis, tertio prodest, inferetur præjudicium magnum possessori triennali, qui præiuretur commodo suæ possessio, & exceptione istius regulæ, igitur hoc fieri non debet, quia regula ista est inducta in odium negligentium, non possequantium ius suum, & in fauorem possessorum. Odia igitur debent restrixi, & fauores ampliari, vulga. capit. odia. Alias sequeretur absurdum, quod negligens consequeretur præmium, vnde merito pecuniam sperare, & incurriere deberet, contra l. quod seruus. ff. q. vi aut clm. & in capitulo eum qui de præbend. libro sexto. Nō enim debent iniuriæ naçci, vnde iura nascentur, capitulo qualiter de accusa. Nam negligentes, exsita negligentiæ, pecuniam, non præmium merentur. l. pupillus. ff. de his qui in fraud. cred. t̄ Hinc est, q. licet terminus prorogatus censeatur idem terminus cum primo, vulg. l. sed si manente de preca. illud non habet locum, in materia odiosa, vt dicit Bald. in l. si a te. C. de pact. inter empt. & vend. sequitur Fely. in capitulo de causis. in se- cunda column. de off. deleg.

¶ Nec obstant dicta Innoc. in. d. c. cum super. & Bar. in. d. l. si perlusorio, cum aliis superius allegatis, quia omnia procedunt quando tertius vult vti appellatione infra tempus, in stra quod ipse potuisset appellare, secus enim si vellet adhaerere appellationi post lapsum tempus ad appellandum, quia tunc non licet, ut in casu nostro, in quo tertius pro interesse venit ad causam post completam, & finitam triennalem possessionem pacificam, & licet veniat infra tempus prorogatum per episcopum illa prorogatio sibi negligenti non prodest in præjudicium possessoris, proderit tamen episcopo eam facienti, t̄ & ita pro ista declaratione, & resolutione ad dicta Inno. & Bar. est glo. notabilis in capitulo vt circa, in veri, adhaerentes, de electio, libro sexto, quam sequuntur communiter doctor. post Bal. in auth. hodie. in s. C. de appella, declarando tamen, vt per Fely. in. c. venies. el secundo. in tercia col. veri, secunda conclusio, de rest. & in. d. c. cum super. in. iii. col. & per Areti. in. c. colim. in quarto notabili, de accusa, cum aliis concor. de quibus per Soci. in con fil. xl. col. iii. cum sequen. Et ita doctri. Bar. in. d. l. si perlusorio, declarant Abb. Imo. & Philip. Franc. in. c. penult. de appell. Salye. in. l. vnica. C. si vñus ex plu. post Bart. in. l. siqu. q. sua. ff. de appella. Angel. in. l. si separatis. q. quoties. columna. iiiii. ff. de appella. Hoc, tamen fallit, & limitatur non procedere in casu decisionis. Rotæ. l. xv. in nouis.

¶ Vtterius pro ista op. facit, quia eo ipso, q. iste Petrus Coque tertius tam tarde post finitum triennium venit ad causam præsumpto est contra ipsum, q. scierit item ab aliis agitari super beneficio, & negligenter omittit venire, quia hoc operatur triennialis possessio pacifica, q. transferr præsumptionem negligentie in alium, si igitur tanto tempore tacuit, & non est prosecutus ius sui, videtur illud habere pro derelicto, & nōcet sibi quoad possessio neni, ut dicit Egid. deci. dcccxi. no. Fely. in. c. penul. in vñmis verbis, de re iud. Et tenedo istam op. non obstat dictum Bal. in. d. c. de causis, de off. deleg. & Fely. ibi in. iiiii. col. t̄ dū dicunt sufficere consensum aliorū litigantiū qñ fit prorogatio de tempore ad tempus, licet tertius de cuius interesset agitur, non consentiat, quia respondeatur illud dictum nihil ad propositi facere, quia ibi quoad prorogantes valer prorogatio, nec consensus tertii prætendens intereste quoad illos requiriatur, necessario tamē fuisse si prorogatio illa deberet sibi no cere, vel prædeste, prout in correis, de quibus inferius dicunt. Sed in casu nostro, alia ratio concurrit, videlicet, triennium exclusum actionis istius tertii, post quod quidem trienniū nemo auditur, nisi ille, qui infra trienniū prorogatur, & in illa prorogatione triennii bene quadrat dictum Bal. q. consensus tertii non requiritur, cum fractus diuidius, quem quilibet pro se facere potest in tempore, & qui illum non facit sibi nocet propter sui negligentiā.

¶ Postremo

¶ Postremo pro ista decisione adduco vnum satis solidū, & firmum fundamentū: ¶ Nam clarum est in iure, q. interruptio ciuilis, quæ sit ad interrūpendum tempora præscriptionis ne currant facta per vnum solum, prodest illi interrumpenti, & non alteri quæ restringatur actus ad certam personam actum exercentem, vt est tex. in. l. intra quatuor: ff. de divers. & temp. præscrip. notant omnes docto. post glo. ibi in. l. cum notissimi. C. de præscript. xxx. an. & tradunt etiam docto. in. l. more. C. de rei vendic. & in. c. placuit. q. potest. xvi. q. iii. Bar. & alii in. l. naturaliter ff. de vñsc. & Bal. in. l. ii. C. de seru. & d. Anto. Abb. & Moder. in. c. illud. de præscri. cū pluribus concor. vt scribunt Moder. in tract. præscrip. in qua ta parte. vi. partis principalis. q. iii. Sed in casu nostro prorogans tempus trienniū ne currat dicitur interrūpendre præscriptionem regulē, ergo tm̄ sibi deber prorogatio prædeste, & non alteri, cum sit actus personalis.

¶ Confirmatur vterius ista op. quia præscriptio huiusmodi triennalis, licet aliquo respe-

ctu dicatur favorabilis possessori, est tamen principaliter inducta in odium negligentium,

¶ Ideo interruptio facta per vnum, vel prorogatio non prodest aliis negligentibus, nisi sit ab uno ex correis credendi, tñc. n. prodest alteri, ut in. l. h. vbi glo. Bal. & Angel. C. de duo. reis. cū similibus, de quibus per dictos Moder. in. d. tract. præscri. q. iii. fol. lxxii. Nec potest hoc casu iste negligens excipere de lite per episcopum prorogantem infra tempus prorogatum mota quæ, q. iam fuerit beneficium effectum litigiosum, & non pacificum, quia respondeatur, q. hæc exceptio non fundat intentionem opponens, iuxta. l. fi. C. de rei vend. nec illa interruptio, quæ est ciuilis iunat alium, q. interrumpentem cum sit personalis, vt est communis op. quam tenent docto. prædicti, quam dicit etiam communem Abb. in d. c. illud. col. fi. versi. quero an interruptio. Et ideo possessor triennalis, quod istum, liberas aedes habet. l. loci corpus. q. competit. ff. quemad. ser. amit. nec litigium isto casu afficit

¶ o beneficium. l. prima. & ibi glo. & Bar. ff. de litig. vbi pater, t̄ q. vñtū litigiosi est personalis non reale. Et sic iuuauit ipsum episcopum item inducentem tempore apto non alium, vt nota. in. l. vita. C. de acq. poss. & in. l. vbi Bar. de præscrip. lon. tem. Ang. in auth. deliti. q. primo. colla. viii. per Bal. in. l. fi. C. eo. ti. Et licet Abb. in. d. c. illud. dicat, q. de iure canonicō per contestationem litis efficitur quis malè fidei possessor, & q. durat hoc vitium perempta infirmitas, & sic interrumpitur præscriptio quoad omnes, quod in casu nostro videbatur dicendū. Illud tamen dictum Abb. resolutur multipliciter. Primo quia in præscriptione istius regulæ non requiriunt bona fides secundum R. etiam, vt inferior dicam in alia. q. Et licet requiratur, ramen per litis contestationem non inducitur vera mala fides, sed presumpta tantum, vel ficta, vñto. in. l. nemo. C. de acqui. posse. Nam possidens rē, & credens eam firmiter esse suā non mouetur firmiter ad credendū contraria ex hoc, q. alius facit sibi quæstionē alias de facilis daretur materia īpediendi perpetuo cursu præscriptionis litē cōtestādo, ut supius dixi. Et ideo op. primā tenuit Pet. de ancha. in. c. i. de præscr. in. vi. t̄ dicēs, q. non solum de iure ciuilis, sed ēt canonico ille, qui habet malā fidē quoad vñtū, & bonā fidē quo ad alii potest præscribere contra illū, contra quē habet bonā fidē, allegat. l. qui balneū. ff. qui pot. in pig. hab. facit. laut qui aliter. q. si quis. & ibi Bar. ff. q. vi. aut clā. & tenendo, q. hic non requiratur bona fides res de plano procedit. Et ista sufficient pro resolutione istius. q.

¶ Questio Vigesima secunda.

¶ VIGESIMO SECUNDO Quero vterius, t̄ iuxta prædicta, vñtū interruptio

¶ pacifice triennalis possessionis, facta ad citationem vnius, pro sis aliis?

¶ SOLVTO. Pro veritate istius, q. quā nullus haçtenus aperuit, nec declaravit. In pri-

mis præmittere oportet, q. possessor ista triennalis, inducta per istā regulā, equipollit præ-

scrip. t̄ quia sicut per præscriptionē nō acquirit præscribenti dominū, sed ius excipien-

di, vt tradit glo. & communiter docto. in. l. in traditionibus. C. de pact. Ita & p. dispositionē

¶ istius regulæ, nō acquiritur possessor titulus, sed dūtaxat exceptio, vt notat Fely. in. c. sicut.

de re iud. col. xvi. & in. c. licet. de lamo. Itē sicut præscriptio inducta est regulariter in favore

possessorū, & odī negligentiū ita & regula ista eundē effectū producit. Quibus præsup-

positis, pro resolutione, q. videtur primo dicendū, interruptionē triennalis possessoris, fa-

ctam per vñm, non prodeste omnibus aliis, per ea, quæ Bar. & oēstradunt in. l. naturali-

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

q.dixi. Ex hoc videtur tenere Bar. in l. fiscus. ff. de iur. fisc. ybi voluit, q̄ effectus litis conte statat tanq̄ actus ciuilis, non porrigitur de lite ad item. Et ita in terminis istius regulæ con cludit Glosator concilii Basiliæ. positi in pragmatica Francia, tit. de paci. possesso. in glo. super verbo terminorum. verificatur, an mortio litis.

CSed istis non obstantibus, contrarium tenuit semper Rota: Nam si vnuus tertius citat possesso intra triennium, adeo beneficium efficitur litigiosum, q̄, licet postea efficia tur triennalis, non potest talis possesso iuriari exceptione istius regulæ, aditerius quocumq; Quia ex quo semel per vnum interrupta fuit possesso pacifica, illa interruptio, & lis incep tra semper durat, quoad omnes donec vitium illud litigiosi per sententiam purgatum fuerit, iuxta decisionem. x. in titulo ut lite pendente. in no. Iraque in maluorū iam ista opinio in Rota, t̄ q̄ beneficium semel litigiosum cum vno, efficitur litigiosum, seu verius, non pacifica, quoad omnes alios. Punctus est modo videre, in quo fundatur ista opinio Rota: quia videmus in contrarium esse communem regulam superioris traditam, videlicet, q̄ interruptio facta per vnum, non transit ad alios. l. intra quatuor. ff. de diversis. & item. præscrip. Bar. in l. fiscus. ff. de iur. fisc. cum aliis allegatis superioris. & hoc videtur sentire decisiō. iii. ut lite pend. in no. **E**t ideo pro declaratione, & corroboratione istius op. & sti li Rota, est ante omnia præmittendum, t̄ q̄ duplex est species interruptionis, una est naturalis, & alia ciuilis, ut declarat notabiliter Abb. in capitulo illud, in secunda columna, de præscrip. post Bar. & alios in l. naturaliter. ff. de vñcap. naturalis interruptio est illa, que causatur ex defectu, seu nullitate aliquid, ex substantialibus requisitis ad præscriptionem. Exempli gratia, ad præscriptionem iuris communis, regulariter requiritur titulus, & bona fides, ut habetur in capitulo possessor. de re, iur. libro sexto. & in capitulo si. de præscript. cum vulga. Si per aliquem detegetur, præscribentem non habere bonam fidem, vel non habere titulum, talis præscriptio diceretur interrupta interruptione naturali, adeo, q̄ talis effectus interruptionis, introductus per vnum, durat postea quoad oēs alios, donec superueniat bona fides, & incipiat possessor de nouo præscribere, ita not. Bart. & omnes in d.l. naturaliter. & Abb. in dicto capitulo illud, in secunda columnā. Alia est interruptio ciuilis, que causatur, non ex defectu aliquorum substantialium præscriptionis, sed ex trinsecus, puta per citationem, vel litis contestationem. Et talis interruptio, causata per vnum, non operatur, nisi quoad interumpentem tantum, & non quoad alios, ut dicunt iura, & docto. superioris allegati. Istis præsuppositis, venio ad resolutionem quæst. & dico sic, q̄ sicut in præscriptione iuris communis, pro substantia, & necessariis requisitis præscriptionis, requiri regulariter titulus, & bona fides, ita in ista regula, pro substanciali forma istius possessionis triennalis, introducta est, & requiri pacifica possesso,

5 t̄ qua magis attingitur in ista regula, quam bona fides, ut dicam inferius quæstione. xlii. Imo loco, bona fidei requisites in aliis præscriptionibus, de iure communi, regula ista expresse exigit pacifica possessonem, ut patet in texu. Et in hoc differt præscriptio istius regulæ, a præscriptione iuris communis: quia illa non ita requirit, pro forma substanciali, pacificani possessonem, quoad interruptionem perpetuam; sicut regula ista. Hoc apparet evidenter ex lis, que not. Abb. & Moderni in dicto capitulo illud. vbi volunt, t̄ quod de iure communi, per solam litis contestationem, non impeditur cursus præscriptionis, ex eo, quia per illam, licet quis molesteretur in possessione, non tamē inducit vera mala fides, sed presumpta, seu ficta, iuxta l. nemo. C. de acq; poss. quæ non sufficit ad interrumpendum præscriptionem: Nam possidens rem, & credens firmiter eam esse suam, non mouetur firmiter ad credendum contrarium, ex eo, quod alius sibi intulit quæstionem; alias, de facili daretur materia, interrumpendi perpetuo cursum præscriptionis, sufficeret enim, q̄ quis item contestaretur, absq; eo, q̄ fidem faceret de aliquo iure suo, quod esset absurdum, ita dicit Abb. in d.c. illud, & ibi sequitur Fely. & ante ipsum Paul. de Cast. in l. ii. C. de fruct. & lit. exp̄. & ante oēs Bart. in l. illud, ff. de pet. h̄ered. & res assunt Moder. in tract. præscrip. in quarta parte. vi. partis principalis. q̄ prima. Ex quisbus apparat, q̄ in præscriptione de iure communi, non consideratur ad interrumpendā præscriptionem, q̄ solum quis molesteretur per citationem, vel litis contestationem, sed requiriatur, q̄ necessario concludatur mala fides, per sententiam, vel aliter, per probationes, quia talis casu impeditur bona fides, que est vñ ex substancialibus requisitis ad præscriptionem, sed in regula ista ē cōtrariū, quia ī ea requiri pacifica possesso, pro forma, & req̄sito. substanciali, adeo

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CXCVI

adeo, q̄ si illa interrumperetur, etiam sola citatione executa, regula ista nihil proficeret. Nā regula ista, vt dixi, non requirit bonam fidem, secundum interpretationem Rota, vt infra dicam in dicta quæstione: sed requirit pacificam possessionem, pro forma substanciali. Quo 7 stante, ybi aliquis citat pacificum possesso, t̄ clatum est, q̄ ex quo, per illam citationem, definit esse pacificus, vt notat Pau. Car. & Imol. in clemen. gratia, de rescrip. Et per consequens, per illam citationem extinguitur unum ex substancialibus requisitis in ista regula, uidelicet, pacifica possesso, talis interruptio erit naturalis, secundum præsupposita superioris. Quo casu interruptio naturaliter facta per unum, durat quoad omnes, quandiu durat effectus ex illa interruptione causatus, secundum cōmunes doctrinas superioris allegatas. Itaque talis possessor, non poterit, durante tali lite, sive interruptione, vtī exceptione istius regulæ cōtra aliquem. Et intelligēdo isto modo regulam, stylus Rotæ de plano procedit, & dicta decisiō. x. ut lite pen. recte poterit defendi ab his, que dixit Nicolaus Milis Auditor, in uero. bo. lite pendente. & Glosator in regula. xxvii, de subrogandis. Ex quibus etiam liquido apparet ea, quæ superioris adducta fuerunt, pro contraria parte, non obstat, cum loquuntur in interruptione ciuilis.

Et ex istis potest inferri, ad quæstionem, quam in præterita audientia proposuit R. D. Jo. Paulus in Rota, in una Toletana Abbatia Sancti Vincenti: de qua eriam superioris. q̄ præcedenti memini, in alio tamen proposito. **Q**uæstio igitur fuit talis, Episcopus Balneore gien, habebat prorogationem istius regulæ, ad annumt quidam etiam Franciscus Sapata habebat etiam aliam prorogationem, ad alium annum. Accidit, q̄ d. Episcopus post trienalem possessionem completam, infra tempus tamen sive prorogationis regulæ, datum si bi, & dicto Francisco Sapata, citavit Petrum dela Penya, possessorum triennalem. Deinde labuntur tempora prorogationis, & Franciscus Sapata agit contra dictum Petrum possessorem. Ille excipit de ista regula. Replicat Franciscus, regulæ non esse locum, ex eo, quia non est pacificus possessor, propter citationem factam per Episcopum Balneoregien. Petersus possessor triplicat, & dicit, citationem Episcopi non iuare, duplicitatione: quia tempore citationis iam ipse Petrus fuerat triennalis possessor pacificus. Et licet per prorogatio nē ep̄i, tēpus illud trienni prorogatū fuerit, & infra tēpus prorogationis fuerit citatus, illa citatio, seu interruptio, possessionis facta per episcopū, debet tantū episcopo prodesse, nō autem Frāncisco negligenti, & tarde venienti. Nam licet facta fuit citatio per episcopum, infra tempus prorogationis regulæ, concessum. d. Francisco: ex quo tamen Franciscus nihil egit infra tempus suum prorogatum, neq; ratam, aut gratam habuit item moram per episcopum, cui infra tempus adhærente poterat: merito nunc debet, tanquam negligens, exceptione regulæ repellit, postq; nihil agendo permisit labi tempus prorogationis.

Queritur modo, numquid ista regula obster dicto Francisco, adeo, q̄ iuriari non possit ex citatione, sive interruptione facta per d. Episcopum? Quod habeat locum regula in favorem dicti Petri possessoris, contra Fraucilcum Sapata, faciunt duo motiva efficacia. Primum est, ex doctrina Bar. in l. si perlusor. ff. de appella, post glo. in cap. vt circa. in uero. sicut adhærentes, de elect. lib. vi. dum voluit, t̄ tertium uenientem pro interesse, posse uti appellatione ab alio interpose, si ea utatur infra tempus, infra quod possit appellare, si sententia fuisset lata contra eum, sequitur Floria. in l. i. ff. de appella. & alii, ut dixi in proxima precedēn. quæstione. Sed dictus Franciscus Sapata, infra tempus sive prorogationis nō est vñs, nec ratam habuit item motam per episcopum: Igitur diligentia illius libi non debet prodesse.

Secundo, quia quando interruptio facta fuit uigore priuilegi prorogationis, & sic iure speciali, t̄ tali casu illa interruptio solum prodest interumpenti, & non alteri, etiam habēti causam annexam cum appellante, etiam in casu, vbi alias, de iure communi, soler pro desse, vt est doctrina Bar. in l. si cui expressum, in tercia colum. ff. de appella. & facit ad hoc notabile dictum Bal. in l. petendæ colum. fi. C. de tempo. in integr. restitu. sequitur Fely. in c. si diligenti. in viii. colum. versi. secundum corollarium, de fo. compe. est glo. notabilis in c. penul. ff. de appella. quam ibi Abb. & Imol. & omnes Moder. sequuntur: quæ uoluit, q̄ in terminis illius tex. ideo appellatio vñius, ex duobus correis, una sententia condonatis, prodest alteri: quia appellatio fuit facta iure cōmuni. Secus si speciali, quia tali casu, diligenti vñius non prodest alteri, facit pro hac parte. l. lucius. ff. de seruit. rust. prædio. & quod not. Ioan. Fab. in s. quodcumq; insti. de iure naturali. Et ista interpretatio mitior ad-

COMEN.R.P.D.LUDOVICI GOMES.

mittenda est in fauore possessoris, cuius beneficio regula ista introducta fuit, & etiam, ut l*istum sit finis, ad quarum extinctionem regula ista emanauit, ut patet in fine.* Et talis interpretatione, per quam lites tollantur, conuenit reipub. vt in. l*siquis ingenuum. q. si. ff. de capt. notat Bar. in. l. ambitiosa. in. iiiii. & v. colum. ff. de decre. ab or. faci. & Felyn. in rubri. de treu. & pace. in tertia col. cum concor. vt dixi in regula de annali. q. ii. Vnde quatenus prorogatio regulae tenderet in eius fauore, extendenda esset; sed quatenus tendit in odio debet restringi. Vnde merito uoluit Bal. in. l. si a te. C. de pact. inter empt. & vend. & q. prorogatio termini in odiosis, non reputatur eadem cum termino: secus in fauorabilibus, in quibus procedit. l. sed si manente. ff. de preca.*

CQuadetur ista opinio, ex alio motu, quia clarum est, q. ex quo Petrus dela Penya compleuit triennium pacifice, episcopus per suam prorogationem, potius videtur obtinuisse licentiam agendi, quam licentiam excludebat regula, os unicuique claudens: q. Papa visitus fuerit, triennium regulare ad quadriennium prorogare. Pater, quia prorogationes episcopi, & dicti Francisci, licet fuerint infra triennium concessae, non tamen Papa uoluit tempus prorogatum currere, nisi a fine triennii: quo casu, non dicitur proprie prorogatio, sed quaedam noua concessio, seu dilatio, vt dicit Bal. Felyn. & alii Moder. in cap. de causis, de officiis leg. Et per istam cōcessionem, nihil aliud inducitur, nisi q. aperitur os episcopo, quod per regulam clausum erat. Vnde si egit, sibi debet prodesse, cum sit priuilegium personalis, non autem dicto Francisco, qui non utendo, per annum, facultate sibi concessa, visitus fuit renunciare suo rescripto, iuxta. c. plerunq. de rescrisp. Nec citatio episcopi potest illi prodesse, quia illa non interrupit triennalem possessionem, qua iam pacifice praecessit, sed dat nouam facultatem agendi. Confirmatur ex iis, quae dicit Alex. in authen. iubemus. in prin. C. de iudi. vbi ex illo tex. notar, q. licet dilatio data vni, posset alteri prodesse, illud est uerum, nisi alter noluerit vi dilatione, renunciando probationibus, & allegationibus suis, quod factum videatur hic, per. d. Franciscum Sapata, qui infra tempus prorogatum nihil agendo, tacite uisus fuit renunciare defensionibus suis.

CT enendo tamen contrariam partem, videlicet, q. regula ista non obstat. d. Francisco, ad predicta motiva responderi potest. Primo, quia licet verum sit, q. interruptio, sive appellatio, facta per unum ex correis, iure speciali, non prodest aliis, in casibus, in quibus de iure cōmuni alias prodesse. Hoc tamen non habet locū, quando illis, quibus prodesse posset, etiam iuuari possunt iure speciali. In notabiliter limitat, & declarat Bal. in. l. unica. in secūda colum. C. si unus ex pluribus appellatio. Et licet contrarium teneat ibi Salycē, nihil allegans, tamen op. Bal. sequitur Benedictus de Perusio in dicto. c. penul. de appell. & ibi hoc etiam tenet idem Bal. pro qua opinione facit optimè tex. allegatus per Bal. in. l. præfes. ff. de mino. Et ista est communis op. vt probat Angel. Aterinus in. l. sicut expressim. q. quotiens. in quarta colum. ff. de appella. Cum igitur in casu præsentis. q. dictus Franciscus Sapata, habeat etiam specialem prorogationem istius regulæ, sicut. d. episcopus: ideo interrupto facta per episcopū, uigore sua prorogationis specialis, proderit. d. Francisco, habenti etiam prorogationem. Et pro ista opinione faciunt ea, quae tradit Pet. de Ancha. in cle. si appellationem. in. f. de appella. vbi dicit in simili, q. si appellans non est prosecutus appellatione suam infra bienniū, ita q. propter eius negligentiā deserta fuit appellatio per lapsū fataliū, si appellatus, qui post dictum tempus, fuit legitime impeditus, potest agere, procedat ad vñteriora corā iudice appellationis, tali casu appellās, qui iam fuit exclusus per lapsū fatalium, poterit admitti ad contradicendum, excipiendum, & prosequendum ius suum, ex persona appellati, allegat. tex. in. l. petenda. C. de tempo. in. integ. iest. & Vbi exclusus a termino admittitur beneficio aduersarii: quod facere ex sua persona non posset, ad idē allega. dictum Innocen. in cap. primo. de confr. utili, vel iniuti, inducendo, vt ibi per eum. Et ista de plano procedūt, quando. d. Franciscus sc̄iuit interruptionem factam per episcopū in ista tempus sua prorogationis: quia tali casu sibi prodest, etiam si nihil ageret infra tempus suum prorogatum: quia visitus est confidere de diligentia, & remedio iuriis procuratio per episcopum. Secus uero, si sciret diligentiam episcopi, post tempus lapsū sua prorogationis: quia tali casu, nō prodeset sibi talis interruptio, per ea, quae dicit Bar. in. l. in cuius expressum. in. iiiii. colum. ff. de appell. sequuntur communiter doct. in dicto. c. penul. de appella. & ibi latius per Angel. de Cast. & in dubio, ignorātia præsumitur, nisi probeatur sc̄ita, uul. g. l. verius. ff. de probat. qualiter aut̄ probeatur ignorantia in alia quæstione dicetur.

Et pro

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CXCVII

CEt pro ista parte facit, quia negari non potest, q. prorogationes concessae. d. episcopo, & Francisco, id faciebat, q. perinde illis suffragabantur, ac si infra triennium adhuc fuissent. Vnde triennium regula, uirtute prorogationis, quoad istos, effectum est quadriennium. Et ideo, qua ratione citatio facta intra triennium, inducit interruptionē possessionis, quo ad omnes pari modo, citatio facta in tempore prorogato, inducit interruptionem, quo ad omnes habētes prorogationem, cum in effectu, illud quadriennium reputetur triennium, ex q. talis prorogatio fuit facta, durante triennio. **N**ec obstat, q. in odio eius terminus prorogatus non est idem cum primo, iuxta dictum Bal. in. d. l. si a te. Quia hoc est uerum, quando prorogatio fit a partibus; secus si a principe, qui posset in totum regula derogare, quo casu terminus prorogatus, non dicitur nouus, per ea, quae dicit Aret. in. l. filius a patre, q. primo, in tertio notabili. ff. de liberis, & posthui, qui dicit, q. actus alteratus per superiorē, sine facto hominis, etiam in odio, non facit nouum hominem. Et hoc manifesta ratione probatur, quia cōstat, per citationem factam in tempore prorogato, quē definire esse pacificum possessorē: Sed interruptio pacificē possessionis est naturalis, & illa prodest omnibus; Ergo proderit dicto Francisco. Et ita per ista mortua, pro & contra, die. xvi. Martii M. D. xxviii. in dicta causa Tolerana, coram eodem, don. in mei coactores se diuferunt, & uota fuerunt paria, quia quatuor tenuerunt primam opinionem, & alii quatuor, secundā. Cum prima tamen opinione inclinabat R. D. Io. Paulus, qui proponebat causam; ita q. fuerunt quinq. pro illa opinione. Sed quia ex stilo, non solē, communiter numerari uota proponentium, neq. etiam ipsi solent consilium, nisi raro, proferre; ideo causa manet in isto puncto dubia, super qua interim erit cogitandum, donec Rota aliter determinetur.

Quæstio Vigesimalis.

VIGESIM O T E R T I O Quero, q. si habēs prorogationē istius regulæ ad annum, cui non competit efficiā ius contra triennalem possessorē, cedat ius suum in alio habēntem melius ius, qui tamen exclusus erat per regulam, virū possit iste resignatarius, etiam subrogatus ad statum, in quo erat cedens, vt beneficio prorogationis cedentis, vt possit agere contra triennalem possessorē, a quo prius fuerat exclusus?

CSOLVITIO. Ista quæstio uentilatur modo, de mense Ianuario M. D. xxix. in Rota, in eadem causa Tolerana Abbatia, de qua in proxima superiori. q. memini, coram eodem R. D. Ioan. Paulo. Nam præsupponitur in facto, q. dicta Abbattia fuerit per triennium pacificē possessa per Petrum de la Penya. Ad quam Abbatiam competebat ius duobus, via delicit, domino episcopo Solis, & cūdā Petro Coque. Sed ius Petri Coque erat melius iure episcopi. Petrus tamen non poterat suo bono iure expiri, propter lapsū triennium possessionis Petri dela Penya, a quo fuerat exclusus. Episcopus uero, licet bonum ius non souaserit, sicut Petrus, poterat tamen agere contra dictum triennalem possessorē, uigore prorogationis, quā obtinuerat ad regulam istam. Modo accidit, q. dictus episcopus cessit omni iuri sibi competenti in Petrum Coque, habentem ius bonum, sed cēdibile exceptio, in istius regulæ. Modo uulnerti prorogatione episcopi, ad effectum agendi, contra possessorē. Dubitatur numquid possit: Pro parte affirmativa, uideatur prima facie dicendum, q. sicut quia ratione episcopū, vii post iure, Petri Coque, si sibi cedereatur, contra triennalem possessorē, uigore sua prorogationis, dato q. Petrus contra possessorē magere non posset, eadem ratione, & Petrus vii poterit facultate agendi, episcopo competenti: q. cum correlatiuorum eadem sit ratio. l. si. ff. de acceptila, cum similibus. Præterim, quia cum Petrus Coque, sit in ius episcopi, & in eo statu, in quo episcopus subrogatus erat: debet in omnibus naturam illius sumere, iuxta utilga. c. ecclēsia. vt sit, pendē, cum similibus. Accedit, quia cum per renunciationem consolidatum sit ius episcopi, cum illo iure Petri, & effectū sit unum ius inuiduum, q. virtus alterius iuris transfundit debet, cum qualitatibus suis, in alium, iuxta tradita per Moder. in. c. i. in quarta colum. de præscript. cum materia, l. si cōmutem. ff. quemadmodum ser. amit. & in. c. per tuas. de arbitr. & c. sacrī. de sepul. facit. l. sti chum. q. aditio. ff. de solut. & l. vranius. ff. de fideiūllo. Bar. in. l. si is qui emptore, in sexta. q. principali. & ibi Moder. colum. lxxix. ff. de vsucap. Ex quo facile fieri, q. illud, quod quis ex persona sua consequi non poterit, ex alterius persona consequatur, iuxta tex. in capitū, auctoritate, de concessio. præben. lib. vi. & l. ii. q. si. de hanc. vel actio. vend. & ea, quae norat

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

late Moder. post Bal. in. l. si quis ex argentiarii. §. i. ff. de æden. Et quia in dubio causa, quæ prodest debet attendi, quando est magis potens, & non illa, quæ nocet, ut tradit Felyn. in capitulo fina. de excep.

Cit ista tamen non obstantibus, contrarium tenet Rota. xv. eiusdem mēsis Ianuarii M.D. xxxix. istis rationibus. Primo, quia prorogatio, est beneficium personale, acquisitum, propter uidentia dicti episcopi. ¶ Ea igitur quæ merito personæ a principe imperantur, in aliū nō transferuntur. l.i. §. si quis autem. ff. de succe. adicto. facit tex. in. §. sedet quod principi, ibi, nam quod ob meritum induxit alii, &c. insti. de iur. natur. ex quo tex. & aliis, superius in xiii. & xx. q. allegatis, limitatur illa vulgaris regula, q. subrogatus, sapiat naturam subrogati, ut, videlicet, non habeat locum, respectu qualitatis adhærentis personæ, ut limitat Alexan. in consilio. c. vii. col. iii. lib. iii. vt dixi in dicta. q.

CSic etiam dicimus, q. prorogatio facta in una persona, non transfertur ad aliam, ut expressè tenent nouissimi in. l. si se subiiciant, in secunda colum. ff. de iudic. argu. l. si ita stipulatus. q. chrysogonus. ff. de verbo. oblig. & l. si cum hermes. C. loca. Et secundum ista iustificatur dictum Bal. in. l. secunda colum. prima. versi. sed pone Papa. C. de adic. a. c. i. Vbi uoluit, q. si papa concessit vni, q. possit emere aliquam rem, quæ alienari non poterat ille non poterit alteri concedere illam facultatem, quia est personalis, & etiam dependet a princeps, & si concesserit, res reuertitur ad primam naturam, ut, videlicet, alienari amplius non possit. factum ea, que Bal. scribit in. l. cum multa. versi. c. i. tis conclude. C. de bonisque lobbies. Ita in proposito videatur dicendum. Nam ista facultas agendi vigore prorogationis, cōcessa fuit a principe episcopo, per prorogationem; cum alias episcopus experiri nō posset, lapsus triennio regulæ. Quod igitur intuitu personæ sua concessum est, in aliud non transire, nisi princeps denuo concedat. Sicut videmus, q. licet hæres cōueniri potest, ubi defunctus poterat. l. hæres absens. ff. de iudi. vbi tamen diuersa qualitas fuit in defuncto, q. in haerede, illa qualitas in hæredem non transire, licet eadem persona repairetur, ut notat Abb. in capitulo. quia gu. colum. ult. de iudi. & ibi communiter docto. vbi dicunt, q. si clericus successerat laico, licet laicus ybique conueniri poterat, non tamen hoc transierat in hæredem electum, ut ibi late per eos.

Quæstio Vigesimaquarta.

VIGESIMO QVARTO Quarto, q. an si resignans, post resignationem perfecitam ex causa permutationis, per triennium pacifice in possessione manserit, exceptio ne istius regulæ, aduersus tertium impenetrantem, utri se possit?

CSOLVITIO. Hac quæstio bis vel ter proposita fuit in Rota, per R. P. D. Petrum Vorrium, episcopum Aquen. in quadā causa Viridunen. canonicius, & præbendar. In qua post varias informationes, domini tandem. xxii. Junii M. D. xxxix. inclinarunt in partē negatiuam, videlicet, resignantei possessorum triennalem tueri s. e. non posse regula ista. Et quamvis domini omnes ita senserint, uoluerint tamen melius deliberare, propter grauitatem quæstionis, quotidie contingentis. Mihil tamen ista opinio multum placet, quæ in principio vita ratione, & auctoritate iuris cōprobari potest. Nam notum est apud omnes, regula istam non ueri meritum detentorem sine titulo saltem colorato. Et in hoc differt a regula de annali, quæ merū intrusum defendit, sine titulo. Sed sic est, q. renuncians, etiam ex causa permutationis, perdit titulum, & possessionem, & manet in mera detentione beneficii, ut dicit decisi. prima. de rerum perm. in. nouis. & .xvi. eodem titu. in antiquis. Ergo licet postea possideat per triennium, manet nudus detentor, & sic non debet defendi regula. ¶ Et q. talis renuncians ex causa permutationis remaneat omnino post renunciationem sine titulo, apparet manifeste, quia si permutatione non haberet effectū, renuncians non posset redire propria auctoritate ad suum beneficium sine noua collatione superioris, quia alias diceretur intrusus, ut ibi dicitur. Et tenent communiter docto. in. c. cum venerabilis. de excep. vbi Moder. attestantur istam esse communem opinionem, quam late defendit Barthol. Soci. in consil. clviii. incip. iii. primis. Et reassumit D. Petrus Andreas olim insignis Rota coauditor in repet. c. i. in. xv. colum. de rerum perm. lib. vi. Et sunt de hoc pene infinitæ decisiones Rota sub titulo de rer. perm. in. nouis. in antiquis, & in antiquioribus. Hinc est, q. si talis renuncians ex causa permutationis etiā vi expoliaretur, non posset age re interdicto

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CXCVIII

re interdicto unde ut, nec condicione ex canone reintegranda, ut dicit decisi secunda. de re. permuta. in nouis. & decisi. viii. eo. titu. in antiquis. Sequitur Nico. Milis in iterbo permutatio. cum aliis concordant. quos idem Petrus Andreas scribit in. d. c. i. in. xvi. cc. l. quæ omnia in ista ratione fundantur, quia ex quo permutans per renunciationem suam perdidit titulum, & possessionem non potuit beneficium sine canonica institutione, & sic sine titulo possidere. ¶ Et propterea expoliatus carens titulo non debet restitu. iuxta communem, & triuialem confuerudinem Rota. fundatam in dicto Innocen. in. c. in literis. de restitu. spol. Et est decisi. Rota. xx. de restitu. spolia. in antiquis. Nam oportet etiam spolia um probare possessionem se habuisse ab illo, qui auctoritatem habet instituendi. vt late probat decisi quinta. eodem titu. in antiquis. Ethac de causa uidemus, q. possidens triennio beneficium prius alteri unitum non iuuatur exceptione istius regulæ, quia caret titulo, quod per unionem extinctum fuerat, & per consequens, neq. possideri poterat, quod iam nō erat in rerum natura, sed erat confusum cum alio beneficio, ut superius in octaua quæstione latius dixi. Ita hic dicendum uideatur.

4 Nec obstat, q. q. expectativa reuocata dat colorem tituli, ad effectum, ut spoliatus posuit restitu. vt sepius tenuit nō tempore Rota, & dicam in alia quæst. ergo pari modo debet dare colorem titulus primus resignantis, licet ille fuerit per renunciationem extictus. Quia respondet, q. termini sunt disparens. Nam q. expectativa reuocata dei coloratum titulum est in odium spoliatiū, cōtra quos omnia iura clamant, & multa specialia in eorum odio sunt inducta, econtra leges omnes opprescis subuenient. c. cum vniuersorum. de rerum permuta. & hac de causa multum spoliatis fauent, quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo regula ista est odiosa, & aliquando exclusiva boni, seu melioris iuris ipsius. imperant. Ex ideo odia restringi debent in casu suo, & fauores ampliari, ut dicit regula iuris in cap. odia. Vel secundum potest responderi, q. ideo in casu nostro titulus primus beneficii resignati non est sufficiens, quia illo se uoluntarie, & sponte priuauit resignans, quod cessat in expectativa reuocata, quæ multo tens ignorantibus, expectatibus, & iniuitis reuocantur, sicut in simili via demus, q. licet nuda detentio defendat detentorem, quoad regulam de annali, vbi tamen quis uoluntarie a principio consensu priuationi beneficii, puta ob non solutionem penitus, regula illa non tuetur illum detentorem, ut ibi dixi, quia uolenti, & a principio consensienti non fit iniuria.

¶ Nec obstat, q. per lapsus triennii præsumitur retrocessio, vt alias dicitur in alleg. Lapi lxxxix. quia responderetur hoc non esse verum, nisi in successore, non autem in ipso resignante, qui non potest allegare retrocessionem, ex quo est certus de facto suo, & debet eam producere, quæ ratio non militat in successore allegante retrocessionem sui prædecessoris possessoris triennalis, & ita loquitur, & intelligitur per Rotā allegatio Lapi.

¶ Et præsupposito, q. lapsus triennii in ipso resignante præsumeret retrocessione adhuc illa præsumptio non induceret titulum sufficiētem ad regulam duplice ratione. Prima quia regula requirit, q. quis possideat beneficium pacifice per triennium cum titulo saltem colorato, ita q. titulus debet præcedere possessionem triennalem, vt quis dicatur per triennium cum titulo colorato possidisse, quia alias solim, & nudum triennium non producit titulum, quoad hoc igitur, ut regula ista possessorum iuverit, requiritur q. titulus possessionem præcedat tanq. fundamentum, non autem q. sequatur, quia tali modo possessio præcedens sine titulo continuata tanquam mera detentio possidentem non iuuaret ad effectum istius regulæ, requiritur igitur, q. titulus præcedat tanq. necessarium antecedens, vt cum eo possesso triennalis continuetur, alias sequeretur inconueniens, quod idem triennium induceret duo specialia, videlicet, productionem tituli, & exceptionem regulæ, quod regulariter prohibetur, iuxta uulg. l. c. de do. promiss. & est contra longuam Rota interpretationem cum uerbis regulæ concordantem. ¶ Et licet Rota teneat sufficere ad effectum istius regulæ titulus præsumptus intelligitur de titulo resultante ex possessione præambula. x. anno. Nam si aliquis sine aliquo titulo uisibili possideret beneficium per decē annos acquirit præsumptum titulum, iuxta not. in. c. illud. de prescrip. tradit Per. de anchora. in. consil. cxvii. & Lapis alleg. lxxix. cum quo quidem præsumpto titulo si quis postea per triennium possideret pacifice acquirit priuilegium regule, sicut si haberet titulum realem, & visibilem, vt latius dicam inferius in alia. q. vbi erit hoc principaliter tractandū. Pater igitur ex prædictis, q. ista sola possessio triennalis non est habilis ad producēdum titulum habilem ad effectū,

ut acquiratur exceptio istius regulæ.

Nec obstar etiam, q̄ execrabilis, qui habet titulum infectum a iure tueretur ista regula, ut est dictum superioris, q. x. quia hoc ideo est, quia execrabilis retinet ex voluntate sua suū pri-
stium titulum, quo nunquam se sponte priuatis sic renunciatis, vnde licet titulus sit nul-
lus retinet adhuc colorem, donec declararet nullus, iuxta dispositionem, c. cūm secundum.
3 de hæc, lib. vi. t̄ Hinc est, q̄ execrabilis non debet interim possessione sua priuatis, quia be-
ne possidet, vt pater in cap. licet episcopus, de præben. lib. vi. Vbi tamen per sententiam de-
claratus esset, tunc quia execrabilitas transiret in notoriū, & tunc de mera illius occupatio-
ne appareret, tali casu execrabilis non tueretur ista regula. Et idem quando execrabilis renun-
ciaret, & post renunciationem maneret in possessione, quia ista regula eum non iuuaret, vt
dictum est in dicta questione decima, tunc enim termini essent pares, ybi tamen prædicta
cessante procedit decisio facta in dicta, q. x. Ex quibus omnibus habes clare dilucidatam
hanc questionem.

Sed circa præmissa considerandum est, quia prædictis obstat decisio, i. de renun. in no. vbi
probatur, q̄ renunciata manens in detractione si expofetur debet restituiri, ergo manifeſte
apparet, q̄ retinet titulum coloratum, quia si dictum titulum nō haberet non restituere, rur-
quia secundum titulum Rota, fundatum in dicto Innocen. in. c. in literis, de resti. spolia. &
in pluribus aliis decisionibus nemo spoliatus in beneficib⁹ sine titulo colorato restituui-
tur, si igitur restitutio tali detentori etiam nonnullum annal⁹ conceditur, a fortiori triennas
li tributu debet.

Et detenta prima opinio limitatur illam procedere quando possessor triennalis alium
titulum non haberet, q̄ illum quem renunciavit, Secus uero si deinde post annum per resigna-
tum in favorem cuius cesserat in eundem resignantem realiter, & cum effectu retrocessio
facta fuisset: Nam si cum dicto retrocessione titulo possessionem triennalem continu-
asser, & complexisset, dato etiam, q̄ in dicta retrocessione de fructibus in antea male perce-
ptis mentione non fecisset, nihilominus talis possessor exceptione regulæ iuuaretur: t̄ Nā
retrocessio non faciens mentionem de fructibus male perceptis sit nulla, & talis impetrans
videatur reddi inhabilis, quoad illud beneficium obtinendum, iuxta late tradita per Felyn.
in. c. postulaſti. in penul. & fi. col. & in. c. in nostra. in secundo coroll. de rescrip. nihil omni-
nus talis inhabilitas, donec sit per sententiam detecta, & declarata non præstat impedimen-
tum, quoad istam regulam, sicut de execribili, & nō promoto superiori in. x. q. diximus: Nā
etiam illi capiunt fructus, & reddituntur inhabiles ad beneficia, vt patet in extra.
execribili. & tamē defenduntur exceptione istius regulæ, ybi latissime dictum fuit, quia
regula ista duos eūtū casus inhabilitatis excipit, ergo in aliis remanebit firma, præfertim
quia in casu nostro titulus retrocessione est coloratus, quia est datus ab illo, qui dare pos-
tit, iuxta uulgatas doctrinas docto. in. c. cum nostris, de concess. præb. Et ita hodie. vii. Ja-
uerii M. D. xl. conclusum fuit in Rota, in ista eadem Virgineñ. canoniciatus, coram Re-
ueren. D. Ioan. Paulo,

Quæſtio Vigesimaquinta.

VIGESIMO QUINTO Quæſto, t̄ an exceptio istius regulæ, quæ competet
bat possessori posuit opponi per cumdem post amissam possessionem per tres sen-
tentias cum executorialibus in iudicio restitutionis in integrum cum clausula conſtitu. de
bono iure!

SOLOVTIO. Hodie. xv. Iunii M. D. xxxvii, proposuit hoc dubium R. D. Joannes
Mohedano in una cauſa Leodien. Præpositura, & maior pars inclinabat, quod non, ex eo,
quia prout alias fuerat conclusum per Dominos in una Caurien. portionis, quam de anno
M. D. xix. proposuit. d. Guliel. Cassiodorus, ut ipse idem meminit in suis collecta. Regu-
la ista est personalis, adeo, q̄ inhaeret tantum ossibus possessorum, nec eius priuilegiū al-
teri, q̄ possessori conceditur, vt indicant uerba regula, ibi, necnon interpretationes qualis
bet de beneficiis sic posseditis, & iterum ibi, pacifice possederint. Igitur alii q̄ possessores de
ea opponere non possunt, quia qualitas adiecta uerbo, deberet esse tempore verbis, l. ex fa-
cto, cum uulg. ff. de uulg. & pupill. &. l. titius, vbi Bar. ff. de testa. mili. t̄. Beneficium enir-
datum personæ, non egreditur personam. l. quia tale. ff. solu. matr. c. priuilegium, de regu-
lur. libro. vi. & q̄ ius excipiendi personale personam non transgrediatur, est doctrina Bar.
in. l. si

in. l. si terrius. §. si prius. colum. fina. ff. de aqua pluia. arcē. Et ita etiam adnotauit R. P. D.
Iaco. Simoncta tunc Auditor, & postea Cardinalis bene meritus, in quibusdam suis me-
morialibus Rota. Et ista a fortiori militari in casu nostro, quia est quid imputandum, isti
reomodo restitutionem imperanti quare tempore primæ sententiæ quando ipse posside-
bat non opposuit exceptionem regulæ, x quo igitur postea possessionem amisi sibi ini-
punct, neq̄ obstat, q̄ illud ius exceptionis amissum videtur reintegrari beneficio restitutio-
nis in integrū, quia dicebatur non esse verum, sed solum restitutus ad limen iustitiae, ut au-
diatur, conſtitu. de bono iure, & illud ius de quo docere debet, intelligitur de iure, quod vi-
tis, & existit de præſenti, quod in prima instantia non fuerat consideratum, nec deductum,
non autem de iure amissiō in actis deducto, quod evanuit, & nullum est, quia illud nō resti-
tutur, propter rationē tex. in. c. q̄ quis. de rescrip. lib. vi. **C**redere tamē, falua regula de nō
tollendo iure quaſito, q̄ si papa restitueret etiam ad ius amissum, q̄ licet illud ius cōpetēs vi-
gore istius regulæ sit quedā exceptio, tamen in eo verificatur illa clausula cōſtitu. de bono
iure, t̄ quia ius cōpetens per exceptionē dicitur bonum, ut declarat And. ſicut. in. c. Joannes.
in. xii. col. de tcſta. & Decius in confi. cil. in. i. col. vt dixi in. §. omniū. insti. de actio. vide ta-
men, quod superioris. q. xi. & xiii. dixi.

Quæſtio Vigesimasexta.

VIGESIMO SEXTO Quæſto, t̄ quia ista regula requirit titulum, ut patet ex il-
lis verbis, ex apostolica, uel ordinaria collatione, &c. an intelligatur de uero, & ualido,
an vero sufficiat titulus coloratus, uel præsumptus?

SOLOVTIO. Prima facie ex verbis regulæ potius colligitur, q̄ hic verus, & validus
titulus requiritur, q̄ uel coloratus, uel præsumptus. Quia uerba regule in dubio debet in-
telligi vere, & proprie, nō aut̄ ficte, hoc dicit Bar. in. l. i. §. hoc interdictū. ff. de fonte, vbi in-
terdictū de fonte in dubio intelligitur de uero, & naturali, non aut̄ de ficto, ex quo ibi Bar.
inferr. q̄ statutū prohibēs mulieribus portare perlas, q̄ intelligat de veris, nō de fictis. Sic
& ex dictū de arboribus cōcidēdīs intelligitur de uerti, & uiuis, nō aut̄ de fiscis, & mortuis,
L. iii. ff. de arb. fur. cel. quibus accedit, quod Moder. tradunt in authen. sed nouo iure. C. de
seru. fug. de illo, cui propter maleficium debet abscedi manus: Nam debet intelligi de ver-
a non autem de arida, quia arida manus, nō est manus, sicut homo mortuus nō est homo,
sed cadaver: & plura his similia docto, communiter scribunt in. l. iii. §. condemuatum. ff.
de re iud. quæ consulto omitto.

Quibus non obstantibus contraria op̄i, est verior de iure, & stilo. Et in primis, q̄ regulæ
non requirat omnino titulum verū, & ualidum, sed titulum coloratum, uel præsumptum, apparet
ex decreto concilii Basilicen, a quo secundum communē op̄i, habuit originē ista regula, in
quo concilio expresse dicitur, q̄ sufficit, q̄ possessor triennalis habeat titulum coloratum.

Ergo regula ista indistincte loquens debet capere interpretationē a matrice, & a fonte. l.
in testamento. ff. de con. & dem. & in authē. si quis in aliquo. C. de æden. cū ibi nota. Bal.
in. l. ff. C. de fi. inſt. & Bar. in. l. si librarius. ff. de reg. iur. Et hoc in ratione fundatur, quia si
possessor triennalis haberet omnino titulum bonū, & validum nihil ubi prodefet priuilegiū
istius regulæ, cum per titulum suū validum, & verum consultum sibi fuisset contra omnes
sibi literis invenientes, vt igitur triennalis possesso locum habeat, & aliquis operetur, est di-
cendum regulā contentari de solo titulo colorato, qui licet ex alio capite, q̄ ex defectu pote-
statis cōferentis sit inuaididus, illa infirmitas sanatur, & adiuuat per triennalem possessionē,
qua sufficit ad producendum exceptionem, & defendendum triennalem possessorum du-
rante eius vita postea capere beneficium, qui meliorē, & ualidiorem titulum habebit, suffi-
ciet enim, q̄ interim possessor cum titulo colorato non possit molestari, & ita seruat quoti-
die Rota sine aliqua dubitatione. Quis aut̄ sit titulus coloratus inferioris dicemus in aliis
quæſt. Sed quod dictum est de titulo colorato idem uoluit Rota habere locum in præsum-
pto, ut est in illo, qui possedit beneficium per decem annos: t̄ Nam licet nullum habeat ti-
tulum, ius tamen per lapsum. x. annorum præsumit titulum, ut patet in. l. si filius. C. de pe-
hæ. & in. c. peruenit, de empt. & ven. Et not. Pet. de Anchā. confilio. cxv. i. tradunt onines
in capitu. illud. de præsumpt. cum similibus. de quibus per Moder. in tra. ta. ele. tio. quæſt.
xv. & alios Moder. in tract. præscrip. in prima parte, tertia partis, quæſt. x. post Alexand.

COMEN.R.P.D.LUDOVICI GOMES.

in consil. ix. lib. iii. & Decium consil. clii. & consil. xxxvi. colum. iii. cum sexcentis concord. quæ Alex. & ali coegerunt in. l. prima. C. qui admittit. & in. l. si certis annis. C. de pact. Et iste titulus presumptus sufficit ad effectu istius regulæ. Ut iudicavit Rota in una Bononiæ coram D. Paulo Capisucco de mense Martio M. D. xix. vt refert Do. Guliel. hic.
CSed aduentendum est. q. d. Gulielm. hic non declarat. an solum decennium. quod inducit titulum presumptum. inducat etiam præiugium regulæ. quod videbatur dicendum. ex eo. quia sub decennio triennium quoque cōtinetur. sicut in maiori summa inest minor. Itaq; decennio possidens beneficium sine titulo possit defendi regula ex titulo presumpto resultanti ex illa decennali possessione. Tamen contrarium est verum. quia solum decen-
4 nium non operatur. & titulum. & præiugium regulæ. t ne concurrent duo specialia circa idem. contra. l. primæ. cum vul. C. de dotis promi. & quia regula ista requirit titulum præambulum. qui creari non potest. nisi finito decennio. quo habito. intrat dubium decisionis. videlicet. an ille titulus presumptus sufficiat ad triennalem regulam. & vt dixi. Rota concluit. q. sic. ita q. i post possessionem decennalem. idest. post asecutum titulum presumptum. aliquis postea cum illo titulo presumpto per alios tres annos pacifice possideat. procul dubio regula ista defendetur. quia ille titulus presumptus æquipollit. vero titulo. uel. saltem colorato. præfertim ad exceptionem producendam. prout hic. negi miru. q. in hoc ista regula extendatur. quia cum sit inducta in favorem reorum possessorum late debuit interpretari. arg. Larrianus. if. de actio. & oblig. c. odia. de reg. iur. lib. vi. alias rationes scribit. d. Guis. Ielminus in dicto loco. quas non transcribo cum eius recollectæ iam habeantur in formis. vbi videri potest.
CAduerendum tamen est ad vnum aliud. pro intelligentia materiae. uidelicet. quia videtur dicendum. ad presumendum titulum presumptum. sufficere triennalem possessionem. Nam illud quod olim decennalis possessio inducebat. vt. videlicet. possessor non posset molestari. inducit hodie regula ista. quæ attenta breui hominum vita. idem operari debet. sicut de alleg. Lapi. lxxxix. quæ de decenio loquitur. uidem hodie seruari. quia Rota. propter eadem rationem. ad trienniū reduxit. vt Do. Gulielmū in quadam decisione refert.
5 **F**Nec miru. quia trienniū dicitur longum tempus. vt probat tex. in. c. pleriq. & ibi Andr. Sicut. nu. 5. de descrip. Hinc est. q. glo. in. l. vñræ. C. de vñrī. illa uerba sacra Scriptura. per tempus. & tempora. exponit pro trienio. Et quod triennium sit longum tempus. tener Felyn. in cap. licet heli. de simo. Ergo idem operari debet triennium. quoad producendum titulum presumptum. quod operatur decennium. vt etiā tener expresso Fran. de Ria pa in repe. cap. sape. de restitu. lpoliato. in secunda colum. versicu. octauum commodum. & Glosator hic in. v. col. latius conatur hoc probare. Et hoc videtur sentire Jo. de ana. in dicto. c. licet heli. de simo. in quantum uult. q. sicut possidens per decem annos. saltē debet per iuramentum probare titulum presumptum. ita & possidens per triennium. Ex quo datur intelligi. q. ex triennio presumitur etiam titulus. Ex hoc etiam uidetur sentire Imo. in cap. secundo. de in integr. resti. vbi vult. q. ex possessione non momentanea. presumatur titulus. Et hoc ulterius suadetur. t quia ratio quare decennium inducit titulum presumptum. est tolerantia ordinarii. vt dicit Pet. de anchara. in consil. cxvii. Sed ista ratio militat in triennio. Ergo illud etiam presumptum titulum inducere debet. pro quo facit tex. in. c. primo. q. si quis de manso. si de feu. inuesti. contro. fue.
CSed breueriter predicti non obstantibus. contrarium tenendum est. videlicet. q. ex possessione triennali. sicut ex decenniali. presumptus titulus non inducatur. Et ideo proclaro intellectu predictorum. considerandum est: quia. vt saepe diximus. & hoc clarissimum est. quod regula ista omnino aliquem titulum requirit. vt patet in ea ibi. ex apostolica. uel ordinaria collatione. & cetera. ita quod sola. & nuda possessio. sine aliquo titulo præambulo. saltē colorato. non sufficeret. vt patet in ea. Et ille titulus ante inceptum triennium requiritur. & licet titulus bonus non fuerit. nihil interest. dummodo ab eo das tus fuerit. qui bonum titulum dare potuit. Nam regula ista requirit. non solum habilitatem personæ recipientis titulum. vt quia non sit mere laicus. vel iudax. aut foemina simplex. sed etiam ex parte personæ conferentis titulum. habilitatem requirit. Licet igitur titulus. quacunque alia ratione. finalius fuerit. dummodo emanauerit ab eo. qui dare potuit. sufficit ad regulam istam. vt inferius in alia questione dicemus. Vbi ergo vna cum possessione triennali. dictus titulus non concurrit. possessor censetur intrusus. & regula

R.E.DE TRIENNALI POSSESSORE. CC

regula talēm possessorem non defendit. Et in hoc ista regula differt a regula de annali. quæ talēm intrusum sine aliquo titulo iuuat. & ideo illa regula sola detentio contenta est. sed cundum interpretationem Rote. vt ibi dixi. t Concludo ergo. q. ex sola possessione triennali titulus presumptus nasci non potest. cum ius non affistat. affistit tamen possessione triennali. ex qua uoluit titulum presumptum oriri. ut in dictis iuribus superius allegatis. & rationem ponit Decius in consil. cxxi. in secunda colum. post Bal. in. l. sue possidetis. in. l. opposi. C. de proba. Qui quidem titulus est aptus. secura possessione triennali. ad producendum exceptionem istius regulæ.
CSed considera vñterius. q. ratio illa cōis. quæ datur ad producendum titulum presumptum. ex possessione decem annorum. de qua per Petrum de Anchara. in dicto consilio. cxvii. quæ fundatur in visitatione episcopi. & presumptione resultante ex. c. ordinarii. de officio. ordi. libro sexto. non videtur generalis. Nam ex ea sequitur a contrario sensu. q. episcopo non uisitante. forte propter aliquid legitimum impedimentum. vel belli. vel captiuitatis. vel etiam ex negligencia sua. q. talis possessio decennalis non induceret presumptum titulum. quod est contra predicta iura generaliter loquentia. **P**raterea. si illa ratio esset vera. militaret etiam in possessione triennali. propter tolerantiam episcopi uisitantis. qui præsumiunt vidisse subditorum titulos. vt in dicto capitulo ordinarii. & tamen contrarium dicitur docto. in dicta possessione triennali.
CEt ideo pro resolutione istius questionis considerandi sunt plures casus. Primus est in profanis. t & in istis sola decennalis possessio cū patientia alterius presumit titulum. Ita procedit tex. in dicto. l. si filius. cum aliis allegatis cum suis limitationibus. & ampliationibus. quas late ponunt. lal. & Moder. repetentes in. l. prima. C. qui admit. & Moder. in dicto tracta. prescrīp. cum similibus.
6 **F**Secundus casus est in beneficialibus. & in istis secundum communes conclusiones requiruntur plura. quoad hoc. vt decennalis possessio inducit titulum. primo requiritur patientia superiorum. Et quod illi soliti fuissent beneficiarios sibi subditos visitare. vt tenentur. Tertio q. possessor iustificetur possessionem saltē per iuramentum. Istam conclusionem. quæ fuit Petri de Anchara. in capit. primo. de regulis iur. libro sexto. sequitur Felyn. in dicto cap. illud. in quarta colum. & in dicto. c. sicut. in. xvi. colum. & latius in. d. c. licet. in. l. iii. & v. col. de simo. vbi ponit quinq. cōclusiones. cum limitationibus suis. Et isto casu tantum operatur ista decennalis possessio ad repellendum adulteriarum. sicut regula ista ex titulo colorato. Merito Domini uoluerunt. q. talis possessio induceret titulum presumptum. delarando. vt supra.
CTertius est casus quando quis non possedit. nisi per triennium. & tali casu requiritur. q. possessor probet titulum bonū. uel colorati. alias ex. sola possessione triennali non elicetur aliquis titulus presumptus. quia ius non affistit. imo regula ista resistit. quæ requirit titulum.
7 **F**Est tamē differentia in hoc. quia in possessione triennali cum titulo non requiritur iuramentum. sicut in decennali. prout uolebat Ioan. de Ana. Ratio est. quia vbi est titulus non requiritur alia fides. vel probatio eius. quia possessio triennalis cum illo titulo sufficit ad excludendum agentem sine alio iuramento. & ita seruat Rota. Sed in decennali possessor. ex quo non est titulus. sed presumptio tituli. nascens ex tempore. requiritur saltē iuramentum. quando perit ut visitante. quod iusta ratione recusat. & sine suspicione non posset. ut bene in hoc aduerit Felyn. in dicto capitulo. licet.
CAlia enim est differentia inter possessorem triennalem. & decennalem ratione. istius regula. quia contra decennalem potest probari contrarium. videlicet. quod nullum titulum habet. vt notant omnes præfati docto. in dictis locis rationem ponentes. de qua per eos. Item potest probari de anteriori titulo ante decennium competens. In triennali vero idem est dicendum in puncto iuris. vt Abb. & alii tradunt in. d. cap. licet. t Sed secundum statum hodiernum Rote. contra triennalem non admittitur probatio anterioris tituli in contrarium. quia semper presumuntur remedia per quæ triennalis possessio defendatur. ut in causa Conchœn. Præstimoniorum coram me. & deinde coram R. Domi. Marco Antonio fuit iudicatum. & in aliis pluribus causis. ponderando verba nequeant molestari. quæ inducunt perpetuum silentium. vt inferius in alia. q. dicitur. Est bene uerum. q. si in aliquo loco registrarentur tituli forte posset probari contrarium per ostensionem librorum. vt dicit Felynus in dicto cap. illud. &. c. sicut. in. xvi. colum. & vt in similicidit Bal. in. l. ii. C. de errore

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

re aduocati de probatione sententiae quando non reperitur in libro ubi scribi solent, & tradunt Paul. de Cast. & Moder. in l. in illa, ff. de verbo. obligatio. Jason in l. f. §. licentia. C. de iure deli. & Felyn. in c. i. de fide instrumen. cum concor. de quibus per Moder. repe. in authen. habita. C. ne filius pro patre. Sed tempore meo nō quam vidi probari contrarium, Imo, q fortius est, licet secundum communem opinionem regula ista non defendat possessorem, nisi tantum in possessorio, quia non dat titulum, vt dicit Glosator hic, & Felyn. in dicto capit. scit. Tamen ex usu videmus, hodie possessores triennales defenduntur in vitroque, q. quia nullus contra triennalem audiretur in petitorio circa validitatem tituli.

¶ 12 Nam sicut libri registrorum ostenderentur, in quibus tituli registrari solent, nihilominus semper presumere titulus aliis per quem triennalis defendenter. Sed hoc non pono, pro constanti, licet quoad allega. Lapi. lxxix. de titulo prædecessoris soleat hoc teneri, vt sepe vidi, præsertim in dicta causa Concheñ. & in pluribus aliis. Et nouissime in una nullius abbatæ coram R. D. Joan. Paulo de hoc mense Decemb. M. D. xxix. Tuitius igitur est quod exceptionem istius regulæ, qd iustificetur titulus, quo iustificato possumus hodie intrepide tenere regulam istam possessores in petitorio, & possessorio tueri, nisi in spacio, vt supra diximus in undecima quæstione. & quod dictum est de petitorio posset restrixiad facultatem agendi ipsius triennalis, & nō alterius, & ita possunt predicta concordari.

¶ 13 **C**Redeundo igitur ad principalem quæstionem. Stat ex præmissis conclusio, qd regula ista non solum possessori cum titulo colorato, sed etiam cum præsumpto tribuit exceptionem. **E**t tamen super hoc ulterius adiudicendum, qd iste præsumptus titulus, ita denum defendit possessorum quando allegatur in specie, ut quia dico me habuisse beneficium ex collatione ordinarii, & possedi per decem annos: Nam tali casu illa allegatio tituli in specie, propter cursum longi temporis facit præsumere illum titulum interuenisse præsumptione juris, licet in iureitate non interuenerit. Nec teneo illum aliter iustificare, si cut diximus in allega. Lapi. Et in hoc fortior est illa decennalis possesso solo sine titulo, quam triennalis cum titulo colorato, quia contra illam non potest concludi de alio titulo, cum semper potest ad defendantum possessorum argui alias, & alias titulus præsumptus, & sic titulus inuisibilis, qui reprobari non posset, ex ostensione aliquorū librorum. Non sic in possessione triennali, quæ requirit certitudinem aliquius tituli viabilis, & palpabilis, quo mediante possideat, & ille titulus potest conuinci fallitus per ostensionem librorum registri, ut dicebat Fely. & docto. in locis superioris allegatis. & ideo triennalis possessor quando conuenit, oportet, q realiter producat in actis titulum quem allegat, siue bonum, siue coloratum. Alias si non produceret, regula ista non tueretur possessorum: quia extra illum titulum, sola triennalis, & nuda possesso, non inducit aliquod administrativum defensionis, nisi iuncta cum titulo, nisi, vt dixi, esset possesso decennalis, quæ præsumptio tituli inducit, & coniuncta cum possessione triennali, operatur exceptionem regulæ.

¶ 14 Itaq quoad hoc, vt nullum habes titulum uerum, adiuvetur præsumpto, ad effectum istius regulæ, requiritur q possideat per tredecim annos pacifice, decē primi, ad producendum predictum titulum præsumptum: tres alii ad acquirendum exceptionem istius regulæ. **E**t talis possesso triennalis, iuncta cum possessione decennali praemambula, dat spiritu vite, illi possessioni decennali, vt aliquid operetur: quæ sola non esset apta producere titulum aliquem, de per se, vt dicit Bar. in l. c. ii. de rem verso. ff. de vscap. sequitur Fely. in c. cū Beroldus. in. xii. & sequenti col. de te iudica, & notabiliter probat Alex. in consil. cxxiii. super primo. in prima, & secunda colum. libro quarto.

CEt ultra hoc requiritur vnu aliud, q quando in iudicio, per tale possessorē tredecim annos, excipitur de ista regula: q prober se per decenniu, ante trienniu, ab ista regula requiri, se possidisse, alias non sufficeret. Deinde facta probatione dicti temporis, q allegetur titulus: sicut dicimus de notorio, q solū de per se, nō reluat ab onere probandi, nisi allegatur, ex qua allegatione facile iudei instrui potest de notorio iā manifesto, vt in cle. appellanti. de appell. Sic est in decennali possessione, quæ in primis requirit probationē: deinde requiritur, q ex ea allegetur in iudicio titulus, quæ possessor non cogitur aliter probare, nec visibiliter ostendere, quia ex possessione decem annorum probata, resultat, & præsumitur titulus, qui cum possessione triennali pacifica postea sequenti, in iudicio probata, defender possessorem, & in ista possessione tota illa allegatio Lapi fundatur.

¶ 15 **C**Est igitur, vt breuiter concludamus, ista differentia, inter titulum præsumptum, resulans

RE. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCI

rans ex dicta possessione, x. annorum, & coloratum titulum; ab ista regula requisitum: vi delicer, q possessori decennali, post probatum suam possessionem, sufficit titulum, quem maluerit, solum allegare, & in iudicio deducere: quia non cogitur illum aliter probare, quia præsumitur, & propterea præsumptus dicitur. Sed triennali possessori non sufficit sola allegatio tituli colorati, sed requiritur eius probatio, & productio. Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalem non iuuat, nisi in possessorio tantum, & non in petitorio, vt tradit Abb. in c. contingit, de dolo, & contu. Et ideo, si triennalis possessor ageret ad canoni zādum titulum, fauor istius regulæ illum nō iuuaret, quæ solū possessores reos defendit ex cipientes, non agentes. **¶ 16** Nam ad effectum canonizationis tituli, requiritur titulus verus, non coloratus, & q ille bene iustificetur, vt not. Imo. & alli in cap. ex insinuatione, per illum tex. de procurato. & in c. primo. dc confirm. vti. & tex. in l. matrem. C. de probat. Et quando titulus uerus est, & iustificatus, non indiget actor priuilegio istius regulæ, quia titulus sius bonus illi priuilegium pariter, & victoriani tribuit: & hoc casu cessant rationes finales regulæ.

COltremore, ne aliquid remaneat intactū, predictis obstat vnu, v. q vide frustatorū tractare de titulo præsumpto ad effectum istius regulæ: ex eo, ga sine auxilio istius regulæ, sola possesso decennalis sufficit ad tuendū possessorē cu titulo suo præsumpto, vt tradit Pet. de ancha. cōsi. cxvii. cū uulg. Respōdet, q licet sola decennalis possesso defendere possessorē possit: nunq tamē multiplicatio fauoris, ac priuilegii circa idem, potest dici frustatoriatimo illa reittere, siue germinatio, operatur plures effectus, quos solēnt statuta cōtinentia idem quod ius cōmune, producere. De quibus per Alex. & alios in l. i. ff. ad leg. falci. & in. c. i. de cōst. lib. vi. vbi latissime dixi, super glo. in uer. facti. Quanto magis, q celsante priuilegio istius regulæ, decennalis possesso, nunq actori imponit silentiū, vt facit ista regula. Et ideo actor cōtra decennalē, de meliori, anteriori, & ualidiori, titulo contrēderet, & admittetur ad probationes suas. Quid regula ista, fauore possessorū, prohibet, silentiū imponēs, & impetrations qualibet suspedens, ac lites antiquas, super hoc moras, extingueas, ac infinitas alias utilitates inducens, quæ a iure decennali possessori nō tributūtur, ut clarius ex discursu istius apparatus apparebit.

Quæstio Vigesima septima.

VIGESIMO PTIMO Quero, q quia dictum fuit, q regula ista requirit saltem coloratum titulum, quis datur coloratus titulus?

SOLVTO. Abb. post Cal. Anto. & Imol. in c. cū nostris. col. fi. de concess. præb. ponit duas regulas, ad cognoscendum titulum coloratum. Prima est, quia ybicung defecetus non est in conferente, nec inducitur priuatio a iure, vel ab homine, talis possesso est colorata, vt est ibi tex. Secunda regula est, ybicung conferens non habet potestatem conferendi, utpote laicus, vel alienus episcopus, qui conferendo faciunt contra ius, vt in. c. illud. de iurepat. & in. c. illa, ybi not. d. Anto. ne se. uac. Tali casu, titulus datus ab istis, non est coloratus: quia titulus datus ab eo, qui non habet potestatem alienandi, habeat prōnō titulo, & sic non est coloratus. I. Sulpicius. ff. de dona. int. vir. & vxo. sicut etiam, & illorū, qui sunt ipso iure priuati a iure, vel ab homine, vt in. c. licet episcopus. & ibi Gemi. de p̄bē. li. vi. ita cōcludit ibi Abb. licet corrupte, qui cōmunitet approbat. Et istius secundæ regula ratione ponit idem Abb. in capit. secundo, in tertio notabili, de restitu. in integ.

¶ 2 **C**Quia ille, qui habet a laico, vel ab eo, qui non habet conferendi facultatem, diciunt intrus, & intrusus non debet habere coloratum titulum, ut late prosequitur Fely. in c. in nostra. in ii. & xxxvi. correl. de rescrip. & sequuntur latius. Moder. in tract. beneficii. in. iii. parte. q. xi. Et per consequens, tales non defendantur ab ista regula.

CTamen aduertendum est diligenter, circa intellectum istius regule: quia non omnis, qui non habet titulum coloratum, excluditur a priuilegio istius regule. **¶ 3** Nam duplicitē potest considerari coloratus titulus. Primo modo, quoad effectum istius regulæ, Secundo modo, quoad effectus iuris cōmuni. Quoad effectum istius regulæ, pone istam conclusionē pro firmaz: p omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui non excluditur in regula. Iraue soli illi discolorati tituli habentur dicuntur, qui in regula ista excipiuntur. Et licet quoad effectus iuris communis, multi censeantur non habere titulum coloratum, & per conse quens excludantur a beneficio iuris communis, nō tamen excluduntur ab auxilio istius re-

gulae; quæ cum tantum duos casus excipiatur, firmat regulam in non exceptuatis, ut superiorius in multis casibus vñsum fuit, & inferius in pluribus aliis quæst. dicitur. Dicta igitur Abba. & aliorum, in dicto capitulo cum in nostris. & in aliis locis, in quantum uolunt, illum non habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui de iure cõmuni est inhabilis, seu incapax, uel priuatus, & ideo dare non potest, procedit quoad effectus iuris communis. Sed quoad effectum regulæ, requiritur q[uod] ille sit inhabilis, secundum prohibitionem regulæ. Ex quibus infertur, q[uod] habens etiam collatione beneficij uacantis in curia ab ordinario, dicitur habere titulum non coloratum, propter decretum cap. ii. de præben. lib. sexto. ap[osto]l. probatum hic in regula. Nam si talis titulus in ista regula non exciperetur, diceretur, quo ad eius exceptionem acquirendam, coloratus. ¶ Sicut dicimus in collatione beneficij litteris, que licet nō sit colorata, quoad effectus iuris cõmuni, propter. c. ii. vt lit. pen. lib. vi. & ea, que dicit Cal. in consil. xiii. de verbo. signi. Et Rota in no. de restitu. spol. decisi. iii. & decisi. iii. eo. titu. in antiquiori, que uoluit huiusmodi titulum habentem, esse intrusum, taliter, q[uod] si spoliaretur, restituui non deberet. Nihilominus quoad istam regulam illud non procederet, ut inferius in alia quæstione dicetur. Prædictæ igitur decisiones de iure cõmuni, locum habebunt, secundum quod plures alii sunt casus, in quibus quis discoloratum titulum habere dicuntur; qui non reputant tales, quoad regulam istam. Ex quibus ultra prædictos, aliquos exempli gratia enarrare sufficiet. ¶ Primum est in eo, qui haberet primum curatum, & recipit secundum: quia dicitur in primo habere titulum non coloratum, propter decretum capitu. de multa, & extrauagan. execrabilis, de quo dixi superiorius quæstio. x. Secundus casus est in eo, qui recipit episcopatum, & dimittit labi tempora de consecrando, iuxta capitu. cum in cunctis de electio, quia talis potest dici intrusus, & non habere titulum coloratum, ut notat Hostien. & Henric. in capitu. nisi. de renuncia. & Ioan. Franc. Paui. in tracta. de offic. & pote, cap. sedē vacan. in uero vacare. ¶ Tertius casus, in collatione facta a vicario generali, quæ non est colorata, cum non habeat potestatem conferendi, capitu. fina. de officio vicarii. in sexto, tener Lapus in capitulo si tibi absenti. de præben. libro. vi. Ethoc nisi fuerit adiuuata aliquo, licet modico adminiculo, vt. videlicet, iuramentum ipsius vicarii, assentient potestatem habuisse, vel dictum vnius testis, vt dicit Egid. decisi. 50. Et ita hodie, xix. Decembris M. D. xxxix. in una Calaguritan. parochialis de Gamiz, coram R. D. Marco Anto. Marscotti Rota tenuit, ybi pro colorato titulo habuit unionem factam per uicarium episcopi, de cuius facultate non constabat, atreuo, q[uod] unus testis de usu depositum vidisse dictum vicarium vñire, & uniones eius habuisse effectum. ¶ Quartus casus est in collatione facta ab ordinario, cui erat ab executori inhibiti, propter decretum literatum, de quo per glo. in capitu. si foli. de concess. præben. libro. vi. quia talis non dicitur habere titulum coloratum, vt tener Gaspar de Perusio in tracta. resseruatio. ¶ Sic etiam, & quinto possesso dicitur discolorata, quando habens titulum ingreditur possessionem beneficij, præter superioris autoritatem, ut notat Inno. in capitulu. bona secundo. de post. præla. & in cap. in literis. de restitu. spoliato. etiam si talis cum titulo, habeat executorialis canonizatorias tituli, ut tenet stilius Rotæ, de quo meminit Felyn. in capitu. ad probandum. in quarta colum. de re iudic. ¶ Nam licet de iure possit quis propria authoritate, cum executori libus capere possessionem, ut uero executori aperire concedunt; tamen stilius Rotæ se habet in contrarium, ut dicit Bellamera in confilio de cimo. in quinto dubio. & referri Ioan. Franci. Ripa doctissimus Moder. in repeti. capitu. sapientia. numero. 6. 9. de restitu. spoliato. & declarat melius Felyn. in dicto cap. ad probandum, ut latius dixi supra in compendio signaturæ. ¶ Et idem dictum fuit in Rota in eo, qui per resignationem causam habuit ab illo, cui beneficium sub conditione resignatum fuerat, si infra sex menses mandatum ad consentendum produceret. Nam uoluit in una Cordubæ, coram Domino Simohette tercia Iulii M. D. XXXI. talem non habere titulum coloratum. Et in summa, omnis ille, qui habet collationem ab eo, qui prohibetur ipso facto a iure, uel ab homine, dicitur non habere titulum coloratum; quia tales sunt intrusus. ¶ Et quod modis possidentes dicantur intrusi, ponit Fely. in capitulo ueniens. de accusa. in secundo notabili. Et reasumunt Moder. in tracta. electio. quæst. xvii. ¶ Et ista omnia, ut dixi, de platio procedunt, loquendo de iure communi. Sed quoad effectus istius regulæ alter est dicendum, videlicet, q[uod] omnis ille dicitur habere coloratum titulum, qui non est exceptus in regula, etiam si haberet collationem ab eo, qui prohibetur conferre a iure,

a iure, uel ab homine, duo igitur casus hic in regula excipiuntur, videlicet, ille qui habet titulum per simoniam, uel de beneficio reseruato, reseruatione in corpore iuris clausa, quia isti duo casus excepti in regula, firmant regulam in contrarium, in casibus non exceptuatis, uulg. l. nam quod liquide. ff. de pe. lega. Et ita iudicauit Rota in quampluribus causis, de quibus in sequentibus quæstionib[us] mentionem faciam.

¶ Et ista quæ dicta fuerunt, q[uod] titulus dicitur coloratus quando emanauit ab eo qui disponet di potestatem habet. Limitantur non habere locum, quando ille titulus datus ab eo, qui potuit dare esse contra formam datam, nam tali casu non dicereur coloratus, ita notabiliter dicit Anto. de But. in. c. literis. in fi. de concess. præben. Per cuius dictum Rota in una Vicetina parochialis de Longares coram me de mense Februario M. D. XL. tenuit, q[uod] Hieronymus de Nigris cui Ambrosius de Oris resignauerat dicta parochialia reseruata p[ro]fessione s[ecundu]m duc. libera & exempta non dicatur habuisse titulum coloratum ad effectum, ut defendi posset hac regula, ex quo procurator dicti Hieronymi a principio non consensit dictæ pensioni cum dicta clausula libera, & exempta: Nam attento, q[uod] in supplicatione dictæ pensionis fuerat apposita dicta clausula libera, & exempta, & papa ita cum illa forma renunciationem admiserat, & Ambrosius iuxta formam dictæ supplicationis consenserat. Si Hieronymus illam formam non seruauit, dato, q[uod] a papa prouisus fuerit, & sic ab illo qui potestatem conferendi habuit, nihilominus Rota iudicauit illum non habuisse titulum coloratum ad effectum, ut cum illo triennio postea possidet ista regula iuuaretur per dictum Anto. de but. ybi. s. Et ita ego iudicauit Ambro. restituenda esse parochiale pp[otest] modū non seruatum non obstatæ ista regula. ¶ Et quia istud dictum de casibus exceptis seruer nobis in multis quæstionibus super hac regula discutiendis, de quibus latissime fiet mentio, properea non amplius insisto.

¶ Quæstio Vigesima octaua.

VIGESIMO OCTAVO Quarto, † an electus a capitulo, & confirmatus ab episcopo excommunicato, & publicato dicitur habere coloratum titulum. ¶ SOLVIT IO. Tempore Iulii II. fuit ventilatum hoc dubium in Rota. Et tamen non habeo quid fuerit dictum, & q[uod] non habuerit titulum coloratum consuluit tunc Octauianus de cessa aduocatus a prime doctus, ut ipse refert lib. viii. informationum suarum. Mouetur per fundamenta illa vulgaria de quibus iam dictum est in precedentibus. q[uod] videlicet, q[uod] ex quo talis episcopus prohibetur a iure propter eius inhabilitatem, ut in. c. quia propter de concess. præben. cum vulg. eius confirmatione non dat colorem possidenti, praefertim, † quia quando defectus causatur ex persona agente, talis defectus non censetur exclusus a regula generaliter loquente, arg. glo. in cle. i. de seq. poss. & fruct. & ea, que not. Bal. in. l. si quis filio. & si quis. ff. de iniust. rup. Et quod voluit. d. Anto. in. c. licet. de electio. vj. q[uod] exceptio detegens inhabilitatem agentis nunquam censetur exclusa, & in hoc genere multū insit dictus aduocatus, ut ibi per eum, quia ex eo, quia eius dicta non multum astringunt, omitto. ¶ Addit etiam, q[uod] regula ista est exorbitans a iure inducens præscriptionem in beneficis, sine bono, & uero titulo, ergo debet strictius interpretari quatenus quis minus datum patiatur, q[uod] fieri actor a bono iure impetracionis sue non excludatur. ¶ Ego etiam pro ista parte addo. d. Anto. in. c. literas. de concess. præb. ubi uult, † q[uod] confirmatio facta ab eo, qui originaliter poterat confirmare, sed est impeditus non præstat colorem possidenti, & sic taliter confirmatus ingerit se administrationi incurrit p[ro]p[ter]a. auaritia. de electio. lib. vi. not. glo. in. c. fi. eo. titulo. Et hoc idem teneri bi. Ioan. de Imo. per ea, quæ habentur in. c. licet. & c. fi. de sup. neg. præla. facit. c. illa. ne sede. vac. Et ratio istorum potest esse, quia habens beneficium a superiori interdicto, uel priuato dicitur intrusus, ut in. c. tanta. de excess. præla. not. doct. in. c. cum sat. de offi. archidiacono. Host. in. c. in literis. de rest. spol. ¶ Tamen prædictis non obstante, veritas se habet in contrarium, videlicet, q[uod] electus, & confirmatus a suspensi, uel excommunicatis, licet de iure communi titulum coloratum non dicatur habere, & per consequens non admittetur adea, quia de iure communi electio, & confirmatio rite, & recte conceduntur. ¶ Tamen quoad effectum istius regulæ omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui originaliter potest conferre, eligere, & confirmare, licet ex accidenti sint impediti. Ratio istius conclusionis est, quia ista regula tā

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

cum excipit duos casus in quibus vult titulum non haberi pro colorato, ut in simoniaco, & in prouiso dē beneficio referatu. Ergo exceptis istis duobus casibus in aliis regula manebit in contrarium firma, uulg. l. nam q̄ liquide. & q̄ ut autem in auth. de non alie. colū prima. Et ita Rota per istam rationem de mense Octobri M.D.xix. in una Monasterio beneficiorum coram d. Bar. de Spina iudicauit, quae uoluti per collationem factam ab ordinario de prima dignitate in collegata, quae per regulam .iii. supra eodem referuata est cum decreto, & quae fuit de antiquioribus reservationibus curia per Joan. xxii. introducatis, ut colligitur ex dictis Fede. de senis in consil. xii. incip. amice carissime, tribuere titulum coloratum ad effectum prerogatiæ istius regulæ. Et ita decisio cum eius ratione adeo est magni momenti, q̄ per eam faces ardentes omnibus communibus op̄i. impunitor, vt ex predictis, & infra dicendis apparet: Nā ex ista decisione primo infertur, q̄ casus. q̄ nostræ non habet dubium. ¶ Infertur etiam, q̄ collatio facta per ordinarium de beneficio litigioso contra. c. ii. ut lit. pen. lib. vi. q̄ haber decreta titulum, & possessionem irritans, trahit titulum coloratum possessori triennali. ¶ Infertur & tertio, q̄ ordinarius conferens beneficium contra inhibitionem executoris, & contra omnia decreta regularum, tribuit titulum coloratum, & secundum hoc decreta illa, & geminatæ prohibitiones concordatorum germanicæ nihil operabuntur. ¶ Infertur, & quarto, q̄ attenta eadem ratione + prouisio facta per ordinarium in mensibus expectantium tribuet titulum coloratum, & econtra acceptatio, & prouisio facta in mensibus ordinariorum tribuet eundem colorem, cum tamē Rota iudicauerit tales prouisiones nihil ualere propter decreta irritantia posita in alternati uis episcoporum, & expectatiuarum, ut refert Fely. in. c. cum ex offici. in pe. & fi. columna. ¶ de prefigr. & d. Pet. And. auditor in tract. leg. li. iii. q. iii. t̄ vbi plus dicit Rota in tempore suo iudicasse non ualere prouisionem legati de latere de beneficiis uacantibus in mensibus ordinarii etiam si postea ordinarius non conferat, per plures rationes, quas ibi adducit, quas breuitatis causa omissit. Et hoc idem tempore Sixti iudicatum fuisse in una Aunctione, p̄t̄ben. sancti Agricolæ refert quidam Ludovicus de Interamne illorum temporum aduocatus in quibusdam suis annotationibus. Quod procedit etiam si papa faciat gratiam in forma capituli mandatum, prout in una Narbonen, p̄t̄ben. coram d. Joan. Franc. tunc auditore fuisse disputando dictum refert Joan. de Narnia quondam eximius, & antiquus aduocatus in quibusdam allegationibus suis. ¶ Infertur & quinto, t̄ q̄ prouisio ordinarii facta de beneficio uacante cuius regresus pertinet ad alium de titulo coloratum non obstante regresus habeat decretu speciale appositum illi certo beneficio, & qualiter procedat postea in alia. q. dicetur. ¶ Alia pene infinita inferri poscent ex conclusione superius facta, quae contra communes iuri regulas evidentia inducta, quibus omnibus respondet, q̄ papa, qui dñs absolutus est beneficiorum, ut in capitulo secundo, de p̄t̄b. lib. vi. & cle. prima. ut lit. pendē. Et not. docto. in. c. q̄t̄ in ecclesiastum, de const. potest in tali materia contra omnes iuriis communis regulas noisiter inducere, & statuere, ut patet exemplo, t̄ quia videmus, q̄ de iure comuni nemo cogi debet ad concordiam, ut in. §. fi. in auth. ut litig. iurant. Et not. Bart. in. l. congruit. ss. de officio p̄t̄b. & tamen hoc nō procedit in papa in materia beneficiali in qua haber plenissimam potestatem, ut dicit Abb. in. c. cū pridem. in ultimo notabilis de p̄t̄. sequitur late Fely. in rubrica de treu. & pace. in. ii. colum. Et eodem modo, nemo potest reuocare concessionem factam, & tamen Papa hoc facere potest, ut in capitulo nouit. & ibi no. Abb. de iudic. Sic etiam p̄t̄scriptio cum mala fide non procedit, & tamen papa potest contrarium statuere, ut patet in. c. i. de p̄t̄scri. p̄t̄ etiā appetit in publiciana, quae cum mala fide cōpetit, de iure canonico, ut dixi in. §. sed iste. insti. de actio. vbi alia exempla scripsi. ¶ Ergo eodem modo papa potest facere in terminis istius regulæ, q̄ omnis titulus in beneficiis suu coloratus, nisi in certis casibus, p̄t̄ut hic, quod factum videtur ex causa legitima, videlicet propter negligentiam non perentis ius suum infra triennium, ne beneficia sub incerto titulo possideantur. Nec mirum, quia etiam de iure communi, in quamplurimi iuri articulis, negligentia gravioribus, ac magis acerbis poenis punitur, q̄ hinc. Ex quibus quedam exempla per viam compendii enarrabo, quae manifestam lucem dabunt omnibus i.ribus, de negligentia loquentibus. Simul etiam alia quædam diligentiae commoda subiectam, ne vigilantes debita laude, ac honore fraudentur.

¶ Incipit

EPILO. CASVVM NEGIGENTIAE. CCIII

¶ Incipit Epilogus per q̄breuis casuum negligentie.

N primis igitur illud grauissimum negligentiae incommodum notum est, t̄q̄ propter negligentiam non perentium res suas mobiles, vsuacio triennalis introducta fuit, quæ non solū aliquem possessione temporali, ut hic, sed et dominum verum, suo iure, ac dominio perpetuo priuat, ipsiusq; iā sero agē tem possessorio, & petitorio excludit, ut in. l. i. ff. de vsuca, tradunt omnes in traditionibus. C. de p̄t̄. ista enim p̄cna negligentie res suas propter predictam causam perpetua exclusionis, imposita, grauissima reputatur, quæfacta comparatione ad illam, quam hic papa negligentibus imponit, ista pro nihil reputabitur. Quia hic possessori triennali, per istam regulam, exceptio duntaxat acquiritur, non ius. Nec illa exceptio est perpetua transīes ad quoscūq; sed morte possessoris extinguitur, & propterea hic imperatrices de beneficiis triennio possessis, non annullantur, sed ad vitam duntaxat possessoris suspenduntur. Per quod datur intelligi, q̄ impertrans mortuo triennali possessori, poterit de iure suo experiri. Potuit igitur papa, quo ictum casum hic in negligentis p̄cnam itauere, q̄ omnis titulus sit coloratus, nisi in casibus exceptis. In quam quidem p̄cnam negligentie ipse, propter sui fidicium, & culpam incidere videtur, cui per diligentiam obuiare potuit, ut in. c. loci. xxxv. distincte. & in. c. negligere. ii. q. iii. & l. non solum. C. de comer. & merca. ¶ Etsi sic videmus, t̄ q̄ iudex propter negligentiam administratione sua priuat, & alius loco sui subrogatur, quinimo criminaliter priuari posset, vt de primo est tex. in. l. siquos. C. de offi. p̄t̄f. p̄t̄z. ori. de secundo, in. l. misi. opinatores. C. de exact. tribut. libro decimo. & in lege secunda. C. de can. lar. libro decimo. ¶ Tutor etiani propter negligentiam remouetur. l. eum qui. C. de procurato. Et eodem modo executor iure suo priuatur, propter negligentiam viii anni, vt in capitulo tua nos. de testa. & in. l. nulli. C. de episc. & clericis. ¶ Et in summa omnes desides, & negligentes, qui sui immemores sunt, officio suo priuantur, ut in. l. penul. in fi. C. de ca. larg. lib. x. prout de abbate etiam negligentie dicit tex. in. c. cum ad monasteriū. in fi. de sta. mo. Si igitur quis propter negligentiam priuat obrentis, & acquisitis, a fortiori acquirendis, ut in regula ista. ¶ Et quia materia ista negligentie, in qua principaliter vsuacio, & ratio istius regulæ fundatur, variis in locis sparsa est, nec simul tota perquirenti occurrit, decreui hic eam q̄breviatur, & succinete, p capita, & enumeratione casuum colligere, quos quidē casus alias iuentis, in maiori ocio constitutus curiosissime cumulauit. Et quia negligentia, quae per istam regulam castigatur, iudicialis est, incipiam a casibus negligentie iudicantium.

C Primus igitur casus negligentie consideratur in iudice, ut in. d. l. siquos. & l. misi. superius allegatis. ¶ Secundus. Quia propter negligentiam magistratus ius non dicentis in sui verecundiam recurrendum est ad populum. Casus est secundum Bal. ibi in titulo si de inuesti. fei. inter dominum, & valallum lis oratur. §. primo. ¶ Tertius. Quia iudex negligentie sepulchrorum violatores vindicare, punitur in. xx. libris auri. l. siquis sepulchrum. C. de sepul. vi. ¶ Quartus. Quia iudex negligentie quominus pacta, & conventiones partium seruentur facit licem suam. casus notabilis in. l. pen. C. de p̄t̄. in fin. ¶ Quintus. Quia contra iudicem negligentem expedire, quod ab eo petitur, est vario modo consultum. secundum quod declarat Bar. no. in. l. fi. C. de variis, & extraor. cognit. ¶ Sextus. Quia propter negligentiam iudicis laici in non reddendo iustitiam clericis, laici conueniri possunt coram iudice ecclæiasticō. c. cum sit. & c. si clericus. de foro cōp. ¶ Septimus. Quia propter negligentiam iudicis, qui omisit testes aperte productos examinare etiam post terminum datū, & et nullafacta prouocatione pars poterit petere testes examinari. tex. est notabilis in capitulo per tuas. de testi. ¶ Octauus. Processus factus a iudice negligente dare apostolos est ipso iure nullus. tex. est in. c. ab eo. de appella. in. vi. ¶ Nonius. Iudex negligens facere iustitiam clericis est ipso iure excommunicatus, glo. est notabilis in. c. administratores. vii. q. v. Joan. And. in. c. fi. de excep. lib. vi. ¶ Decimus. Quia iudicem negligentem deum imputantur delicta non iudicata. c. sicut inquit. ii. q. vii. ¶ Undecimus. Quia iudice negligente dare apostolos saepe petitos habetur perinde, ac si expresse fuerint denegati. tex. est in cle. quam, uis in fi. de appella. ¶ Duodecimus. Qui in officio iudicandi alteri successit non potest nouum opus inchoare, nisi prius edificia per predecessorē incepta, aut venusta per illum reparari, vel neglecta perficiat. l. fi. C. de oper. pub. ¶ Decimustertius. In p̄cnam iudicis ne

gligentis ius reddere licitum est in ius ipsi dicere. I. nullus. C. de iud. ibi cum glo. & inclusus in. I. nulli. circa fin. C. ne sac. bap. & bo. text. in. I. nulli iudicium. C. de offi. rect. prouinc. ¶ Decimus quartus. Iudex negligens vindicare crimen priuati carceris incidit in crimen lese maiestatis. I. i. C. de priuat. carce. ¶ Decimus quintus. Eodem modo iudex punitur si vindicare paganos ueglexerit. I. prima. C. de paga. ¶ Decimus sextus. Et pari reprehensione est dignus iudex negligens resistere, & obuiare clericis negoriantibus, vel turpia officia exercitibus. cle. i. in fi. de vit. & honest. cleric. ¶ Decimus septimus. Iudex etiam negligens punire hereticos in decē libris auti condemnatur, & excommunicatione sue periculum patitur. I. secunda. &c. I. quicunq. in fi. C. de haeret. ¶ Decimus octauus. Pariter etiam negligens vindicare stupratores, & monialium corruptores in quinque libris auri punitur. §. penulti. in auth. de san. episco. ¶ Decimus nonus. Iudex requisitus de iustitia, & de expeditione causa nisi rel pondens, ut nimium morosus, & negligens notatur. c. i. & ibi Bal. de milit. vas. qui conur. est. ¶ Vigesimus. Iudex tenetur ad intereste parti laesae si neglexerit in causis ciuilibus videre, quæ sunt partes, sed non facit item suam sicut quando male iudicat. I. i. & ibi per Bar. C. quo. & quando iudex. ¶ Vigesimus primus. Laicus negligens facere iustitiam potest cogi per ecclesiasticum. c. iudaei. el secundo. de iude. & c. excommunicatus, cū glo. de haeret. ¶ Vigesimus secundus. Iudex negligens ferre suam ad finem concordandi partes si propter concordiam partes laddantur, parti laesae in foro conscientie ad refectionem damnari tenuerit. Ita dicit. d. Card. in clem. sepe. in. §. & quia. in. xviii. quæst. de verb. signifi. ¶ Vigesimustertius. Iudex qui neglexit per imperitiam facere id ad quod tenetur, peccat, & parti laesae tenetur quantum aequum iudici videbitur, distinguendo, ut per Bar. in. I. mancipia. de ser. fug. ¶ Vigesimus quartus. Iudex negligens alere carceratos male facit. Bar. in. I. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. x. ¶ Vigesimus quintus. Qui negligit etiam infra triennium causam diffinire, punitur, & remouetur, secundum distinet. legis properandum. §. si autem vtraq. C. de iudi. ¶ Vigesimus sextus. Similiter iudex negligens non facere inuenit. ratione de bonis damnat, & confiscari multatur. I. si quis infra. C. de bon. damnat. ¶ Vigesimus septimus. Iudex negligens exercere officium suum circa miserabiles personas, vel plium actum etiam tenetur, ut per Bar. in. I. iii. §. hoc autem iudicium. in. v. oppo. ff. de dam. infe. ¶ Vigesimus octauus. Iudex negligens pacem violata vindicare oē damnum, & iniuriam passo resarcire tenetur. §. iudex. in titulo de pace tenenda. inter sub. in vbi. feu. ¶ Vigesimus nonus. Cōtra iudices, seu magistratus negligentes tutorum, vel curatorum satisfactionem capere datur actio subsidiaria. §. pen. inst. de satisfac. ¶ Trigesimus. Iudex negligens punire iniuriam illatum scholaribus punitur acris. auth. habita. C. ne filius pro parte. ¶ Trigesimus primus. Iudex ordinarius negligere non debet exigere rationes debitae a religioso suo executori. clem. prima. de testa. ¶ Trigesimus secundus. Propter negligentiam iudicis in non confirmando tutorem non impeditur administratio tutori. Bar. no. in. I. quia pater. ff. de confit. tuto. ¶ Trigesimustertius. Iudex negligens seruare iuramentum, quo iura uit in principio officii de non acceptando pecuniā, vel aliud sordidum committere incidit in crimen publicum. de quo est bonus tex. in. I. fi. ad leg. iul. pec. ¶ Trigesimus quartus. Praeses qui negligit castigare iudicem acceptantem indebitas portulas, punitur simul cum acceptante, & hoc episcopo principi denunciante. tex. est in. §. fi. in auth. ut differen. iud. coll. nona. ¶ Trigesimus quintus. Iudices negligentes constitutions principi seruare puniuntur. I. §. fi. ff. de falso. ¶ Trigesimus sextus. Pari modo negligere expedire causas, quas poterat expidiere, & eas dimittit, successori tenetur, per tex. sing. in. I. i. §. ii. ff. de magist. conuen. & ibi Bal.

ET Ista, quæ de negligentia iudicium punienda exempli causa possumus sufficiant. Nunc negligentiae peccata, quæ quemlibet alium contingunt discutamus.

¶ Trigesimus septimus. Nam in primis in poenā desidie inductum est, & propter negligentiam non eligentium electio ad superiorem deuoluatur, ut per glo. in. c. duobus. de recip. li. vi. & in. c. q̄uitam. de electio. in. vi. ¶ Trigesimus octauus. Qui negligit seruum fieri furē tenetur ex pacto, & promisit seruum furum non facere, tex. est in. I. non impossibile. ff. de pacto. ¶ Trigesimus nonus. Eodem modo cōmentariensis, seu custos carceris propter eius negligentiam punitur. I. commentariensis. C. de custo. & exhibit. reorum. & ibi glo. not. quia vide cōtra prelatos negligentes &c. ¶ Quadragesimus. Similiter, & medicus, qui icipit medicari alicui etiam gratis si negligit curam infirmi tenetur de leui, & leuisimā culpa. tex. est iuncta

est iuncta glo. no. in. I. idē iuris. in prin. ff. ad leg. acqui. ¶ Quadragesimus primus. Sic etiam in patrem negligentem vindicare iniuriam factam filio transfertur executio, & actio. I. sed si vnius. §. interdum. ff. de iniuris. ¶ Quadragesimus secundus. Et hoc idem statum est per curatorem patris negligentem prosequi iniuriam filii. Nam exercitum compedit filiofa. I. sed si vnius. §. procurator. ff. de iniur. ¶ Quadragesimus tertius. Sic etiam negligentia haeredis nocet fidei commissario, & currit præscriptio. tex. est in. I. si haeres. la. ii. §. fi. cum glo. ff. ad trebell. ¶ Quadragesimus quartus. Et negligentia scribe, seu Notarii punit. tex. notabilis, & singularis in. I. fi. C. de mag. conuentis. ¶ Quadragesimus quintus. Negligentia etiam inducit consensum ad illud, & fit, ut habes glo. in. c. i. de off. deleg. ¶ Quadragesimus sextus. Et per negligentiam perditur possesso, iux. not. per Bar. in. I. si de eo. ff. de acqui. pos. & Abb. in. c. contingit. de dolo, & cont. ¶ Quadragesimus septimus. Clericus etiā qui negligit agros ecclesias, vel eius utilitatem non curat, potest remoueri ab ecclesia. glo. est notabilis in. c. saepe. xii. q. ii. ¶ Quadragesimus octauus. Pari modo negligentia prelati nocet successoribus in præscrip. successoria, ut per glo. not. in. c. ii. de præcrti. ¶ Quadragesimus nonus. Etiam serui coloni, vel procuratores negligentia rem domini curantes puniuntur, tex. sing. in. I. fi. in prin. C. de acqui. pos. ¶ Quinquagesimus. Punitur etiā qui negligenter in stipula igne immixtis gratia comburendi eam, & ob eius vecordiam aliorum agros igni depopulatus est, ut est tex. not. in. I. qui occidit. §. penul. ff. ad leg. acqui. ¶ Quinquagesimus primus. Si ob negligentiā curantium non letaliter vulneratum, vulneratus mortitur, vulnerans non teneatur de occiso, sed tantum de vulnere, ut est casus in. d. I. qui occidit. §. fi. ff. ad leg. acqui. ¶ Quinquagesimus secundus. Sic etiā propter creditoris negligentiam res pignorata deterior facta est, negligens punitur. I. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad leg. acqui. & no. contra haebros pignora ab scholaribus capientes. ¶ Quinquagesimus tertius. Eodem modo negligens in non eligendis bonis ministris punitur, in. I. si seruum. §. seruum. & §. forniciarius. ff. ad leg. acqui. ¶ Quinquagesimus quartus. Et colonus negligens infra vel ante tempus rem locatam communii cōdemnatur ad pensionem totius temporis. I. dominus horrorum. §. fi. ff. loca. la. in. I. diem. col. viii. ff. de off. assesso. ¶ Quinquagesimus quintus. Sic etiam ignorantia facti crassa, quæ negligētiae acipiolet, aliquem non excusat. I. regula iuris. in. §. sed fa. i. ff. de iur. & facti ignor. & c. ii. de cōst. li. vi. ¶ Quinquagesimus sextus. Negligentia etiam tutoris in rebus pupilli punitur. I. tutor qui repertorium. §. comperit. ff. de admī. tuto. ¶ Quinquagesimus septimus. Pari modo punitur tutor, qui negligit vendere frumentum vetus ante nouum, ut per Bar. in. I. prima. C. de condit. in. publi. oreis. li. primo. ¶ Quinquagesimus octauus. Præterea si tutor negligit singulis annis exigere affi. etus, sive census, tenetur pupillo. I. ii. in. prin. & ibi Bar. C. de debito. ciuit. libro vnde. ¶ Quinquagesimus nonus. Teneret etiam tutor de suo, qui negligit post calendas. Nouembris dare vinum nouū ad bibendum familie, secundum Bar. in. I. iubemus. la prima. C. de eroga. milit. anno. li. xii. ¶ Sexagesimus. Et negligentia custodientis furiosum, qui alteri da mnu, vel iniuriam intulit, punitur. in. I. diuus. ff. de off. præs. ¶ Sexagesimus primus. Item negligentia non exigentes vestigia, punitur. in. §. volumus. in auth. ut iud. sine quoquo suff. ¶ Sexagesimus secundus. Similiter negligentia mariti non perentis fundū datum in dote ab eo, qui præscribit punitur, casus est notabilis in. I. si fundū. ff. de fun. dota. ¶ Sexagesimus tertius. Eodem modo negligentia mariti in non exigendo dote a debitor, qui postea factus est, non soluendo, punitur, & sibi imputatur, bonus tex. in. I. extraneus. ff. de iure dot. ¶ Sexagesimus quartus. Est etiā notadus casus illius negligentis, qui cum vitiosus sit, negligit tamen a sua familiaritate eos expellere, qui ipsum malefacti incusabant. Nam in pce nam negligentie inducitur, & non possit eos repellere ab accusando etiam sub prætextu cri minis, quod forte patetur, ex quo antea a se separare neglexit, ut est tex. in. c. nulli. de accu. sa. ¶ Sexagesimus quintus. Tanta etiā est vis negligentia, ut acquisita per filium familias potius acquisita ex profectiis, quam exaduentititis bonis præsumantur, ut est glo. notabilis in. I. cum oportet. in. princ. C. de bonisque liber. ¶ Sexagesimus sextus. Creditores etiam sua negligentie pensum fere debent si negligentes fuerint in exigendo ab haerede, qui post modum, vel se abstinuit, vel factus est non soluendo. tex. est no. in. I. pupillus. ff. de his, quæ in frau. cred. ¶ Sexagesimus septimus. Negligentia etiam illius notatur, qui cura literas alterius damnosas acceptasse, tacuit, nec contradixit. Nam per hoc videtur consentire, casus est singularis in. I. filius. ff. ad maced. ¶ Sexagesimus octauus. Etiā maritus negligens in nō

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

curanda vxore perdit lucrum doris & perit,glo.est notabilis in.l.ab hostibus. §. si vir .ff. so
lut. matri. ¶ Sexagesimus nonus. Si & negligentia succedentium pupillo in non petendo ip
si tutorem priuat eos successione ipsius decessentis infra pupillarem attatem. l.s. ciant cuncti.
C.de leg.hare. ¶ Septuagesimus. Et negligentia haeredis non vindicantis cedem defuncti
priuat ipsum eius hereditate. l.i.C.de his quibus ,ut indig. ¶ Septuagesimus primus. Et si
milititer negligentia haeredis in non parendo voluntati defuncti priuat ipsum cōmodo testa
COLVITIO. Ista quæstio tria capita continet. Primum, quae sit illa reseruatio in corpore iuris clausa. Et communiter dicitur, q̄ est illa, de qua disponitur in. c. ii. de præben. libro sexto, quia nulla in iure maior, uel potentior inuenit, vt dicit D. Guliel. decis. xxiii. ti. de præb. Quæna sit ratio tantæ potentiaz, dicam inferius in secundo capite istius questionis.

Et ad hanc cedum est, q̄ reseruatio, de qua in. d. c. ii. censetur eo ipso inducta, q̄ beneficia vacant apud sedem. Et cum misterio tex. in dicto. c. ii. loquitur de beneficiis vacatis apud sedem, & non dicit in curia, quia ista videntur diuersa, quod ex eo apparet, t̄ quia si ordinarius alii scienti conferat tale beneficium reseruatum, ille non facit fructus suos, vt videot tenere Specul. & ibi Ioan. and. in titu. de dispensa. §. videndum restat, uersicu. sed pone, q̄ aliquis. Ratio est, quia ex quo prout us sciuīt beneficium apud sedem uacasse, non debuit ignorare eius decretum, quod est iurist. t̄ quia in his, quae sunt iuris, ignorantia non praesumitur, vt in. c. ii. de constit. libro. vi. & ideo fuit in mala fide, & per consequens non facit fructus suos, vt dicit Rota in decis. iii. titu. de restitu. spoliato. in no. quam latius sequitur Abb. in. c. dilecto. de præben. & in cap. cum dilectus. de iure patro. & utrobiq; in penul. notabili. Et istam conclusionem sequuntur etiam Felyn, in cap. de quarta. in secunda fall. de præscrip. & Ias. in. c. sed iste. numero. 9. 2. institu. de actio. Areti. in consil. xvii. & Curtius antiquus in consil. lxxi. incip. princeps defunctus. in. vi. & seq. col. & in terminis istius reseruationis apud sedem, q̄ non faciat fructus suos, tenuit Modernus Sabineñ. in tract. reseruatio. in. ix. effectu. quartæ. q. Sed hoc nō procedit in possidente beneficium in curia vacans, nisi probetur eius noritia: quia cui beneficia vacare in curia dicantur beneficia designata in extrauag. ad regimen, & in extrauag. ex debito. eorum præsumitur ignoratia, iuxta tradita per Abb. & Fe ly. in. c. pastoralis. de si. instru. ¶ Et ideo pro clariori & fundametalii intelligentia predicto rum est considerandum, t̄ q̄ vacatio apud sedem potest intelligi dupliciter. Primo modo, propriæ: & tunc vacatio apud sedem intelligitur de illa. d. capit. ii. quae est in corpore iuris clausa, & ita capit Lap. alleg. lxxxviii. Secundo modo, vacatio apud sedem capitur impro priæ, pro quacumq; vacatione in curia: & tunc vacatio apud sedem, & vacatio in curia, pro eodem capiuntur, vt in. c. statutum. & ibi nor. glo. de præben. lib. vi. & ita capit Lap. alleg. lxxxix. & alibi sape. Adeo, q̄ proprie loquendo, omnis vacatio apud sedem potest dici vacatio in curia, sed non econtra, & ita procedit decis. xvii. de præben. in antiq. & Fastoli du bio. lxxii. Hoc probatur, t̄ quia licet reseruatio per extrauag. ad regimen, contingat alibi, q̄ apud sedem vacare: in curia tamen vacare dicuntur, non tamen apud sedem: quia illa reseruatio non est in corpore iuris clausa. & ita procedit, quod dicit Calderi. consil. ix. titu. de præben. circa finem. Et hoc in terminis voluit Rota in una Monasterien. canoniciatus, coram Reue. D. Joan. Clerici, de mense Nouemb. M. D. xxxiii. Ex quo inferatur, q̄ talia beneficia reseruata per d. extrauagan. & alias quascumq; vacantia extra duas dietas, poterant per ordinarios post mensem conferri: quia non censembarunt in curia, neque apud sedem vacare. Et ideo, ob eam causam, per extrauag. Bonifacii incip. p. iæ sollicitudinis, per quam corrigitur cap. præfenti. de præben. lib. vi. inductum fuit, q̄ ordinarii, etiam post mensem, illa cōferre non possent, secundum Ioan. And. & omnes ibi, & Lap. alleg. xcvi. incip. beneficia vacatio, quos sequitur Reuerediss. bona memo. Iacobus Simonetta, quondam Rotæ Auditor celeberrimus, in tract. suo reseruatio, in prima parte, de quo aliquid Egid. licet corrupte, in decis. dcly. Et eodem modo beneficia resignata in curia, dicuntur vacare in curia, licet nō apud

apud sedem: quia iste modus reseruationis non est in corpore iuris clausus. Erita procedit, q̄ quod dicit Roma. consil. cccxli. ¶ Sic etiam, si papa propter bonum pacis, & concordia, de consensu dotorum, ad resignationem alterius, constitutus alteri pensionem, adeo dicuntur illa beneficia sic pensione gratuita, affecta: q̄ occurrere vacatio, nullus p̄tater papam, de illis disponere poterit, quia censentur reseruata. Ita mirabiliter dicit Guliel. de Monserrat, in commentariis pragmaticæ sanctionis. fol. s. 1. rationem notabilem ibi assignans, quam vide per eum. Et hec istud dictum sit notabile, tamen multum dubito an sit verum.

Potremo vnum aliud notandum est, circa ista reseruationem in corpore iuris clausam: q̄ licet talis reseruatio habeat effectus iuris cōmuni, non tamē absolute facit ius cōmune, licet de ea in. d. c. ii. caueatur. Ratio est, quia ista reseruatio dicitur in iure cōmuni clausa, & aliud est ius commune, aliud clausum in eo, vt patet in. c. cum ordinem, de rescrip. Et hinc est, q̄ inserita in iure communi, & ius commune differunt in viginti casib; ut inferitis in fi. q. dicam. Reseruatio igitur in corpore iuris clausa, nihil aliud est, q̄ singulare quoddam sedis apostolicæ præiugium, prærogatiua specialem conuinens, ut colligatur aperte ex verbis. d. c. ii. Quæ omnia magis clara redentur, ex infra, dicendis in secundo, & tertio articulo istius questionis.

Secundus igitur articulus istius questionis est, vtrum sit vñica tantum, an plures reseruationes in corpore iuris clausæ. Et Glosator hic dicit, q̄ licet per. xxviii. annos legendo, & practicando revoluerit ius canonicum, nihilominus, q̄ non reperit nisi vñicam reseruationem in corpore iuris clausam, quæ est illa, de qua in dicto cap. secundo. Et licet regula ista, in illis verbis, ex aliqua reseruatione generali, in corpore iuris clausa, &c. plures alias similes reseruationes presupponat, quarum aliqua exempla ipse hic enarrat: Nihilominus, illis non obstantibus, sequitur Nicolaus de Castello, in ilorum temporum abbreviato rem, ipse concludit, vñicam tantum esse reseruationem, in corpore iuris clausam, de qua in dicto cap. secundo, ut hic per eum. Et eandem opinionem repetit idem Glosator, in commento regulae. lxii. colum. penul.

Quid dicendum? Certe iste punctus non videntur sine difficultate: ex eo, quia tex. hic in illis uerbis, ex aliqua reseruatione in corpore iuris clausa, &c. presupponit, vt dixi, plures esse huiusmodi reseruationes. Et ne pitemus hoc factum fuisse per errorem. Abbreuiatorū, vt dicebat Nicolaus de Castello, hic relatus per Glosatorem, hoc idem clare probatur in decreto concilii Basiliæ, titu. de electio, & reseruatio, ibi, reseruationibus in corpore iuris clausis, semper exceptis, &c. Et sic videmus, q̄ tex. loquitur in plurali. Et istam opinionem, videlicet, q̄ plures sint reseruationes in corpore iuris clausæ, videntur tenere Nicolaus Milis, in uerbo reseruatio. §. ii. in fi. & Gaspar de Perusio, antiquus doctor, in tract. reseruatio. q. ix. & Moderni Sabineñ. in tract. etiam reseruatio. fol. iii. qui sex species reseruationis in corpore iuris clausas, enumerat, computat tres illas, quas Glosator hic ponit. Quibus præfati Moderni tres alias iungunt. Primam addunt, reseruationem positam in extrauag. ex debito Ioan. xxii. inter communes titulo de electio. Et aliam reseruationem inducunt per extrauagantem Benedicti Duodecimi incipiente ad regimen. Aliam positam in extrauag. exectabilis. vt ibi per eos. ¶ Tamen pace eorum dixerim ille tres reseruationes, licet per extrauagantes inducæ dicantur, non tamen dici debent in corpore iuris clausa, t̄ quia alia est reseruatio iuris communis, quæ in corpore iuris clausa dicitur, alia est reseruatio per extrauagantes inducæ: Nam in corpore iuris clausa dicitur, quia est a iure communi inducæ, & in eius corpore inserita, prout fit de aliquibus legibus, quæ a canonibus inseruntur, vt in. c. primo, & cap. authoritate, de concess. præben. lib. vi. & in multis locis decreti, sicut etiam eodem modo dicitur præiugium in corpore iuris clausum, non q̄ extrauagatur, sed q̄ in iure communi inseritur, vt. c. cum ordinem, de rescrip. Aliæ tres species reseruationis adductæ per Glosatorem hic, non sunt proprie reseruationes, ut ipsem videtur sentire, & sequuntur Moder. in dicto loco, quia in illis papa conferit iure deuoluto, & tanquam ordinarius, non tanquam reseruata. Et ideo videmus, q̄ executor, & legatus talia conferit. Et tamen si essent reseruata non conferret, ut dicunt Domini in decis. ccccxi. incipien. Nuncius apostolicus, in titulo, de præben. in no. post glo. in clemen. p. multi. de præben. in verbo sue ad nos. Et D. Gundifalurus auditor in tract. de leg. q. ix. præm. & partis. colum. ii. & probatur in cap. penul. de præben. vbi Abb. Panor. in primo notabili dicit ibi esse tex. ad hoc, qui nō potest cauillari cum multis aliis concordan. quæ con

gerit Modernus Autelianus, in tract. leg. conclusione, xxi. cui nomen est Ioannes Brunel, lus. ¶ Sic etiam dispositio. c. ii. vt lit. pen. lib. vi. quæ secundū ipsos reseruationē in corpore iuris clausam inducere videtur, euitari potest. Quia si uerū esset per litē motam beneficū effici reseruatū, sequeretur vnum absurdum maximum, q̄ cessante lite adhuc maneret be neficiū reseruatū, & per consequens non posset ordinarius cessante lite de illo dispone re, cum semel reseruatū semper reseruatū maneat, vt dicitur in extrauaganti Pau. II. in cip. ad Roma. titu. de præben. & tenet Rota in pluribus decisionibus, de quibus per Bart. Belenzi, in tract. de chari. subſi. q. cxvi. Et tamen hoc est falsum, quia prohibitio. d. cap. ii. non afficit ordinarios cessante lite, quin prouidere possint, vt ibi patet, & in clemē. prima. eo. titu. Ergo non est verum per illum tex. aliquam reseruationem inductam fuisse, sed potius quandam simplicem inhibitionem temporalem, videlicet, lite durante. Et forte de istis reseruationibus impropriis ista regula, & decretum dicti concilii Basiliensis, superius allegatū loqui voluerunt, sed in his amplius non infistā. Sed ultra p̄dictos modernos, ego alia plures reseruationes in corpore iuris communis clausas reperio, de quibus posset intelligi ista regula, & decretum p̄dicti concilii.

¶ Prima est in translationibus episcoporum, quæ pro communi personarum esset ecclesiastū utilitate, atq; necessitate, & non propria cuiuscq; voluntate sunt, vt in. c. si quis, & in. c. mutationes, vii. q. i. & in. c. quanto, & toto titu. de transla. episco. Vnde episcopatus propter translationem vacantem nullus alius, q̄ papa conferre potest, quia iste casus est de reseruatione papæ reseruatione in corpore iuris clausa, vt in. c. q̄ translationem. de offic. leg. & in. c. fi. de translatione episcopi. ¶ Secunda reseruatio in corpore iuris clausa est in episcopatu, vel dignitate vacante per depositionem, vt in. d. c. q̄ ad translationem. & in. c. inter. de translat. episco. & in. c. nisi. & in. c. post translationem. de renuncia. In talibus enim ius commune apponit manu. ¶ Tertia reseruatio est in casu. c. quanquam. de electio. lib. vi. qui quidem tex. licet loquatur in uno casu, extenditur tamē ad plures alias casus, qui etiam sunt reseruati reseruatione in corpore iuris clausa, vt latissime hoc probat quidam Guliel. Monferrat Hispanus in commento quoddam suo ad pragmaticam Francie. titu. de electi. vbi tex. in. d. c. quanquam. extendendo discutit a fol. xlvi. usq; ad fol. xlii. ¶ Quarta reseruatio in corpore iuris clausa est, quando episcopus est captus a paganiis, vel scismatis, tunc iste casus est papæ reseruatus, ut nemo alius possit prouidere de tali episcopatu, nisi papa, ut est tex. in. c. si episcopus. & ibi glo. fi. de supplen. negli. libro sexto. ¶ Quinta quando episcopus propter senium, aut aliud impedimentum corporale perpetuum non potest officium suum exercere, tunc enim papa solus potest prouidere, & non alius, ut in. c. q̄ si autem episcopus. de cle. agro. lib. vi. ¶ Sexta reseruatio est quando papa dat beneficium in commendi, licet prius uacauerit extra curiam, quia per talem commēdam manet reseruata, adeo, q̄ nullus inferior potest de illo disponere, vt tenet Feder. in tract. permut. q. xv. & Roma. consil. i. s o. Archi. & alii in. c. is cui. de elect. lib. vi. Sed ista reseruatio potius ex interpretatione doctorū, q̄ aliqua speciali iuris dispositione inducta videtur, & ideo inter p̄dictos casus cōputari recte non poterit, nisi dicamus de hoc esse tex. in. d. c. is cui. ponderatum per Cōpo. in. c. cum a nobis. de elec. ¶ Septima reseruatio iuris est quando cathedralis ecclesia clerico, & populo Christiano caret: Nam prouisio tantum spectat ad papam, vt in. cle. in plebisq; de electio. Et pro nunc ista exempli gratia sufficient, per quæ extendi poterit dispositio. d. c. ii. ¶ Et ista investigatio, an sint plures reseruationes in corpore iuris clausa, vel unita, potest esse utilis ad multa, tum ad dispositiones particularium, ac etiam ad facultates legatorū, quibus cōceditur facultas prouidendi de beneficiis quomodolibet reseruatis, excepta reseruatione in corpore iuris clausa, Nam per hoc facile intelligemus, de qua reseruatione papa intellexit.

Circa tertius articulum istius quæstionis, uidelicet, de qua reseruatione intelligi debet ista regula, simpliciter loquens, præfati docto. post Glosatorem, hic voluerunt, istam regulam intelligere, de illa tantum reseruatione, de qua loquitur tex. d. c. ii. de præben. lib. vi. quorū opinio mihi placet, & eam pluribus rationibus comprobo. In primis, ex communi ſtilo ſignaturæ, qui illa verba communiter in supplicationibus apposita, videlicet, non obstante reseruatione in corpore iuris clausa, intelligit de illa reseruatione, de qua in. d. c. ii. Et pro ista opinio facit, quia verba singulari numero prolata, in dubio de maiori reseruatione intelligi debent, iuxta ea, quæ not. glo. in. l. si fuerit. ff. de reb. dub. per tex. in. l. si ita scriptum. de leg.

- de lega. primo. & not. Alex. in. l. i. § penul. in vltima. q. ff. de verb. obligat. Et sic videntur, 12. ¶ q̄ in materia maxime stricte, appellatione excommunicationis, venit tantum excommunicatio maior. c. penulti. de senten. excom. Sic etiam dispositio de dominio loquens, de maiori intelligitur. l. prima. q̄ si in perpetuum. ff. si ager vecti. Sed nulla reseruatio in corpore iuris est maior, aut efficacior illa. d. c. secundo. de benef. vacant. in curia. vt dictum fuit. Et not. antiquus ille Vicecorrektor, in illo utili libro, qui practica Cancellariae inscribitur, titu. de beneficiis generaliter reseruatis, notabili ultimo. fol. lxxvii. quod ex his, quæ dicit decis. Rota. i. o o. in no. satis appetet, & inferius per exēpla clarius probabo. ¶ Ex quibus omnibus infertur, q̄ verba istius regula, de reseruatione in corpore iuris clausa, loquētia, debent per excellētiam, de reseruatione p̄ obitū apud sedem intelligi, de qua loquitur tex. in. d. c. ii. ¶ Sicut cum de iure ciuili mentionem facimus, per excellētiam de iure tantum ciuitati Romanorum intelligimūs, licet ius uniusciuiusq; ciuitatis, ius etiam ciuile appelletur, vt in. q̄. quotiens. inſti. de iure naturali. gen. & ciuil. Et ad ostendendum, q̄ dicta reseruatio apud sedem, de qua in. d. cap. ii. sit omnibus aliis reseruationibus, in corpore iuris clausa dignior, efficacior, & excellētior, per exēpla, quæ sequuntur, ostendo. ¶ Sed anteq̄ specialia priuilegia istius reseruationis per exempla attingā. Notandum est vnum, ¶ Quod curia ad effectum reseruationis. d. c. ii. intelligi debet, ybi residet papa; quæ quidem curia, ratione residentiae, extenditur per duas dietas, & ultra, iuxta not. in. c. fi. de fc. compe. & in. c. presen- ti. de præben. lib. vi. Et quomodo hoc intelligatur, declarant docto. in clemen. ne Roma- ni. per illum tex. de electio. Sed propriæ loquendo, aliter consideratur vacatio in curia, alia ter in vrbe, vt dixi superioris: Nam si beneficia in vrbe vacant, vltro hoc, q̄ etiam in curia va- care dicuntur, habet tamen in illis papa maiorem affectionem, q̄ in aliis vacantibus extra vrbeam, licet vacant in curia. Ratio est, quia beneficia vacanta in vrbe, papa conferit, etiam si non efficit reseruata, tanquam episcopus vrbis Romæ, vt dixi late in capitulo primo, in primo notabili. de constituti. libro sexto, de quo quidem vrbis episcopatu, ultra lapidem ve- rustissimum in ecclesiā Sanctæ Anastasie, fit mentio in superscriptione. capitul. iii. xcviij. dī stinet, & in superscriptione. c. si quis episcopus. septima. q. i. cum similib. ¶ Hinc est, q̄ pa- pa expectativas in vrbe, ad talia beneficia, vacanta concedere posset, vt uoluit Glosator no- ster Hispanus in regula. vii. supra eo. Merito igitur ad Papā tantum pertinet ipsorum col- latio, ita q̄ in talibus beneficiis necessaria non esset reseruatio. Quia reseruatio fit per papā super beneficiis, in quibus timet ab ordinariis habentibus alias potestatem illa conferendi, præueniri. Sed in vacantibus in vrbe, & sic in suo proprio epatu, non cadit ille timor præ- uentionis, quia nullus conferre potest: Igitur non est necessaria reseruatio. ¶ Et secundum hoc superflua videatur regula septima Cancellariae, supra co. in qua papa reseruat sibi be- neficia in illis tribus ecclesiis Patriarchalibus vrbis, videlicet, Sancti Petri, Sancti Ioannis, & Sanctæ Mariæ maioris. Tamen uidetur, quod hodie non sit superflua, ex quo in illis ecclesiis cardinales præficiuntur, vt dicitur in provinciali ecclesiis, in principio. Et re- ceperunt potestatem pleniorē conferendi per regulam. Sicut incipit. Item cum cardinales, a quo tempore fuerunt effectualiter in quasi possessione conferendi. Et eodem modo in- re ordinario habent eandem facultatem, conferendi in titulis suis, in quibus habent iuris- dictionem episcopalem, vt late tradit Felyn. in capitulo his qui. de maiori. & obedien. & 16. 17. Pau. in tractatu ne sede vacante. & Moder. in tract. lega. conclusi. v. ¶ Imo maius ius ha- bent in ecclesiis subiectis titulis eorum, quām ecclesiæ matrices in capellis non subiectis, vt tradit Barthol. Belenzi, in tractatu de chari. subſi. quæfatione tercia. Posset etiam reseruatio dictæ regulæ septima habere locum, eis absentibus, vt regulæ immixtum, quod pri- us introduxit Nicolaus Quintus, vt in eius regulis appareat. Et menin. Paul. Hierony. in practica Cancellariae, titulo de beneficiis generaliter reseruatis. Antiquitus tamē ille ec- clesiæ patriarchales vrbs non solebant dari Cardinalibus, sed ipse papa eas regebat, vt colliguntur ex his, quæ dicit Præpos. in capitulo in nomine domini. colum. quinta. vigili. matertia distinctio. & docto. in capit. fundamenta. de electio. in sexto. Ad cau. elam igi- tur bona fuit reseruatio inducta per dictam regulam septimam. ¶ Sic itaque ex præmissis ha- bes vnam differentiam, & singularitatem beneficiorum vacantium in vrbe ad vacantia 18. in curia. ¶ Quia, vt dixi, vacantia in vrbe papa confert iure proprio ordinario, vt dixi, & confert etiam, quia reseruata. Et sic habent duplex vinculum. Vacantia vero in curia, id est, in loco ybi papa residet, non ita confert. Nec ita sunt cara sibi sicut illa, licet digniori, & NN

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

fortiori reseruatione magis affecta sint, quam quaecunque alia reseruata. Et ista dicuntur reseruata reseruatione in corpore iuris clausa, de qua in dicto capitulo secundo. Et ob eam causam, tam sepe talis reseruatio fuit confirmata per plures extravagantes Romanorum Pontificum. Praesertim Ioan. XXII. Benedicti XI. & Clemens V. Et ista reseruatio in corpore iuris clausa, de qua intelligitur, & loquitur ista regula, ut dixi, est principalior, dignior, & fortior ceteris aliis, ut non ab re specialibus priuilegiis ornari meruerit, quae cum plura sint, & variis in locis tractata, decreui ex multis, quedam potiora per transitum ad cognitionem istius reseruationis adnotare, ut sic per exempla quasi per indicem tota materia intelligatur.

I⁹ ¶ Primum, igitur speciale priuilegium in ista reseruatione inducitur per istam regulam, quod videtur contra regulas iuris communis, videlicet, quod licet habens titulum ab eo, qui originaliter potuit conferre, titulum coloratum habere dicatur, ut dicit Lapis allega. decimalis. & Felyn. in cap. in nostra. de rescrip. & not. omnes in capitu. cum nostris. de concessio. præben. Neque talis intrusus dici possit etiam si uiolenter possessionem intraserit, prout not. Domini. in. c. eunt qui, in secundo norabili. de præb. lib. vi. Tamen quicad effectum istius regulæ intrans in beneficio reseruato dicta reseruatione etiam si habeat titulum ab eo, qui originaliter potuit conferre, dicitur intrusus, & non habere coloratum titulum, quod est contra regulas iuris communis. Et in hoc potest dici ista regula exorbitans.

¶ Secundum priuilegium istius reseruationis in corpore iuris clausa est, quia in generali facultate conferendi beneficia quoniamlibet reseruata non tenit, nec comprehenditur ista reseruatio, ut tradit Gaspar de Perusio in tract. reseruatio. & Milis in uerbo reseruatio. & sunt plures decisiones Rotæ super hoc, de quibus per Moder. in dicto capitulo secundo. vi. pater decisi. xcviij. incipiente habens autoritatem. in no. & in antiquis. ccclxii. incip. nota, quod habens. cum similibus. Ex quibus apparet quanta sit istius reseruationis dignitas: Nam ad prærogatiuum reseruatur, qd in generali sermone aliqua res non comprehendatur, arg. l. item apud labeonem. §. ait prator. ff. de iniur. & c. quam periculosis. de sententia excommuni. lib. vi.

¶ Tertium priuilegium speciale est, quia reseruatio dicti. ii. adeo afficit beneficia, vt si quis ea, ab ordinario receperit, scienter non facit fructus suis a die ingressus sui, ut sentit Specula. titulo de præben. § audiendum. verific. sed pone, quod aliquis. & ibi loan. And. Et hoc tenet Rota hodie facit decisi. in no. xxiiij. & quae not. Abb. in cap. dilecto. col. ii. de præben. & in. c. cum dilectus. in penulti. not. de iure patr.

¶ Quartum speciale priuilegium est, quia de tali reseruatione oportet facere specialem mentionem, & generalis non sufficit, ut tener Geminia. & Philip. Francus post Lap. in. d. cap. secundo. in penul. & ultima colum. & tenet decisi. dlxxiii. in antiquis. Et hoc procedit etiam si in supplicatione apponetur clausula quacunq; reseruatione non obstante, ut dicit Geminia. consil. xii. verum ille. in fi. Tamen bo. me. Domi. de Iacobatiis olim inter primarios auditor, & postea Cardi. adnotauit fuisse in Rota obtentum contrarium, videlicet, sufficiere derogationem per clausulam non obstante reseruatione in corpore iuris clausa, quia ex quo non est, nisi una, intelligetur de ista, & perinde esset, ac si specialiter de illa fuisset facta mentio, argu. cap. ex parte. de offi. deleg. Et ita dicit obtinuisse Ioannem Baptistam in una Ciuitate coram Triuultio, dicens. Rota hoc alias tenuisse tempore Felyn. ut patet in inscriptionibus Cacialupi, in una Sancti Andreae. Hac Iacobatus.

¶ Et ita reperio in terminis istam op. tenere Moder. in tract. reseruatio. in. xxxvi. effectu. Tamen considera, quod castus est diuersus: Nam multum refert, an dicatur non obstante quacunq; reseruatione, uel non obstante reseruatione in corpore iuris clausa, quia primo casu decisiones sunt claræ sub illa generalitate predictam reseruationem comprehendendi, propter generalitem verborum, quia dictio illa uniuersalis comprehendit ea, quae alias sub generali sermone non comprehendenderentur, ut dixi superius in secunda questione. Secundo vero casu secus est dicendum, quia illa verba non obstante reseruatione in corpore iuris clausa sunt incerta, & ambigua, quia possunt verificari in qualibet reseruatione in corpore iuris clausa, de quibus superius dictum fuit, Nisi dicamus, quod de proprietate sermonis, ac ab usu partisa, tum etiam, quia verba in dubio debent intelligi in potentiori significatu, verba debent intelligi de reseruatione dicti capituli secundi. Merito igitur decisio dominorum recte processit.

¶ Quintum

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXII

¶ Quintum speciale priuilegium, quia reseruatio. d. c. ii. ex quo est notoria, quia inducta per ius comune, quod omnibus innotescere debet, repellit agètē spolio, ut est decisio. vii. in no. & in antiquioribus. xx. titulo. de restitu. spoliato. cum multis altis decisionibus, quae forte sunt decem numero, quæ loquuntur super hoc, quas sequitur Bal. nouellus in repe. l. naturaliter. §. nihil comune. fol. vltimo. ff. de acquiren. possess. & Corsetus in tracta. An spolia. ante omnia, &c. in. xl. limitatione.

¶ Sextum speciale priuilegium, quia intrusus in beneficio reseruato non solum, non facit fructus suos, ut superius dictum est, sed etiam taliter intrusus nulliter confert beneficia ad ipsius beneficij reseruati collatione spectantia, ut dicit Rota in antiquis. decisi. cxxxiii. incip. nota, vbi aliquis, cuius contrarium est in aliis beneficiis, ut ibi dicitur, & in decisi. iii. de præben. in antiquioribus. & per Egidium. decisi. lxvi.

¶ Septimum speciale priuilegium, quia reseruatio prædicta nō solum impedit optionem, ut in. c. si. de consuetu. lib. vi. sed etiam impedit optionem cameræ pertinentis ad illud beneficium, ut dicit Car. in consil. xvii. dominus papa. Ex quibus omnibus apparet specialitas, & fortior prærogatiua istius reseruationis. Nimis igitur si rex. noster appellatione reseruationis (dato qd alia reperiuntur in corpore iuris clausa) de illa clausula in. d. c. ii. intelligere voluit. Et ratio prædictorum colligitur ex verb. extraiag. pie sollicitudinis. Boni. viii. vbi dicitur, qd papa intendit de istis beneficiis vacabiliis in curia specialibus, & dilectis personis prouidere. Ex quibus arguitur reseruationis prærogativa. Et quod dictum est de reseruatione in corpore iuris clausa, quæ differt ab aliis propter singularem eius prærogativam. Idem dicendum est de priuilegiis in corpore iuris clausis, quæ habet viginti specialia priuilegia, ultra ius commune, quæ sigillatim scribit Guilielmus Monferrat in commentariis pragmaticæ. fol. liii. cum sequent, quos apud aliquem alium scripta non legi, licet pene infinita uidetur. Quæ omnia addenda sunt ad Moder. in tract. reseruatio. qui super ista reseruatione in corpore iuris clausa sicco pede transcripsit.

¶ Quæstio Trigesimasecunda.

¶ TRIGESIMO SECUNDO. Quero, tñnumquid datur habere coloratum titulum ad effectum istius regulæ, qui fuit præsentatus, & institutus ad capellam testatrix in vita uxoris contra voluntatem testatoris prohibentis præsentari capellanum in vita uxoris sua?

¶ SOLVATIO. Decius ponit in terminis istam, q. in consil. cxxi. incip. in causa venerabilis presbyteri. & post plures notabiles rationes concludit prædictum titulum fuisse canonicum, & coloratum quoad effectum istius regulæ. Et qd ista regula defendat taliter institutum, hmo rati assignatur, quia cum capella ad quam præsentatio fieri debuit, iam fundata, & dota fuerat secundum dispositionem testatoris, talis capella statim episcopo subiecta fuit, c. omnes bâlicæ. vii. q. vii. & c. cum episcopis. de offici. ordi. lib. vi. cum concor. vt per Car. in consil. cxviii. in fi. Ergo in voluntate episcopi fuit præsentationem factam admittere, quæ licet contra testatoris voluntatem facta fuit, ex quo tamē iuridica erat eius effectus impediti non debuit, & per consequens testator in præiudicium episcopi facere non potuit, qd præfatio prædicta, & institutio non ualeret, quod nihil aliud, profecto esset, qd capellam ab eius potestate extinere, quod illi prohibetur, ut dicit Bar. in. l. quorums. §. fi. ff. de

2 adimi. ruto. Et Abb. in. c. requisisti. colun. penul. de testa. ¶ Quia testator facere nō potest, quod leges in casibus suis locum non habent. l. nemo potest. de lega. primo. Praesertim, quando uoluntas testatoris antea per patronos ad quos id pertinet, executioni demandata repertur, quo casus episcopus de illorum consensu mutare eius voluntatem potuit, ut tradit Felyn. in. c. super his. in. ii. col. de accusa. quia potest de consensu patronorum voluntate testatoris alterare, ut tradunt omnes in. c. cum accessissent. de consti. & Rochus in tract. iurispat. in uerbo pro eo qd in. xv. q. vbi latissime hoc probat. Et propterea Rota in una Astoriceñ.

¶ Capellaniæ, coram R. D. Raynaldo Petruccio. v. Martii M. D. xxxvii. iudicauit ¶ episcopū capellanum amouibilem per testatorum in capella sua positum perpetuum facere posse, per ea, quae not. Imol. in. l. i. ff. de cond. insti. & ea, quae Rochus dicit in. d. q. pro qua decisione alleghabatur etiam consil. Paul. de Caffro. ccclviii. lib. primo.

¶ Postremo ista op. fundari potest, ista ratione, quæ apponit gladium ad radicem, quia ex

COMMENTARIUS R. P. D. LUDOVICI GOMES.

quo institutio facta est ab eo, qui originaliter potestatem instituendi habuit, dato quod institutio per testatorem impediri poterit, nisi ilominus si facta fuerit coloratum titulum tribuit, & hoc sufficit ad effectum istius regulae, quae ut dictum est, plures in praecedentia non excipit, nisi duos casus, in quibus non vult titulum haberi pro colorato, Ergo in contrarium regulam procedet.

Quæstio Trigesimateria.

TRIGESIMO TERTIO. Quero, tan ille titulum coloratum habere dicatur, cui ordinarius contulit beneficium, quod alteri per sententiam priuationis abstulerat, de cuius sententiæ processu non constat?

CSOLVITIO. Rota die. iiii. & vii. Februarii M.D. xxxvi. in una Valentina spolia de Torrente coram Nicolao Aragona tenuit, quod non ratio fuit, quia ubi evidenter, & notorie constat de fundamento tituli infecto, talis titulus non dat colorem, quia dicitur emanare de facto, & non de iure, ut Fely tradidit in correll. secundo. c. in nostra de rescrip. sed clarum est sententiani non constito de processu nullam esse, ut Egidius dicit decilio, lxxxix. Ergo collatio episcopi fundata super illa sententia nullius erit momenti, quia ubi nullum est subiectum corruit correlatum, ut dicit Bal. in capitulo primo de seu guardia, per glo. in capitulo primo, de s. instru. Non potest igitur talis collatio titulum coloratum tribuere, tamen quia titulus coloratus, debet habere ultra id, quod proueniat ab eo, qui dare potest, debet in se quanquam presumptæ iustitia imaginem continere. Itaq; eius claritas, seu veritas notorie non appareat, quia tali casu, aut erit titulus omnino bonus, aut omnino malus, in quibus regula non habet locum, debet igitur titulus apparet esse coloratus, quia in dubio presumitur bonus ad effectum possidendi. Cum igitur hic notorie apparet de fundamento collationis episcopi, quæ est facta de beneficio viuentis sub prætextu sententiæ priuationis, de qua non apparet, in merito talis collatio non tribuit titulum coloratum.

CAdde prædictis similiem decisionem, quam hodie, xxvi. Januarii M.D. XL. in una Vicentina parochiali, coram me fecit Rota, yidelicer, quod possidens per triennium pacifice beneficium ex titulo resignationis Hieronymi, si propter modum in supplicatione expressum non seruatum, beneficium a prædicto possessore repetatur, tanquam non fuerit in illum titulus translatus, possessio se non poterit ista regula innuere, quia non dicitur habere titulum coloratum, ex quo papa non uisus fuit illi prouidere, nisi seruato modo, iuxta tradita per Abb. in c. cum pridem, de pact. & alibi sape.

Quæstio Trigesimaquarta.

TRIGESIMO QVARTO. Quero, tan per citationem nulliter factam, possessio pacifica, de qua loquitur regula ista interrupatur?

CSOLVITIO. Ista quæstio pleniussim discutita fuit in regula de annali. q. xlvi. & ideo ibi dicta non repetam: Nam conculcisti Rota, possessionem pacificam non interruppi. Et idem, quoad istam regulam, domini texerunt in una Virdunæ, Canonici, & præbendaz, coram R. P. D. Petro Vortio, episcopo Aqueo, de mense Junio M.D. xxxix. Rationes istarum decisionum ponuntur, in d. q. xlvi. ideo ibi videantur.

Quæstio Trigesimaquinta.

TRIGESIMO QVINTO. Quero tibi electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & præsentationis institutione, &c. An sola electio, vel sola præsentatio det titulum coloratum ad effectum istius regulæ?

CSOLVITIO. Tex. hic videatur innuere, quod non, cum copulatiue loquatur de electione, & confirmatione, & de præsentatione, & institutione, & ad ueritatem copulatiue requiritur concursus viriusque copulati, cap. ex parte, & cap. inter, de rescrip. In contrarium facit glo. in cap. quanto. lxiii. distincte, quæ vult per solam electionem ius tribui, & per consequens titulum coloratum. Et illam glo. sequitur Abb. in capitulo secundo, & in cap. quod autem, & in capitulo nobis, de iure patro. & in cap. cum inter canonicos, & in capitulo transmissam, & in capitulo nihil, & in cap. sacrosancta, de electione, & alibi sape, Et sequuntur Moder.

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXIII

Moder. in tract. electio, in prima parte, cap. viii. & xii. & Rochus Curtius in tracta, iure patro, in princip. q. iiiii. cum sexcentis concord. quæ cumulat Felyn. in c. cum Bertoldus, in prima colum, de re iudic. & reassumunt Moder. in tractatu beneficii, in prima quæstione, tertiae partis.

Tamen istis non obstantibus prima opinio est verior, & communis, pro qua est hic rex. clarus, & etiam eam dicit communem Cardina, Alexand. in dicto capitulo, quanto plura allegans, & Felyn. tandem istam opinio, dicit magis veram in dicto c. cum Bertoldus, & sequitur etiam Glosator hic, Adeo, quod est firma conclusio, tamen per solam præsentationem, vel electionem, siue confirmationem, vel institutionem non tributari ius in re, sed ad rem, & sic quoddam præparatorum ad consequendum beneficium per rationes, & fundamenta, quæ ibi allegantur per eos, quæ breuitatis causa non refero. Et hoc esse verum appetat per plura exempla: Nam videmus, quod interfecties tantum electum in pœnam interfectis episcopum non incidunt, ut dicit Bal. in l. si nondum. C. de fur. sequitur Ias. in l. secunda. C. de moff. c. testamen. & in l. i. §. qui mandatum. in i. colum, ff. de officiis eius. tamen Sic etiam nec imperatio facta per obitum electi tantum non consecrati tanquam de beneficio vacante per mortem non valer, prout probat Felyn. in c. in nostra. xxxi. correll. col. penul. de rescrip.

tHinc evenit, quod electus tantum episcopus indulgentias concedere non potest, ut dicebat Francis. Vercellensis in c. accedentibus, de excess. prælat. per illum tex. & Archi. in c. i. de pœni. & remiss. lib. vi.

Ex quibus omnibus inferatur, quod cum per solam electionem ius in re non tributatur, nec potest etiam per eam haberi titulus coloratus. Et cujus istis discordant ea, quæ R. P. D. Caspar Lambertinus episcopus Insulæ tradidit in nouissimo tract. iur. patro. in viii. articulo. v. q. principalis. secunda partis. ii. lib. alias fol. cccii. Quæ omnia de plano procedunt in electionibus collegialiter, vel ab aliis factis, qui confirmare eas non possunt, si uero ab illis electione facta fuerit, qui confirmandi potestatem habent, talis electio ius plenum in re, & per consequens titulum coloratum tribuit, quia talis electio loco prouisionis plene habetur, prout late probat Felyn. in capitulo, tam te, in iii. columna, de rescrip. Et ita forte concordari possunt opiniones contrariae.

Quæstio Trigesimasexta.

TRIGESIMO SEXTO. Quero, tan titulus coloratus requisitus in ista regula probetur per confessionem actoris?

CSOLVITIO. Videatur dicendum, quod sic, quia ista regula non emanauit ad finem ad iudicandi beneficium, sed solu ad excludendum agentem per exceptionem, qui sibi potuit ex sua confessione prædicare. Et sicut confessio rei in iudicio recuperanda proficit actori, quoad titulum coloratum inducendum ad finem recuperandi possessione deperditam, ut sunt clare decisiones Rotæ in no. ritu. de rest. spol. xvii. & xix. incip. Item fuit dubitatum. Longe magis deberilla confessio proficie ad possessionem defendendam, & excludendam molestiæ, iuxta intentionem istius: Nam enim lex dat actionem fortius illi exceptionem concedit, l. prima. §. q. at. ff. de superficie. Conferatur ad ista multa, quæ scribit Felyn. in c. col. i. de rescrip. Et rationes dominorum in decis. iiiii. titu. de re iud. Et ea, quæ scribunt Philip. Perthusius in c. ad decimas. col. ix. de rest. spolia. lib. vi. Et in c. primo. col. iiiii. de eo, qui mit. in poss. cau. rei fer. eo. lib. Et Præposit. in. c. porro. col. iiiii. de ditio. & in. c. i. colum. iiiii. sexta. q. i. alias iii. q. i. Et Nicolaus Milis in verbo possessorio recuperatidem Gemi. consil. cxvii. incip. sive per isto dubio. col. ii. & Guido Papæ. q. lxxv. Et licet confessio super titulo non prober in institutionem canonica, tamen dependeat a parte dare titulum in beneficio, ut not. Archi. & Io. and. in nouel. in. c. ii. de cœfelli. lib. vi. tamen concor. de quibz. per Præpo. in. c. super eo. de eo, qui cog. conf. vi. sive. Tamen illud procedit, quoad hoc, ut uigore confessionis fieri debeat adiudicatio beneficij, ut dicit Egid. decisi. lxxxiiii. secus vero, quoad effectum defendere si in possessione, vel dici potest, quod confessio licet nihil operetur contra alios, quoad alios, bene tamen prodest contra confidentem: Nam sibi præiudicat, ut repellatur, & ei si lenitum imponatur, ut illi dicto cap. secundo, & per glo. iuncto tex. in verbo constitit. in. c. post electionem, de concess. præben. Et ita videatur hic concludendum.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

¶ Questio Trigesima septima.

TRIGESIMO SEPTIMO Quare, nonquid possidens beneficium per triennium ex collatione capituli, de cuius potestate non constat, dicatur habere coloratum titulum?

COSOLVITIO. Hanc difficultatem breuiter resoluam, ex eo, quia Domini mei Auditores in causa Traiecten. coram R.P. Do. Petro Vortio de mense Ianuario M. D. xxx. tenuerunt titulum coloratum non esse, ex eo, quia regula ista loquitur de collatione ordinaria, Ergo de collatione per episcopum, vel alium natum ordinarium facta intelligi debet, qui de iure communi iurisdictionem ordinariam habent. vulg. c. quia diutinatam. &c. ad decimas. &c. omnes basilicas cum similibus. Non autem debet intelligi de collatione, quae competit capitulo, vel alteri iure priuilegiu, vel extraordinario, ut in. c. cu[m] uenissent, cum ibi not. 2 de insti. ¶ Quia verba in dubio de iure ordinario, non extraordinario, intelliguntur. l. seio. §. medicis. ff. de an. leg. cum concor. ut scribit Decius in. c. inter cetera. in. iii. col. de appell. dixi in. c. primo. in. glo. de constitut. lib. vi. & tradit Socin. in. l. qui Roma. §. Calimachus. col. quinta. de verb. oblig. & isto modo intelligendo uerba regulæ naturaliter, & simpliciter, non autem secundum quid intelligentur, iuxta tex. in. l. ff. de dona. & in. l. si. C. de iis, qui ve. exta. impe. & in. l. hoc legatum. & ibi Bar. ff. de leg. iii. & in. l. i. §. hoc interdictum. ff. de fonte, quia omnia cum verificari non possint in collatione capituli, merito conclusum fuit non tribuere titulum coloratum, nisi alter iustificetur.

¶ Questio Trigesima octava.

TRIGESIMO OCTAVO Quare, nonquid noua prouisio impetrata in curia pro absente, qui a capitulo, de cuius potestate non constabat, prouisus fuerat, det titulum coloratum ad effectum istius regulæ?

COSOLVITIO. Reuerend. P. Dominus Petrus Vortius, nunc episcopus Aquensis. hoc dubium in Rota proposuit, de mense Ianuario M. D. xxx. in causa Traiecten. Et pro parte negativa dicebatur, quod illa noua prouisio non daret titulum coloratum, quia non constabat illam de consensu absentiis impetrata fuisse, & ideo illius non præsumitur, iuxta ea, quæ dicit Card. consil. xxv. col. ii. & Gemi. consil. xxxiii. Imo verba ipsius nouæ prouisionis contrarium inuenire videbatur, dum in ea de possessione forsan subsequitur, mentio fieribat. Et sic, propter illam dicti forsan de possessione sua (quod est factum, proprium) dubitare videbatur, de qua tamen, ultra quod in actis clare constabat, de illa, tanquam de facto proprio, impetrans certus esse debebat, & non dubius. l. quanq. C. ad velleia. c. ab excommunicato. de rescriptis. Et per consequens, videbatur dictam nouam prouisionem, portius ab aliis quo amico absente, eo inscio, & ignorante, impetrantem fuisse, quam ipso. ¶ Igitur tamen non obstantibus, omnes domini, excepto Domino Christophoro Panigarella, contrarium renuerunt, videlicet, quod dicta noua prouisio det titulum coloratum, quia emanauerat a papa, & sic ab eo, qui dare titulum poterat, iuxta doctrinam traditam in capitul. cum nostris, de concessione patribus. Et remendo, iflā, opinicem, motu pro contra parte adductum non obstat quia licet non constet, nouam prouisionem per absentem impetratam fuisse, & ex quo tamendicta noua prouisio, cum impensa expedita reperitur, præsumitur impetrata de consensu absentiis, iuxta notata in. l. cum seruis, ff. de verb. obliga. Et hoc in terminis tenerit Oldra, in consilio. exxvi. colum. secunda. & Specula. titu. de appellatio. §. nunc breuiter, versu, quid si apparet. Et sic constat, quod dicta, per Cat. & Gemi. in dictis consiliis procedunt in simili predicta applicatione, in qua imprætranda modica impensa interuenit. Secus tamen si considerabis impensa facta fuit, nam tali casu erit si ille, sub cuius nomine cariat noua prouisio, absens fuerit, ex quo tamen comodum eius concernit, præsumitur eam sciuisse, & ratam, habuisse, iuxta consil. Roma, ccl. & dixi in regula de annali. q. xxxii. numero. 6. Et talis ratificatio multo magis præsumi debet, quando a tempore data dicta noua prouisio, tantum temporis decurserat, infra quod verisimiliter ad negotiam absentiæ pertinet poterat. Et ita domini multis aliis motiis, quæ breuitatis causa, omitto, dicitur. Ianuario M. D. XXX, ynaminitetur conclusum.

¶ Questio

RE. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXIII

¶ Questio Trigesima nona.

TRIGESIMO NONO Quare, non possessori triennali pro colorato titulo sufficiat bulla pensionis expedita pro illo, qui resignauerat eidem possessori beneficium quod possidet?

COSOLVITIO. Itud dubium modo in Rota penderet coram me in causa Gratianopolitanâ: Nam Ioan. Lazarus de Zarapica resignauerat quandam parochialem in fauorem Ioan. de Bogii possessori cum certis partis, & conuentib[us] in literis, postea dictus Ioan. Lazarus religans mortuus, & Marianus de magistris impetrat parochiam per obitum dicti Ioan. Lazarus, & deinde dictum Ioannem possessori ad iudicium traxit. Possessor excipit de regula ista, dictus Marianus impetrans replicat dictum Ioannem nullum titulum faltem coloratum habere, prout ista regula requirit, triplicat Ioan. Bogii pro colorato titulo bullam pensionis pro Ioanne Lazaro expeditan, sibi sufficere, in qua Clemens narrat Leonem eius predecessorem dicto Ioanni Lazaro pensionem ex causa resignationis factæ in fauorem dicti Ioannis possessoris resurreasse, dictus vero Marianus impetrans dicit hoc non sufficere. Quæratur quid iuris?

2 Pro parte dicti Marianus impetrans facit, quia verba narrativa papæ in his, quæ non dependet a facto proprio maxime in præiudicium tertii non probant, ut no. in cle. literis. de pbat. & tradit late Fely. in. c. cū a nobis. de testi, ergo nec p[ro]p[ri]a fortiori dat titulū non habiti. Utē quia in dicta bulla renunciatio narrat facta cu[m] certis conditionibus quas non constat Io. Bogium impleuisse, ergo antequam constet impletas condicione[s] fuisse titulus non conferunt, nec renunciatio effectum habet, ut tradit Abb. in. c. cum vniuersorum, de rerum permitt.

3 Pro parte vero cōtraria adduci potest, quia Joannes Bogius est possessor ad cuius possessionem tuendam quodlibet adminiculum sufficit, & adminiculum in casti praesenti sumi potest ex praedicta bulla in qua principaliter renunciationem Ioannis Lazari in dictum Ioan. Bogium factam fuisse narratur, & hoc etiam Marianus impetrans in articulis suis facetur. Et ideo sola illa confessio in articulis facta titulum coloratum tribucere videatur, vt in terminis est dictio Rota in nouis in titulo de rest. spolia. deci. xvii. incip. item fuit dubitatum, & quæstum &c. & decisio. xix. eo. titulo. cum pluri. concor. ut dixi superius. q. xxxvi. Et facit decisio. ccxl. incip. no. q. vbi. in antiqui. & decisio Egidii. clxxxiii. incip. assertioni. ¶ Præterea, quia verisimile est papam non assertuisse resignationem in fauorem dicti Ioannis Lazari factam fuisse, nisi ita esset, & illa assertio posita, quod plene non prober, salte præsumptio nem tituli inducit, vt Egidii dicit, pro quo facit optimæ ratio ad dicta per eundem Egidium deci. dlxxviii. incipit spoliatus. & per Bald. nouellum post Alex. in repe. §. nihil commune. columna. xxii. & in x. & xxxii. fall. ff. de aqui. poss. Et per Ioh. in cle. primâ columnâ x. de cau. possess. Abb. in. c. in literis. col. xii. de rest. spolia. cum similibus.

¶ Et ista op[er]i. magis iustificabatur, quia dicta bulla pensionis expedita fuerat in forma rationi congruit, in qua secundum stilum solet data supplicationis admissa resignationis inseri, super quæ supplicatione bulla expedita fuerunt pro Lazaro, nec est verisimile, quod si renunciatio vere facta non fuisset dictum Ioannem Lazarum expensam expeditionis bullarum fecisse, quia nemo præsumit iactare suum, vulg. capitulu super hoc de renunciatio.

¶ Præterea, quia in correllatiis, quod prodest vni prodest alteri correllatiuorum, ut traditur in. l. si. ff. de acceptila. ¶ Et hinc dicimus, quod dilatio data debitori, censeatur data creditori, ut dicit in. l. petende. C. de in iug. rest. pd. & diligetia appellantis prodest appellato, ut dicit quædam decisi. in no. de dole. & coqui. Ex quo igitur Iohannes Lazarus resignans bullas pensionis expediuit illa prodest debenti Ioanni Boggio resignatario, quia in correllatiis sicut dicitur, quod prodest in correli, quod beneficium concessum vni prodest alteri, vni. l. C. quādo plu. vna sen. ¶ Finaliter, aliis missis, Rota die. xxiii. Decembri M. D. xxviii. conclusit dictum Ioannem Bogium possessorum absoluendum fore, & illam resignationem pro colorato titulo possessionis sufficieat. Nec obstat, quod in dicta resignatione certe conditions adimpleri debebant per Ioannem Bogium, quas non constabat impleuisse, quia illud procedet, quando resignans hoc allegaret, sed ex quo resignans est mortuus, Marianus impetrans hoc allegare non potest, quia ad illum non artinet, ex quo est tertius, & exceptio sua non est clara, & in hoc dubio, quia non est ius clarum, quoad ipsum, & sufficit, Ioanni Boggio, quod reperitur in possessione, & ita in dicta causa Gratianopolitana Rota conclusit, & idem in

simili pro colore ad spolium restituendum tenuerunt domini coram R.D.Ioanne Clerici,
& coram me in una Aretina parochialis de mense Iunio M.D.xxxvii.

Quæstio Quadragesima.

QVADRAGESIMO Quæro, † nunquid capiens beneficium litigiosum vacans, vigore sua expectatiæ, dicitur habere titulum coloratum, ad effectum istius regulæ?

SOLV TIO. Prima facie uidetur dicendum, quod sic, cum possessor habeat expectatiæ, ut a papa, & sic ab eo, qui beneficia litigiosa conferre potest, & ideo talis dicitur habere coloratum titulum, ut traditur per Abb. & alios communiter, in vulgaro, c. cum nostris de concess. præben. imo attentari potest, acceptantem beneficia ecclesiastica, vigore gratia ex expectatiæ, non solum coloratum, sed verum titulum habere, ex eo, † quia expectans litigiosa acceptare potest, ut per plura motiva probat Egid. in consil. xxxv. ergo dicitur habere titulum coloratum. Ethoc in casu isto a fortiori procedit, ex eo, quia illud vitium litigiosi purgatum fuit per extinctionem litis, post acceptationem sequutam, argu. l. postq. lit. C. de part. post cuius extinctionem triennali possessor processit.

Causa iuris 1484 29
Itis in nobis hodie. xv. Decem. M.D.xxv. coram R.D. Raynald. Petruccio Rota, in una Cesaraugustana vicaria de Azuaria tenuit contrarium. Ratio decisionis fuit, quia de stilo anti quo, & forte et de iure, expectatiæ non capit beneficia litigiosa, ut tenet Bonifacius de Vita Rota, auditor, in cle. i. in v. col. vt lit. pend. & videtur de hoc tex. in. c. ii. vt lit. pend. lib. vi. Cuius decreum in curia clarum, & notorium est, & ideo tali casu expectatiæ nullum colorum tribuit, facit decif. Rota. xxviii. de concess. præben. in antiquo.

Et ista de plano procedit, quoniam sumus in claris, quod expectatiæ talia beneficia non capit, ut hic. Secus autem in dubio, quia tali casu expectatiæ faceret titulum coloratum, ut exempli gratia, quod expectatiæ reuocata de facto caperet beneficium, quod alias sub dicta gratia comprehendebatur, uigore cuius expectans postea per triennium pacifice possedit: Nam tali causa, expectatiæ daret titulum coloratum. Ratio est, † quia ex quo reuocatio expectatiuarum consistit in facto, iuxta l. consilio ff. de cu. fu. quod factu potest probabilitate ignorari, & in dubium verti, ut in. c. i. de confit. lib. vi. in hoc dubio expectatiæ tribuit colorum & excusationem probabilem, forte, quia ante uacationem expectatiæ reuocari potuit, & ideo nimirum, si in isto dubio Rota voluit possidentem triennio beneficium, uigore, expectatiæ reuocata, coloratum titulum habere, prout Rota tenuit coram D. Paulo Capisucco in alia causa. Secus uero, quando non sumus in dubio, quod beneficia sub expectatiæ non comprehenduntur, ut in casu nostro, in quo est dispositio iuris clara, de qua in. d. c. ii. cuius ratio generalis est, & ignorari non debet, iuxta. c. ii. de confit. lib. vi. Et per hoc apparet, d. consil. Egid. xxxv. hoc casu non esse uerum. Possent tamen dicta Egidii habere locum in casu decisionis. xiiii. vt lit. pend. in no. ubi ponitur casus notabilis, in quo gratia expectatiæ possunt litigiosa beneficia capere, ut ibi gratia, ut quoniam imperium gratia a Papa in forma iuris, si costringit, iuris fuisse homicidium, beneficium milii conferatur: Nam si lite pendente, Tius motu, poterit expectans tale beneficium acceptare, rationibus de quibus ibi, de quo tamen videndum est aliquid per D. Gundisaluum in tract. lega. q. xiiii. primæ partis. col. xv. vel posse consilium Egidii habere locum in casu decisionis. dlxxviii. in antiquo, videlicet, quod expectans vellere prosequi ius, ex acceptatione sua quæstum, contraria colligantem superfluum, quia tali casu, acceptatio beneficij litigiosi, quoad hoc, valida esset, ut ibi dicitur, & ad ista pro, & contra, facit consil. Oldra. ccxcix. quidam vgo. circa fi. cuius ratio optime qualitat at regulam desubrogandis, & uidenda sunt, quæ dicam infra quæstionem proxima, vbi sub quadam distinctione ista, q. declaratur.

Quæstio Quadragesimæ prima.

QVADRAGESIMO PRIMO Quæro, † quid si ordinarius contulit vni tercio pura Tertio non colliganti, beneficium litigiosum, uacans per obitum alterius ex colligantibus possessoris, & iste tertius postea triennio possidet pacifice, utrum dicitur habere titulum coloratum, ad effectum istius regulæ?

Solutio.

SOLV TIO. Videtur prima facie dicendum, quod non, propter inhibitionem, & decreum, de quo in. c. ii. vt lit. pend. lib. vi. quod disolorat, & inficit titulum & possessionem, & eundem ferè effectum, quem reseratio hic in regula excepta, inducit, adeo, quod talis collatio omni administriculo iuris carere uidetur, ut in terminis dicit decisio prima, vt lit. pend. in antiquo, & decisio. iii. de resti. spoli. in no. in addit.

Accedit, quia possessio dicti Tituli prouisi, attētata videtur, & ut talis reuocari potest, ut est decisio. x. in tit. vt lit. pen. in no. & decis. v. eod. tit. in antiquo. Et adeo prædicta vera sunt, quod acceptatio, & prouisio uigore gratia expectatiæ, non ualent, ut est de c. xii. vt lit. pend. in no. & deci. ii. eo. tit. in antiquo. Sequitur Bonifacius Rota, Auditor, in clem. auditor. in fide rescrip. t. Hinc est, quod intrusus in beneficio litigioso, si spoliatur, non debet restituui, obstante decreto. d. c. ii. vt est decis. iii. tit. de resti. spoli. in antiquo. Bisigny. Ratio prædictorum est, quia huiusmodi possessor, non dicitur titulum coloratum habere.

Tamen istis non obstantibus contraria opinio uerior uidetur, uidelicet, quod prouisus ab ordinario de beneficio inter alios litigioso, defendatur ista regula, quod uidetur sentire. d. Guliel. hic in. vii. & xi. decisio. Ratio decisionis fuit, quia ista regula titulum in duobus tantum casibus hinc exceptis disolorat. Ergo in oībus aliis casibus non exceptis manet dispositio regulae firma. Cuī igitur iste casus non sit de exceptis, merito in illo locū habebit regula.

CNon obstante, quia superius in contrarium allegata fuerunt. Primo, quod tertius non colligans, intrans possessionem beneficij litigiosi, dicitur attentari, quia est verum, quoad hoc, ut possessio ab eo, per superstitem collitigantem euinci possit, ipsa tamen possesso litigiosa non dicitur, quoad tertium, † quia vitium litigiosi non afficit, nisi parte collitigantem, non aut tertium, qui non est in lite, ut dicit decis. iii. vt lit. pen. in no. circa fi. glo. in. l. creditor, in prin. in uer. posse. in fi. ff. mand. Fely. in. c. exceptionem. colum. vii. uersi. fallit quinto, de except. Decius in. c. sua nobis. col. iii. uersi. quarto fallit. de appellat. & alibi saepe. Et ideo si talis tertius prouisus, per triennium postea possederit, dicitur pacifice possidere, & exceptione istius regulæ uti poterit. Et licet ordinarius beneficium litigiosum conserue prohibeat, & hoc respectu, talis prouisio disolorata dici possit, obstante decreto, & inhibitione posita in. d. c. ii. illud procedit, quoad effectus iuris communis, iuxta quos tales titulus coloratus dici non poterit, adeo, quod si taliter prouisus spoliaretur, illi non darentur restitutio, ut dicta decis. iii. Bisigny. & tradit. d. Guliel. in tit. de resti. spoli. decis. prima. Tamen quantum ad prærogativam istius regulæ, talis titulus coloratus erit, cum sit datus ab eo, qui originaliter de illo prouidere poterat, licet accidet aliter prohibeatur. Et tali casu, causa originalis attenditur, & non accidentalis, iuxta. l. qui habet. ff. de tutel. & ita regula

4procedet. Nec obstat eriam, quod acceptatio beneficij litigiosi, nec prouisio executoris, virute gracia expectatiæ, ualeat, ut in dictis deci. vt conclusi in proxima præcedenti quæstiōne. Quia illud procedit, quando post item inceptam emanauit expectatiua, secus si ante, ut dicit Egid. in. d. c. ii. & in consil. xxxv. vbi notabiliter loquitur, & Oldra. consil. ccxcix. in fine. Vei dici potest, quod magna est differentia inter illum casum, de quo in præcedenti quæstione dicitur, & istum. Quia ille casus, propter ambitionem restringendam in materia odiofa, qualis est expectatiua, continet spem improbabilem, ut in. c. i. & ii. de concess. præben. restringitur, ut coloratum titulum non det, obstante decreto. Secus in prouisio ne ordinaria dicendum est, quia a iure uifavorabili ampliatur, & ideo in ea diuersum ius inducitur, ut uidelicet, inducat titulum coloratum. argum. cap. si pluribus, de præbend. libro sexto. Præfertur quia, ut saepe dictum est, quoad effectu istius regulæ, omnis titulus dicitur coloratus, quod specialiter hic exceptuatus non est, dum sit datus ab eo, & naturaliter potest coferre.

Et istud fundamentum generale erit, & ad plures quæstiones ualens, quæ in progressu istius regulæ discutentur: Nam per hoc fundamentum potest decidi illud dubium, quod in causa Tuden. parochialis sanctæ Euphemie pposuit R.D. Marcus Antonius Mariscotus in Rota, die. xii. Aprilis M.D. xxxviii. videlicet, an possessor triennalis, qui ingressus fuerat possessionem, lite pendente, inter alios debeat gaudere priuilegio istius regulæ.

Quæstio Quadragesimæ secunda.

QVADRAGESIMO SECUNDUO Quæro, † an ista regula de triennali, si cur requirit titulum saltem coloratum, requirat etiam bonam fidem?

CONSOLATIO. D. Guliel. hic in quadam decisione incidenter teneri, istam regulam requirere bonam fidem; Ut in una Salamanca, coram D. Jacobo Simonette refert disputando sentiisse dominos. Et idem tempore meo, in una Conchen, praestimoniorum, coram R. D. Ioane Clericu, de mense Martio M.D. xxxiiii, interloquendo sentire videbantur. Postea vero, ne melius discussa, propter conflictum rationum, iura dominorum in duas partes contraria diuisa, pars remanserunt, deinde causa saepius disputata, ac proposita, pro parte affirmativa, quidam ex dominis hoc morium adducabant, q̄ possesso ista triennalis quanquam similitudinem prescriptiōis habere videbatur, vt in simili casu dixit Abb. in. c. contin. 2 git. col. iii. de dol. & contum. Et tamen clarum est, † q̄ in prescriptione, ultra titulum bona fides requiritur, vt pater in. l. i. & l. super. C. de prescriptio. I. tem. praeferim in foro canonico, ut in. c. si. de prescript. & c. possessor. de re, iur. lib. vi. Ergo eodem modo in ista regula. ¶ Præterea, quia licet fouenti bona ius super beneficio ab alio possesso, per lapsum trienni silentium imponatur, adeo, q̄ agere non possit, † sicut nec ille agere potest, contra quem lata fuit iniusta sententia super beneficio, q̄ transiuit in re iudicatam, ut pater in. c. cū dilecti. de elect. & c. cū olim, de dol. & contum. cū aliis de quibus p. Hostien. in summa, t. de cōcess. p̄. & ii. & Inno. in capitulo ad aures. & c. mandatū. de rescri. Nihilominus tamen, si is, p̄o quo lata est sententia, notitiam iniustitiae habeat, & sciat in beneficio ius non habuisse, nec de iure ad eum pertinere, certe talis nunq̄ illud beneficium, salua conscientia, retinere poterit, nec cursu temporis itutabitur. Ita est hinc dicendum, q̄ licet possessor triennalis, priuilegio istius regulæ, & habens etiam sententiam pro se iniustam, virtute rei iudicata in foro fori, siue contentioso defendantur, in foro tamen conscientiae praefati tui non erunt, ex quo scilicet, nullum in beneficio ius habuisse. Et ideo contra tales se clypeo istius regulæ, vel rei iudicataræ defendentes, habentes ius bonum per utram denunciationis euangelice agere possent, dicentes illos in peccato esse, detinendo beneficium sine titulo, ut dicit expresse Abb. & Imol. in. c. i. colum. si. de concess. præbend. ¶ Sicut videmus, q̄ triennium istius regulæ, non impedit, nec ligat superiorem, quoniam non possit repellere triennale, siue ius, seu titulum canonicum in beneficio non habere repererit, tradit Fely. post alios in. c. illud. de presump. & melius in capitulo sicur. in. xvi. colum. de re iud. & latus in cap. licet, de simo, quia triennalis possessor non dat ius, vt dicit Abb. in. c. contingit. de dol. & contum. Confirmatur ista opinio, quia certum est, q̄ interruptio facta per citationem, ideo impedit cursum triennalis possessoris, aut alterius prescriptiois, quia presumitur possessor citatus iam habere malam fidem, & titubare de iure suo. I. nemo. C. de aqui. posse. qui sit, q̄ talis non prescribat per mille annos, ut dicit expresse Abb. in. c. illud. colum. penult. versi. & scias. de prescript. Et tamen si vera esset opinio, q̄ hic non requireretur bona fides, talis interruptio non noceret possessori, quæ tamen propter malam fidem nocet, ut superius dictum est.

Consistit tamen non obstantibus Rota in d. causa Conchen, praestimoniorum, de dicto anno M. D. xxxiiii, re prius diutius disputata, & saepius proposita, tenuit contrarium, videlicet, regulam istam bonam fidem in possidente non requirere. Et idem Rota tenuit, in una Valentina parochialis, coram R. D. Io. Mohedano, de hoc anno M. D. xxvii. Et eandem opinionem antiquos dominos Rotæ tenuisse refert Anto. Capharellis, aduocatus illorum temporum excellens, in quibusdam suis consiliis, redditis in causa Monasteriensi decanatus.

Ratio decisionis fuit, † quia ex quo per istam regulam, ultra ius commune, in beneficialiis noua dispositio inducitur, debet aliquid de novo, ultra ius commune, operari, nihil. non operaretur, vel de novo induceret, si in ea titulus, & bona fides, sicut in temporalibus, requiri retinet, ut in. l. i. de usucap. Præterim quia per hanc triennalem possessionem, in hac materia beneficiali, quæ magis fragilis est, non ita de graui, perpetuo, & irreparabili præiudicio agitur, sicut in prescriptione, siue usucapione bonorum temporalium, & prophaniorum. Ratio est, quia per triennalem possessionem istius regulæ, exceptio tantum acquiritur, & non ius, vt dicit Fely. in. d. c. sic ut in. xvi. column. † sed in usucaptionibus temporalibus verum ius, & dominum acquiritur, vt dicit glo. & ibi communiter doctores in. l. traditio. nibus. C. de pact. ideo nimis, si maior in temporalibus usucaptionibus solennitas requiriatur, videlicet, titulus, & bona fides. Sed in casu nostro, non agitur de querendo dominio, sed exceptione temporali, ad vitam possidentis duratura, propterea papa ad constituendā differentiam inter istas temporum prescriptiones, ac ut aliquid specialius, in ista materia beneficiali

beneficiari induceret, statuit hic tantum titulum coloratum sufficere, etiā si vigore illius possidens in mala fide fuerit constitutus, sciens beneficium vere ad alium pertinere, vel inter alias os litigiosum fuisse. Et ista proceduit, siue sumus in dubio, siue in claro, q̄ triennalis possessor malam fidem habeat. Quia si in dubio, res est plana, quia ex titulo suo colorato in dubio bona fides presumitur adest, & hoc sufficit ad tuendam possessionem, iuxta tradita per 7 Moder. in. c. de quarta. de prescript. ¶ Nam ille titulus coloratus praestat possessori quod dā velamen, sub cuius umbra bona fides nutritur, ut dicit Abb. in. c. si diligent. & ibi Fely. colum. penult. versi. considera beac. de prescriptio. Si uero sumus in claro, q̄ possessor triennalis in mala fide fuerit, idem dicendum est, per supradictas. Nam ex quo regula ista simpliciter loquitur, intelligi debet tam de possessori bona fide, q̄ male fide, iuxta. l. primam. ff. de usu aleg. & aleat. Præterim quia ista regula tantum requirit aliquem, cum titulo colorato, per triennium pacifice possidere, nec aliud plus exigit, & ab hoc requisito, duos tantum casus male fidei excipiunt, uidelicet, intrusum in beneficio vacante apud sedem, & simonia cum. Ergo in ceteris dispositio regula generaliter proceder, † quia exceptio firma regula in non exceptuatis, iuxta vulg. c. cum dilect. de confirmatione vlt.

CEt iste intellectus administriculo iuris nō carer, quia uiderimus, q̄ error iuris causat malam fidem, & tñ si adest titulus coloratus illa mala fides nō necet, quoad fructuū acquisitionē, iuxta doct. Bar. in. l. sed eti. & scire. ff. de pet. hære. & Abb. in. c. si diligent. col. vi. de foro cōp. Ergo a fortiori, fructuū perceptio magis licita erit, q̄n cum ea concurrat autoritas istius regulæ, quam uisus fuit papa ex uisceribus, c. i. de prescriptio, eruisse, ubi est tex. q̄ per possessionē triennalem, etiam cum mala fide, iura ecclesiæ præferuntur. Si igitur hoc papa ibi statuit in rebus ecclesiæ, in quibus per prescriptiōem ecclesiæ, infertur magnum præiudicium, quia agitur ab abdicando ab ecclesiæ dominio perpetuo, quod transit ad hæredes. A fortiori, potest papa hoc in beneficialibus, in quibus non agitur de tanto præiudicio, nec de donatione perpetuo acquirendo statuere. ¶ Quia videmus, papam concedere posse fructus beneficiorum, etiam sine titulo beneficii, ut pater in capitulo si propter. de prescript. libro. vi. quod tantum cum idem hic facere posset, noluit tamen hoc, nisi cum titulo, saltem colorato, triennalibus possessoribus concedere, exceptionem illis tantum tribueret, & vt possessor triennalis per illam in sua possessione defendatur. Rationabile videtur, quia agens contra possessorum triennalem, nihil aliud habet, q̄ titulum, & possessor triennalis etiam titulum habet, & est reus, & possessor. Quo casu, uideretur præferendus solo titulato, præfertini negligenti, contra quem omnia iura clamant, ut in. l. i. pupillus. ff. de iis, que in frau. cred. c. concor. ut latissime dixi superius in tract. neglig. & pater in. c. si a sede. de præben. lib. vi. & in. c. quibus. de rescrip. & in cap. in pari. de re. iur. & in. c. tibi qui. de rescrip. eod. libro.

C¶ Nam turpius elicitur, q̄ non admittitur hospes, ut in. c. quemadmodum, de iure iur. Et ista fuit una ratio, ex pluribus scriptis superius in. x. q. quare exercitabilis defenditur ista regula, & tamen si spoliatus agit, ut restituatur, non auditur. Primo enim casu est reus, & possessor, qui agit de damno euitando, & se in possessione triennali defendendo. Secundo casu, exercitabilis erat actor, qui agebat de acquirendo, & secundum iuta, facilius quis arcetur ab ingressu uitioso, q̄q iam possessor deficiatur, ut dictū ē. ¶ Nec obstat hoc forte procedere in foro contentioso, ut superius dicebatur, secus in foro conscientiae, quia respondetur, q̄ tex. in. d. c. i. de prescript. procedit etiam in foro conscientiae, ut ibi dicunt doctores. & tamen ibi disponitur, prescriptiōem cum mala fide valere, alias ille tex. imponeret nobis laqueum, contra id, quod dicitur in. c. de uiduis. xxvii. q. i. & sic conditio possidentium beneficia deterior esset, q̄ mercatorum foenerantium, quod præsumendum non est. Nam 1 clara est doctri. docto. post Bal. ibi. in. c. quæ in ecclesiæ. de const. † q̄ si lex est iusta in foro fori, vtq̄ iusta erit in foro poli, quod latissime per exempla iuridica probauit, in. c. ii. de const. lib. vi. Hinc uiderimus, q̄ dispositio. c. cum dilecti. de emp. & vendi. quæ loquitur de contrahentibus decipiendis, procedit secundum diuum Thomam, in foro poli. Pa. 2 pa igitur a fortiori, in beneficis ecclesiasticis hoc facere poterit. Imo tanta est in beneficis libus papalis potestas, q̄ non solum exceptionem ex titulo colorato, cum possessione triennalis. Sed etiam verum ius, & dominum posset conferre, & etiam statuere, quod beneficia transirent ad successores, sicut res profanæ, quia ista omnia sunt de iure positivo, supra quod est papalis potestas. c. proposuit. de concess. præben. c. per venerabilem, qui fil. sunt legit. Vnde merito in. c. ii. de præben. lib. vi. dicitur, papam in beneficialibus plenissi-

COMMENTARIUS P.D.LVDO VICI GOMES.

man habere potestatē; Nam potest secundum Hostien. & alios in.c. cum venissent, de iudic. quadrare rotunda quadratis, & quadrata rotundis, ut latius dixi in capitulo. i. de consti. lib. vi. Et ideo per praedicta concludendum est constitutionem istam sanctissimā esse, quæ litibus finē imponit, ac negligētēs punit, & ita sit, q̄ possessorēs beneficiorū erū certi, propter quorū incertitudinēm diuinus cultus, & ecclesiarū cura negligi posse, ac sub incerto pastore manere. Sicq; sub hoc timore, homines diligentiores ad petendum iurā sua debitis temporib; reddentur. Nec, ut dixi, in hoc magnum, & irrecuperabile prædictum negligētib; infertur, cū eius ius per istam regulam non annullatur, sed suspenditur durante iuria possessorib; triennali, quo mortuo, de iure suo actor experiri poterit, cum regula ista personalis sit, tanum possessorib; triennalibus fauens, non alteri successori. Nec mirum, si actor per tam modicum temporis spaciū, excluditur a iure suo, cum minore tempore, & fortassis breviori negligētia, beneficiati priuari beneficij suis soleant, ut patet toto titulo de cle, non resi. & tradit; notabiliter Abb. in.c. capitulum, colim. si. de refcr. Nec obstat, quod dictum est de sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, quæ quando quis fecit esse iniustam non defendit victorem in foro conscientiā. Quia ad illud respondet notabiliter Abb. in consil. lx. incip. in causa, & questione. in. ii. col. lib. ii. vbi ponit vnam regulam, q̄ quando peccatum est remissibile per partes, talis sententia, licet iniusta, iudicatorem in utroq; foro defendit, ut ibi latius exempla ponit, quæ uideantur. Et ad hoc facit dictū Bar. in. l. fiscus. ff. de iur. fisc. qui dicit, q̄ licet ius pendentia constituerit possessorēm in mala fide, est verum, quando est pronunciatum contra eum, alias secus. Cū igitur in casu nostro impetrans negligens fuit, sicut potuit beneficium suo renunciare, ita tacite promittere, q̄ alter in eo ius excipiendi acquirat, ex qua patientia videtur quedam tacita renunciatio induci, ut in capitulo ex ore, de his, quæ si. a ma. pat. cap. & in cle. gratia, de rescrip. Et ita, cum ista opinione, Rota in praedicta causa conciliat.

Quæstio Quadragesimateria.

QVADRAGESIMO TERTIO Quero, t̄ quis tenetur probare titulum esse coloratum, ad effectum istius regulæ, si negatur esse coloratum per agentem, contra triennale!

C SOLV T I O. Ut breuiter concludam, ipse actor probare tenetur, quia possessor triennalis, ad petitionem pat. is, titulum suarū possessionis ostendere, nec probare tenetur, ut nos stat Compostell. in.c. capitulum, in glo. magna, de rescrip. & Archī. in.c. contra morem. c. distinct. circa h. Et ideo actor non audiatur, nisi prius aliquid probet, per quod appareat reum triennalem possessorēm, non habuisse titulum coloratum, ut in. l. cogi. C. de pet. fīg. re, t̄ Sed ad iudicis requisitionem bene tenetur reus possessor titulum ostendere, & probare, ut dicit expresse Abb. in cap. cum nostris, in fī. de concess. præben. per plura iura, quæ Archi. allegat in. d. c. contra morem. Et in terminis istius regulæ hoc expresse tener ille excellens Glōsator concilii Basilién, de quo in pragmatica Franciae: it. de pacifi, posse in verbo coloratum, columnā. vi. versic. circa secundum. fol. cxxii. in. ii. col. quia quoad superiore inquirentem de titulo, nihil impedit triennalis possesso, ut Fely. tradit; in cap. licet heli. de simonia. & in. c. illud, de presump. & in. c. sicut, in. xvi. col. de re iud. Et quia ista est communis opinio, quæ in iudicando teneri debet, amplius non insisto.

Quæstio Quadragesimaquarta.

QVADRAGESIMO QVARTO Quero, t̄ an impetrans beneficium vienit, & postea possidens vigore illius impetratōis per triennium, possit mortuo illo per cuius obitum impetravit, uti priuilegio regulæ contra alios impetrantes?

C SOLV T I O. Videur concludendum, q̄ non, quia ultra hoc, qd̄ possessor est inhabili, ut patet supra in regula. xx. & ibi dixi non tamen diciunt, possesso a iure approbata, ut dicunt docto. in. c. i. & ii. & c. literas, de concess. præben. Nec ille titulus possit dici coloratus, ut dicit decisio clara. xxi. in titulo de rest. spoli. in no. incip. si agenti, quam sequitur Milis in uerbo possessorio recuperāde agens. Et ita obtinuit Angel. de Cellis. in una Aquē, capellanis, corā D. Mercurio, & licet iste triennalis uideatur habere titulū, fuit tamen ab co-
datus

REG DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXVII

- 2 datus qui non potuit dare: t̄ Nam etiam papa non potest conferre beneficium viuentis, quia tali modo illum inauditum, & sine causa priuaret, quod fieri non potest, ut traditur in capitulo quæ in ecclesiarū de consti. & in capitulo primo. de car. poss.
- C**breuiter putarem ita distinguendum, q̄ aut ante obitum illius cuius beneficium impetrat, possessor fuit in possessiōne per triennium, & talis possesso non suffragatur per supra dicta, quia est de beneficio non vacante, ac etiam, quia duo insolidum eo tempore eandem rem possidere non possunt. Aut vero post eius obitum iste, qui impetravit beneficium viuentis possedit triennio, & tali casu videtur posse adiuuari regula. Non obstat, q̄ nō habet titulum coloratum, quia responderet esse verum quoad alios effectus iuris communis, se-
3 cus vero est quoad effectum istius regulæ, t̄ quæ omnem titulum reputat coloratum, nisi in duobus casibus exceptis in ea, dummodo ille titulus fuerit ab eo datus, qui alias originaliter conferre poterat. Et in dubio titulus præsumetur coloratus, nisi probetur contrarium, & vt dixi in pro. i.ma præcedenti. q. sufficit enim, q̄ onus probandi contrarium incumbat actori triennali possessori ad presumptionem coloris, q̄ tolleratus fuerit per superiorēs suos, qui singulis annis visitare beneficiatos, & videre titulos possessorum solent, ut dicit Fely. in. c. licet heli. per illum tex. de simo. & in. c. ordinarii. de off. ord. lib. vi.

Quæstio Quadragesimaquinta.

- Q**VADRAGESIMO QVINTO Quero ponamus, t̄ q̄ vnu possedit beneficium triennio, & titulo non colorato in tertio anno superuenit titulus coloratus, an possit post triennium inquietari, ut iurietur regula?
- C SOLV T I O.** Pro parte affirmativa, videlicet, q̄ talis possessor, exceptiōe istius regulæ defendatur, adducitur primo, quia pendente tempore possessionis suarū ex inualido titulo, ceperit, non prohibetur quis validum ius acquirere, nec dicitur propterea immutari possesso, nec requiritur alia apprehensio possessionis de novo, ut est tex. in. l. certe. q. is qui. ff. de preca. & tenet Bal. in. l. aquam. in. ix. col. versiculo super secundo puncto. & versiculo, sed pone. C. de ser. & aqua. **P**raterea quia ex quo ille possessor propter titulum non coloratum non fuit inquietatus, sed tolleratus per superiorēm si postea compleat triennium cum colorato titulo, & sine aliqua molestia videatur posse adiuuari regula. arg. tex. no. in. c. penit. de sup. neg. præla. Et pro parte ista facit tex. in. c. ex parte. de concess. præben. & in. c. postulasti. de cle. ex. mi. & quod no. Spe. titulo de primo, & secundo decreto. q. videndum, versicu lo sed quæ est ratio. & Archidia. in. c. ordinationes. i. q. i. Et quæ dicunt Bar. & Bal. in. l. co gi. C. de pet. hæc. Accedat illud, quod scribit Oldra. in consil. ccxix. quidam &c. vbi dicit, t̄ q̄ licet quis incipiat perperam litigare, tamen potest ex iure de nouo sibi obuenienti, lite pendente, vincere, neq; propterea dici calumniosus.
- C**In contrarium facit, quia tex. hic requirit ab initio possessionis titulum coloratum iūcto cum possessione triennali, ut patet ibi, ex illis verbis ex apostolica, vel ordinaria collatione, illorum, ad quos collatio, vel prouisio pertinet, & ibi per triennium possederit &c. Requisit ergo regula titulum, & q̄ cum eo per triennium possideat: t̄ Nam pondero primo illa verba ex apostolica &c. quæ ratione dictio ex, denotant actum immediatum, per quem quis possidere debet, ut no. Bar. & Ias. in. l. non dubium. C. de leg. & in. l. i. q. ex incedio. ff. de incend. rui. nau. Rursus pondero illa alia verba per triennium: Nam dictio per, denotat rem perfectam. l. urbana. q. pernoctare. ff. de verb. signi. t̄ Et illud dicitur perfectum, quod ex omnibus partibus suis integralibus, idest, ex principio, medio, & fine constat. l. i. ff. de origi. iur. cum concor. ut ibi in glo. requirit ergo regula, q̄ totum completem triennium cum titulo possidat sicut in vsu capionibus videmus, q̄ triennium continuum requiritur, ut in. l. nunq. q. in vsu capionibus. ff. de vsu cap. & in. l. i. C. de vsu cap. transfor. Cum igitur in casu nostro possessor non complevit triennium cum colorato titulo per consequens nō debet gaudere priuilegio regule. Et pro ista parte facit. d. l. certe. quæ considerat initium quoad hoc, ut quis dicat precario possidere, ut patet ibi in uerbo precario cepit possidere, & id est de iure canonico, ut no. in summa. xi. q. iii. & .iv. vbi in prescriptione non solū initii, sed et uniformis possesso attenditur. Postremo pro ista parte facit, t̄ quia qn̄ quis a principio possidet sine titulo, vel cū inualido, si postea superueniat titulus validus cestetur quis cām possessionis sibi mutare. l. nō solū. q. vulgo. ff. de vsu. & vide, q̄ dicā in seq. q.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Quæstio Quadragesima sexta.

VADRAGESIMO SEXTO Quarto, f dictum fuit, q regula ista requirit continuum triennium, & non interpolatum, quid si possessor triennialis possidet per triennium continuum, sed virtute ducsum titulum? Nam per duos annos possedit vigore viuis tituli, tertio vero anno voluit possidere virtute alterius tituli fortasse melioris, nuncquid iuuetur regula?

ESOLVTO. Tota uis est videre nunquid iste possessor per hanc causam possidendi mutare sibi videatur. Et Rota in una Placita. præpositura coram R. D. Jo. Clerici inter Io. mariam, & D. episcopum Cesenaten, tenuit, q sic: Nam ibi episcopus a principio per se positionem tenebat titulum non colorato, postea impetravit nouam præpositionem, vige re cuius possidebat, & postea expoliatus fuit. Rota tenuit illum esse restituendum, f quia per superuenientem titulum noue præpositionis causam possessionis mutare visus fuerat. In d. se l. 5. q vulgo. ff. de vñcap. Et hoc sine dubio verum videtur quando anniversaria mundandi adebat, alias secus, ut dicit Socin. in conf. cxxxi. col. iii. in. i. volu. Et sequitur Decius in quedam cōfilio cuius numerum amisi, & ratio ponitur per Bar. Angel. Imo. & Alex in l. iii. in princ. ff. de acquiren. poss. vt ibi per eos. Et secundum hoc casus istius, q. videatur decisus: Nam ex quo secundus titulus obuenit possessori, tertio anno noua fuit possessio, que non sufficiebat ad istam regulam, quia ista possessio est diuera a prima, que non erat et sufficiens cum esset duorum annorum. Ita, q talis casu dictus possessor regula ista non poterit, cum non fuerit triennialis viuere viuis tituli.

Sed adiudicandum est, q si in praefenti, q. præsupponimus primam possessionem teneri vi gorem boni tituli nunq superuenientia noui tituli immutat priorem possessem, quia stan te prima possessione, secunda acquiri non potest, & ideo requiritur ad hoc, ut ex secundo titulo noua possesio queratur, q prima possesio effectualiter dimittatur, & nunc secunda quæ potest ex superueniente iusta causa, iure tituli, quod est verum, nisi prima possesio esset mera detentatio: Nam tali casu sine dimissione illius detentorius ex superuenienti titulo noua possesio queretur, vt notabiliter declarat Angelus are. i. in. 5. nūc sime. col. fi. insti. de vñca. Et secundum hoc procedit decimo Dominorum in d. causa Placita. præpositurae. Et licet Soci. in. l. iii. q. ex pluribus versi. tercia cōclusio. ff. de acqui. poss. voluerit non esse necessariam dimissionem primæ possessionis, quoad effectum acquirendi nouam. Tam enī contra cum est communis op̄i pro qua est tex. in. l. qui bona. q. fi. vbi. Paul. Rapha. cu. & Alex. hoc declarant. ff. de acqui. poss. quos sequitur D. Guliel. Casiiodorus in titulo de resl. spol. decisi. iii. circa fi. Et secundum istam opinio. casus praefensis. q. recipit contrariam resolutionem primæ, vnde et q possidens per triennium continuum facie vigore duorum titulorum possit exceptione istius regulæ iuuari, ex quo per superuenientiam secundi tituli primam possessionem non amisi, nisi effectualiter illam dimitteret, & al teri traderet, faciunt ad predicta, quæ dixi in praecedent. quæstione.

Quæstio Quadragesima septima.

VADRAGESIMO OCTAVO Quarto, f quia hic sit mentio de intrusio ne, vt patet ibi dummodo in beneficiis huiuscmodi se non intruscent &c. Quis dicatur intrusus quoad effectum istius regulæ?

ESOLVTO. Intrusus de iure communi potest dici quis octo modis, quos narrat Fely. in. c. veniens. in secundo notabilis. de accusationib. & recausum Moder. in tract. beneficij. in. xi. q. tertie part. sed mihi magis placet diuiso, quam ponit Gemi. in. c. propter. xix. dist. quem sequuntur latius. Moder. in tract. electio. q. xvii. Dicunt enim, q intrusus in iure capitur quinq; modis: Nam ille dicitur intrusus, qui non de licentia superioris, sed propria, vel parentum autoritate, & absq; vña confirmatione occupat beneficium, ut sunt illi, qui nullum habent titulum, secundū Inno. in. c. nihil. inglo. magna circa mediū. de electio. facit tex. in. c. alienationes. xii. q. ii. & est glo. in verbo meuebat. in fi. in. c. bona. el primo. de electio. cum similibus. Secundo dicitur intrusus ille contra quem est lata sententia de positionis, a qua non fuit appellatum, & maner in possessione. Ita tenet Inno. in. c. qualiter. el secundo. de accusa. in glo. magna. Tertio dicitur intrusus ille, qui ante confirmationem fuit

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXVIII

sua electionis, vel lit. pend. administrat, ut in. c. secundo de rest. in incg. & in. c. cum iari dudum. de præb. Quarto dicitur intrusus, qui habet titulum, & posse possit, ut habeat potestatem conferendi, quia pertinet ad alium collatio, vel publice suspensus erat, ut est tex. in. c. fi. de exec. præla. & in. c. quia diueritatem de concep. præ. Quinto dicitur et in trusus is a quo alter fuit expoliatus, ut dicit tex. notabilis secundū vnu intellectū in. d. c. fi. Et ista omnia de plano procedunt de iure communi, sed quoad effectum istius regulæ est videndum nunquid omnes prædicti, vel aliqui eorum possint dici intrusus. Decius in confi. cxxi. col. fi. enet, q regula ista, quæ repellit intrusos intelligitur de prædictis, & hoc idem te ner Barr. Cassaneus in confil. xx. colum. vii. numero. 3. 6. Tamen hoc non est verum, quia ipsi forte, quia non uerati sunt in curia non intellexerūt titulum eius, nec obserua iones Ro 3. ex. Dicas ergo sic, q intrusus ad effectum istius regulæ dicitur tribus modis. Primo modo dicitur intrusus omnis ille, qui non habet titulum verum, vel præsumptum. Secundo dicitur intrusus etiam ille, qui habet titulum, sed non ab eo, q. non habet potestatem conferendi, qui nullo modo dicitur habere titulum coloratum, secundum docto. superius allegatos. Tertio modo dicitur intrusus ille, qui in altero ex duobus casibus hic exceptis prouideri obtinuit de beneficio etiam si habuerit titulum ab eo, qui originaliter conferre potuit. Primus casus hic exceptus est quando quis per simoniam beneficium consecutus fuit, etia a pa pa. Secundus casus est quando est aliquis prouisus de beneficio reseruato reservatione in corpore iuriis clausa non facta mentione istius regulæ. Et licet aliqui voluerint, q ille, qui habuit beneficium per simoniam ab eo, qui habuit potestatem conferendi non dicatur intrusus, licet non habeat coloratum titulum requisitum ad istam regulam, respondentes ad verba istius regulæ, de intrusione loquentis, videlicet, q referantur ad secundum casum de beneficio reseruato, ita q simoniacus, & intrusus ponantur ut diuersa. Tamen Fely. in. c. in nostra. secundo corr. a fine. de rescrip. confutat illam differentiam, ut ibi latius per eum. Quantumad istam regulam sicut est intrusus habens titulum etiam a papa de beneficio reseruato, ita & habens titulum per simoniam, & exceptis istis, omnes alii enumerati superius per præfatos doctores, licet dicantur intrusus de iure communi, & inhabiles, quod plures effectus iuriis cōmuni, quos distinguunt Moder. in tract. electio. q. fi. & non dicantur habere etiam titulum coloratum, ut dixi in alia. q. Nihilominus ad effectum istius regulæ non dicentur intrusus, nec inhabiles, neq; discoloratum titulum habere. Et hoc secundum intellectum communem Rotæ, quod videntur sentire præfati Moder. in. d. tract. elect. q. xvii. in fi. dum volunt, q vbi constitutio est penalitatis non includuntur in ea omnes species intrusoris, de quibus superius mentionem fecerat, ex mente Gemi. in. d. c. propter, sed solum includentur veri, & proprie intrusus, ut sunt illi de quibus superius diximus.

Quæstio Quadragesima octaua.

VADRAGESIMO OCTAVO Quarto, f minquid dicitur intrusus ille, qui ingreditur possessionem cum titulo præter authoritatem superioris?

ESOLVTO. Glosator hic in. vii. col. & Glosator pragmaticus dixerunt eū esse intrusum. Tamen adiudicandum est dictum istorum non esse verū ad effectum istius regulæ, sed dictum eorum procedit quod casus iuri s. cōsis, quia quoad dispositionē istius regulæ illi tm̄ intrusus dicuntur, qui in casibus hic exceptis notantur, in quibus et si cum authoritate superioris possessionem ingredenterur, intrusus dicuntur quoad effectū istius regulæ, sed extra illos casus habens coloratum titulum si vigore illius accepit possessionē propria autoritate sine licentia superioris, & eam per triennium pacifice continuavit, tūtus erit exceptio istius regulæ, neq; ille ingressus possessionis impedimentum illi præstabat, quomodo non exceptio istius regulæ vti possit, licet quoad effectus iuri s. cōsis hīmōi intrusio consideretur, & attenditur, ut latius prosequitur idem Glosator in. d. pragmatica. & Moder. in. c. cum qui. de præben. lib. vi. Et dixi in regula de annali. q. xlivii.

Quæstio Quadragesima nona.

VADRAGESIMONONO Quarto, f an ista regula defendat possessorem in beneficio contra habentem regresum in specie ad illud?

ESOLVTO. Domini s. x. tenuerūt, q s. x. moti illo fundamento sepius replicato in aliis quæstionibus, videlicet, regulam omnem possessorem coloratum defendere, nisi in casibus hic expressis, vñ simonia, & beneficij reseruati reservatione in corpore iuriis clausa,

COMMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

in omnibus alii regula manet firma in casibus non exceptuatis. vulg. l. nam q̄ liquide. ff. de penū leg. c. quoniam. vbi Abb. de coniu. lepro. cum similibus. Ita est ratio per quam penē infiniti casus super ista regula decisi fuerūt in Rota, ut in præcedētibus quæstionibus vñsum fuit. ¶ Sed adiuvē diligenter, quia in primis ista ratio non videtur solida, quia liceat hic non excipiātur, nisi duo casus, tamen casus excepti recipiunt extensionem ad alios casus similes ex identitate rationis, ut est tex. in. c. cum dilecta. & ibi Abb. in. v. notabili. de confir. vtil. vel inutil. Et hoc procedit etiam si casus exceptus cum dictione taxativa excipit, retur, quia propter hoc non excluduntur casus similes vbi est maior, vel eadem ratio, ut declarat Ias. in. l. prima. in col. penul. ff. de offi. eius. per tex. in. l. ob. æs alienum. C. de prædicto mino, quem tex. habui in punctis doctoratus mei. Sed in regressu est par, vel maior ratio quare etiam excipi debet regula, ergo in eo regula non habebit locum, sicut non habet in duobus casibus exceptuatis in ea. Quid autem in regressu sit par, vel etiam maior ratio, quam in casibus exceptuatis hic patet, quia ratio quare beneficium reseruatum in corpore juris hic excipitur, est propter decreum irritans, t̄ q̄ afficit titulum, & possessionem, & per consequens tollit colorē, ut dicunt domini in decisione. xvi. in no. alias est decisio. iii. in titulo de rest. spolia. quam sequitur simpliciter Philip. fran. in. c. bona. in. v. colum. versic. vii. & ultimo. de appell. & Fely. in. c. si cōfiterit, in. fi. de accusa. & late Abb. in disp. Titius clericus. col. ix. Et latius hoc probat deci. iiiii. de rest. spolia. in antiq. cū qua cōcordar deci. xvii. co. ti. in anti. cū concor. traditis p. Corsettū in tract. q̄ spoliatus an oīa debeat resti. in xli. fallēria. & ita seruat palatiū, ut dicit. d. deci. iiiii. Nā decreū irritans nō solū disolorat, & annullat titulum, & possessionem, sed etiam ipsam detentationem infectam, & vitiōsam reddit, adeo, ut omni administriculo iuris careat, ut dicit notabilis decisio prima. in titulo de rest. spolia. in antiquioribus. Præfertim col. fi. & sequitur Bald. nouelius in repeti. §. nihil commune. ultima chart. ff. de aqui. poss. Nam decreut irritans est tam maligne natura, q̄ quicquid inuenit, delruit, & in oppositum ducit, ut. c. si postquam de electio. lib. vi. & in cap. quodam. de præben. & c. primo. de concess. præbend. eo. lib. Si igitur decreutum generale tantum operatur in beneficio reseruato, ut in eo color possidendi quoad priuilegium istius regulæ, & remedia possessoria, que alias sunt inducta in fauorem spoliatorum impediunt, quanto magis debet operari decreutum specialis regresus certo corpori beneficii 4 apposuit; t̄ Nā clarum est, q̄ magis videtur aff. certe ea, quia specialiter disponuntur, q̄ ea, que generali decreto sunt dicta, ut in notabili casu tradit. Lap. alleg. lxxixii. in. xii. col. veru. fed verum est dicere &c. secundum primam impressionem, facit, quæ dicit Abb. in c. i. in. vi. col. parua. impressionis. de reſcrip. Et de hoc est tex. in. c. quamquam. xxiii. dist. & c. in. c. si aduerſus. de hære. ¶ Accedit, t̄ quia licet ista regula sit possessoribus favorabilis, tñ negari non potest, q̄ in eo, q̄ contra desides præscriptionem inducit, dicitur odiosa, ut tradit Bar. in. l. si. in. prin. ff. de eo per quem fac. erit. sequitur Pet. de ancha. in consil. v. col. pen. Sed præscriptio istius regulæ inducta est contra negligentes, ergo erit odiosa, & per consequens debet restrinxi in quantum possimus, iuxta. c. odia. de reg. iur. lib. vi. cum vulga. ¶ Tamen tenendo primam op̄i. ad istud motiuum potest responderi, q̄ in simonia, ac in refusatione, de quibus excipit iste tex. est longe diuersa ratio, q̄ in decreto regresu, ex eo, quia in simonia propter derestationem criminis, quod tam magnum est, q̄ cetera peccata, respectu eius, quasi pro nihilo reputantur, ut in. c. tāta est labes. de simo. regula iuris transgrediuntur, & in istis beneficiis in quibus magna puritas requiritur cōtra simoniaeos omnia iura clamāt, & talibus auxilia sua denegāt, & eodem modo in alio casu hic excepto, videlet, in refusatione in corpore iuris clausa, cuius decreutum est notoriū a iure cōmuni inductum, quod ignorari non deber, nec presumuntur. c. i. de const. lib. vi. & l. leges fas cratissime. C. de legi. Et illa notorietas facit, q̄ possessor titulus, & omnia discolorentur, & t̄, quia in dicta refusatione in corpore iuris clausa, sunt plura alia specialia ultra communes regulæ, que in regresibus non militant, ut dixi superius in. xlvi. q. Merito isti casus excepti habent speciale rationem. Cum igitur in regresu illa non concurratur, ideo casus excepti in isto tex. procedunt in casu nostro. Nec possunt extendi ad regresum in quo nō militat cadem ratio, quia cum sit facti, & in factō constat, ignorari potest, & in dubio in factis aliens præsumuntur ignorantia. Et ita in una Compostellana canonicaus, & præbencoram R. P. D. Marcello. ix. Junii M. D. xxxvii. fuit per dominos, exceptis duobus, conclusum, t̄q̄ decreutum appositum certo corpori beneficii non inficeret possessionem triennalem.

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXIX

lem, quominus possessor possit vti exceptione regula. Et hoc per illam rationem, quia sufficit possessori habere originaliter titulum ab eo, qui conferre potuit, licet ex accidenti fuerit impeditus quod effectum istius regulae, exceptis illis duobus casibus habentibus specialia rationem, in quibus nullus color iustificat possessionem, & ita diu, & sape interpretatione Rotæ receptum est. Nec obstat, q̄ ista regula ex quo videtur quandam præscriptio ne contra negligentes inducere dicat odiosa, iuxta dictū Bar. in. d. l. fi. quia respondetur illud procedere in præscriptio. xxx. uel. xl. anno. de qua ibi loquitur Bar. quæ non est similis præscriptioni per istam regulæ inducere si quoquis modo præscriptio dici possit. Sed porius regula ista vñscaptioni triennali adaptari potest, quæ est favorabilis, vt Bar. in. d. l. fi. dicit itaq̄ arg. factum in contrarium retroqueri potest. Quanto magis, q̄ remedium istius regulae, nec præscriptioni, nec vñscaptioni æquiparari potest, proprie loquendo, ex eo, quia in præscriptione verus titulus, & bona fides requiritur, hic vero sufficit titulus coloratus absq̄ bona fide, ut superius in alia. q. diximus. Neq; etiam vñscaptioni adaptari potest hæc dispositio regule, ex eo, quia p. vñscaptione acquiritur verum dominium, ut est glo. in. l. traditio nibus. C. de pact. Sed hic non acquiritur triennali possessori, nisi nuda exceptio, aceriam, quia in vñscaptione titulus, & bona fides requiritur, quæ, ut diximus, hic cessant. ¶ Non obstat, q̄ decreutum disolorat possessionem, adeo, q̄ spoliatus non debet restituī. 7 per ea, quæ superius allegata sunt, t̄ quia verum est, q̄ decreutum reseruationis disolorat quoad effectus iuris communis, ut late scribit. d. Guliel. in quadam decisione sua posita in titulo de rest. spolia. incip. proutius. Et sic etiam titulus non coloratus dicitur multis modis quoad effectum iuris, ut superius late dixi in quadam. q. Tamen quantum ad consequēdam exceptionem istius regulae nullum decreutum possessionem, vel titulum inficiatur, vel disolorat, nisi in casibus exceptis regula. Itaq; omnis titulus diceatur coloratus quoad ista regula, nisi in casibus expressis. ¶ Nec obstat, q̄ casus excepti non excludunt extensionem similiū, quia respondetur casum istum esse longe dissimilem. Et præsupposito, q̄ esset similis, t̄ non debet fieri extensio quādo exceptio casum sit ab statuto, & non a iure communī, prout dixi respondendo ad istud contrarium, in alia. q. per doctrinam Abb. in. c. ad audiētiam, in primo notabili. de cle. non refid. Et ultra ista alia etiam ratio concurrat quare spoliatus subjectus decreto non restituitur: Nam illud inductum est ne in beneficialibus deatur vitiōsus ingressus, qui magis in auctore est considerabilis, q̄ in reo, ut in. c. primo. de ec. qui mit. in poss. lib. vi. Sed hic agitur de defendendo reo in possessione sua triennali aduerſus negligentem ius suum infra triennium prosequi, t̄ igitur tanq̄ diuersa debent diuersa iure cōseri. l. Papinianus. ff. de misno. Præfertim, quia reo facilius conceditur exceptio, q̄ auctori actio. l. prima. §. q̄ autem. ff. de superficie. no. l. as. in. l. impuberibus. in. fi. ff. de acqui. hære. Nimirum igitur si spoliatus actor contra decreutum non auditur, reus vero exceptione defenditur: Nam turpius efficitur, 10 quam non admittitur hospes, ut dicitur in. c. quemadmodum. de iu. iur. t̄ Et quia favorabiles esse debemus reis possessoribus, q̄ auctoriibus, iuxta l. favorabiliōres. ff. de re. iur. quia in pari causa potior est conditio possidentis. vulg. c. in parti. de re. iur. lib. vi. & c. si a fede. de præben. lib. vi. Præfertim quia non petens beneficium suum per triennium videtur illud habere pro derelicto, iuxta no. per Abb. in. c. contingit. de dolo, & contu. t̄ Et etiam, quia decreutum appositum in regresu, uel alia quacunq; gratia non haber effectum, nisi volente, eo in cuius fauorem est appositum, ut in. c. primo. de concess. præben. libro sexto. cum cor. ut tradit Rota in decl. ccccxxii. incip. nota primus. & c. in antiquis. & Moder. in. l. ne mo potest, vbi Areti. & Clau. A quen. in. iiiii. column. de leg. i. Decius in. l. pacta quæ contra. C. de pact. & illo decreto per triennium non utendo videtur tacite illi renunciare, arg. c. ex ore. de his, quæ si. præla. Et quod dictum est in decreto gratiarum idem est in decreto regularum, & extravagantium, que non impeditum effectum istius regulae. Propterea videmus, q̄ possidens triennio vigore collationis ordinarii beneficium reseruatum per regulas, vel extravag. est tutus exceptione istius regulae, nisi in casibus exceptis in ea, ut est dictū superius in aliis quæstionib; alias si contrarium diceremus facilius reddetur, ista regula fruſtratoria, & penitus inutilis, cum hodie in quibuscunq; prouisionib; etiam de vacantibus apponitur decreutum irritans, itaque nunquam habere locum regula, quod non est dicendum. Diligentia igitur opus est ne incidat quis in regulam quoniam vigilatibus scripta est; t̄ Et extra illam regulam quid operetur decreutum appositum certo corpori beneficii

in regressu, uel literis de beneficio vacatu, uel de vacati, videnda est lata decisio. d. Casiel, incip, decisio tertia in titulo de resti. spolia. Et ista omnia, quae dicta sunt de decreto apposito regresfui, & incerto corpori beneficii, qd non impeditant exceptionem, istius regulæ. Non solum procedunt quando exceptio istius regulæ allegatur per possessorem triennalem contra prætententem regressum sed etiam quando possessor non triennalis excipit de triennali possessione prædecessoris sui, contra quem poterat excipi de regressu, quia talis excepio etiam iuuat possessorem contra agentem vigore regresfus. Precur in vna Neapolita na ecclesie sanctæ Mariæ fuit conclusum per dominos coram R. D. Marco Antonio die xix. Nouemb. M. D. xxxv. pro Ioan. Cauart contra Ioan. Baptistam de Baldassinis. Et hoc non tam fuit tantum virtute regulæ, quam alleg. Lap. lxxxix. dantis fomentum, quia ex quo prædecessor Ioan. Cauart fuerat triennalis poterat habere ad di. Ioan. Baptista cassatio nem regresfus, uel habere titulum meliorem exclusum regresfus, quem quidem prædecessoris titulum Ioan. Cauart possessor non tenebat iustificare, quia satis est ad presumptionem iustitie inducandam prædecessorem suum triennio postdisse ad excludendum contrarium, prout dicit Oldra. in consilio. cxxix. Nam iuris presumptio est pro eo, qui allegat titulum prædecessoris, iuxta not. per innoc. in capitulo cum olim. de priuilegiis, quod sufficit in beneficialibus, ut tradit. Innoc. iti. c. ex parte. de rest. spolia. & glo. in clem. prima. de cau. poss. ¶ Tamen aduertendum est diligenter, quia omnia prædicta, quæ de re regressu dicta sunt, & declarata fuerunt per Rotam procedere quando habens regresfum sciebat uacationem beneficii ad quod regresfum habebat, & distulit per triennium agere contra possessorum, quia tunc sibi imputandum est, secus si ignorabat, quia tali casu tenuerit domini isti regulæ non esse locum. Ratio fuit, quia contra ignorantem non currit præscriptio, ut in uulg. l. prima. de an. excep. & capitulo quia diueritatem. de concess. præben. nisi talis ignorantia fuerit crassa, uel supina, ut in capitulo secundo. de const. libro sexto. Et ita de hoc anno M. D. XXXIX. in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus di. erunt domini nucoram R. D. Ioan. Paulo Iulio, & ita se habet iste stilus in Rota, scrutatus in pluribus aliis causis.

¶ Quæstio Quinquagesima.

VINQVAGESIMO. Quæro, & an regula ista existentem in qua possesso ne pacifice, non soluendi pensionem per triennium defendat, quando agitur contra ipsum ad priuationem, & regresfum, ob non solutionem?

SOLVATIO. Hac quæstio tres in se continet difficultates: Prima est, quando alius quis non consentit personaliter pensione super beneficio, sed prædecessor, quo mortuo iste successit in beneficio, & in eo stetit pacifice per triennium, in quo non solvit pensionem, nec illi bullæ fuerunt intimatae. Secunda, quando disputatur post triennium, utrum beneficium sit obligatum pensioni, vel non. Tertia, quando beneficiarius personaliter consensit pensioni, & regresfui, ob non solutionem. Circa primam videatur dicendum, regulam huiusmodi possessorum defendere, quia dicitur hic in tex. qd si quis possederit beneficia, qualiacunq; sint, per triennium nequeat molestari. Illa enim uerba, qualiacunq; quæ generalis sunt, comprehendunt pensionem, vt dicit Ioan. Andr. in clem. quoniam. §. certe rum per illum tex. de uita, & ho. cler. sequitur Paulus Romanus antiquus in tract. pœlio. q. i. Nam imputandum est illi, qui tanto tempore pensione petere distulit, qui vigilantibus, & non dormientibus ius scripti est, vt dicitur in. l. si pœpillus. in f. ff. de his qui in frau. cre. Ecista est peena negligentie in istis, que vnu consumuntur, qd si infra triennium non petat, que sibi debentur, vnu capiuntur, vt in. l. i. ff. de vnu cap. & in. §. i. insti. eo. tit. Nec de alio, qd de se ipso pensionarius conqueri potest, qui neglexit ius suum prosequi, & ideo videtur tacite consentire, & se isti poenæ subiecisse, arg. l. imperatores. ff. de iur. f. s. viam enim, qd elegit, ipsa illi patet. l. si mulier, ad vell.

¶ Breuerit prædictis non obstantibus, circa primam difficultatem huius .q. contrarium dixerit Dñi super regula de annali, vt latus ibi dixi, & idem hic dicendum videatur. Ratio est, quia ista regula loquitur, quando aliquis molestatur super ipsius beneficis. Istam enim verba, titulum beneficii conceperunt: Nam dictio super, proprietatem denotat. l. codicillis. vbi Bartho. deleg. iii. c. cui super, de offic. deleg. quæ diuersa est a pensione. Et licet alias verbum

verbū, qualiacunq; pensiones comprehendere possit, illud procedit, quod materia subiecta hoc patitur. Sed illa repugnante, verba illa generalia recipiunt restrictionem, de has bilibus, ut est glo. nor. in. §. sed hæc solennia. insti. de uerbo. obliga. ¶ Ita sertim, quia beneficium transfertur in alium cum onere suo, & possessio triennalis non tollit illud pensionis onus, quod impositum est, non super titulo beneficij, sed super fructibus, & illi fructus sunt obligati pensionario. Vnde qua ratione, si possessor beneficij conuenienter super fructibus non posset defendi ista regula, & quia causa fructus est profana, & non beneficialis, vt nota. in cap. secundo. vt lit. pend. lib. vi. Eadem ratione, & quando agitur super pensionem, quia ita se habet pensio, responde tu beneficij, sicut ususfructus, respectu proprietatis. cap. ii. de pig. & in. c. possessiones. vii. q. i. & in capi. quicunq; xii. quæstionē secundam. ¶ Circa secundam difficultatem videtur idem concludendum, propter easdem rationes. ¶ Circa tertiam nulliant fortiores rationes, vt idem dicere debeamus. Nam ultra hoc, qd ista causa priuationis beneficiorum, ob non solutionem pensionis, sit causa profana, & non beneficialis, vt nota. in clemen. diffendit. de iudic. possessor beneficij, ex quo a principio, medio, iuramenti consensit, hinc priuationi in euentum non solutionem, non potest post triennium allegare ut pitidinem suam, nec potest a peritio excusari, nisi adimpliat in forma specifica. c. delitos. res. &c. ad nostram. de iure iuram. Et imputet sibi quare consenserit, quia si eo non soluente, contra eum ad priuationem proceditur, non sit illi iniuria; quia volenti, & consentienti non sit fraus, neq; dolus. Non enim debebat se sub iuramento ad soluendum obligare, si pensionaria decipere intendebat, confusus beneficio istius regulæ. ¶ Deceptis enim, & non deceptis, utrilibet iura subuenient. c. cum uniuersorum. de re. permittit. Restituar ergo beneficium quod accepit, aut soluat eis pensionem; quia contra honestatem uideretur, si possessor defineret beneficium meum, & fructus. Regula igitur ista non procedit, isto casu; quia intentione pape non fuit parare tendiculum bona fide contrahentibus, ne inde nascantur iniuriae, vnde iura nascuntur, contra. c. qualiter, de accusationibus. & l. meminerint. C. vnde vi. Reliqua videnda sunt in regula de annali.

¶ Quæstio Quinquagesima prima.

VINQVAGESIMO. Quæro, & an exceptio istius regulæ obster excipienti de regula de non exprimendo vero valore?

SOLVATIO. Ista quæstio fuit proposita per me in una Areti, parochialis San. & Ciciliae, & longe anteua contingit etiam idem casus de anno M. D. xxii. de mense Iunio coram D. Ioan. Antonio de Tr. iulius, in una Barchinonæ, parochialis Sancti Vincentii, & pro parte negativa dicebatur prima facie, qd non, ex eo, quia regula requirit titulu coloratus, & tamen quando titulus est nullus per sententiam iuris, vel hominis non dicatur coloratus, vt saepe dictum est in aliis. q. & Abb. tradit in. c. cum nostris. in f. de concess. præben. & ante ipsum. Lap. alleg. xvi. cum concor. vt scribit Felyn. in cap. in nostra. in. xxvi. corolla. de rescrip. sed regula de uero ualore exprimere, annulat retro ipso iure titulum propter decretum irritans in ea appositum. Ergo possessio triennalis sequens nullius erit momenti, quia est nulla sine titulo. ¶ Præterea, & quia decretum irritans, dato qd non discolorat titulum, negari tamen non potest discolorare possessio, vt dicit decisio. ii. de do lo. & contu. in antiquiori. & est etiam decisi. iii. de restitu. spolia. in no. facit tex. in. c. si eo tempore. de electio. in. vi. & in. c. i. & ii. vt lit. pen. & c. ii. de præben. eo. lib. cum vulga. sed possessio discolorata non sufficit ad dandum aliquod fundamentum iuris, igitur, &c.

¶ Predicit tamen non obstantibus Rota, tam coram. d. T rimulio. qd ceram me, in causis predicitis conclusit contrarium; & præcipuum fundamētum istius decisionis fuit, quia iste tex. nō discolorat titulum, nisi in duobus casibus iam septius repetitis, videlicet, qd quis obseruit beneficium per simoniam, uel beneficium vacans in curia, exceptio enim istorum duorum casuum firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptuatis, & licet illi titulus subrepetitio, uigore cuius emanavit possessio triennalis, obseruit regula de ualore nō exprimendo, tamen ille titulus ab ista regula defenditur, que iuncta triennali possit: one in eodi negligenter tribuit malus robur, & per hoc tollit motuum de decreto irritanti. Praescitum quia negari non potest possessorem triennalem potuisse facile excusari ab obiectu dis. & regula ex quodam errore iuris dubii, vel potius ex errore facti dubii, iquo de facili errat,

attenta maxima difficultate probandi valorem, quā usū quotidiano experimur. Adeo, q̄ ta
les errores in praescribēdo excusant, secundum Abb.in.c. de quarta de praescrip. & in.c. ad
nostram. de reb. eccl. non alienan. cum similibus. Itaq̄ cum iste casus non sit de exceptis
in regula, concludendum erit exceptioni istius regulæ locum esse.

Quæstio Quinquagesima secunda.

QVINQVA GESIMO SECUNDO Quæstro, † an hereticus defendatur

CSOLVTIO. In vero heretico non credente regula non procedit: Nam si
regula de annali, quæ solam, & nudam detentionem sine titulo defendit, hereticum non
tuetur, vt ibi late diximus, quanto magis regula ista, quæ titulum coloratum, & veram pos-
sessionem requirit, illum defendere non debet, quæ quidem requisita in heretico cadere nō
possunt, ut in.c. cum secundum de hære. lib. vi. & tradit Bar. in.l. imperator. in f. ff. de ius
refil. Abb. in.c. vergētis, & c. si de hære. & in rubrica de tefta. in. ii. col. um. Et hoc adeo ve-
rum est, q̄ ex contracto initio cum heretico non solum dominium, sed nullum ius ei queri
tur. † Hinc est, q̄ aliena per hereticum possunt libere per inquisitorem reuocari. arg. eo.
rum, quæ dicit Bar. in.l. si debitor. ff quæ in fraude cred. & tener expresse Alberti, in tract.
juris patro. lib. primo. Carent enim tales omni auxilio, & privilegio iuris. c. si aduersus, de
hære. neq; ut dixi, possunt dominium rerum, neq; possessionē habere, ut in.c. quo iure. viii.
distinet, cum concor. vt ibi in glo. faciunt ea, quæ in alia. q. dixi de Simoniaco, qui pro eo,
quod testatur, vt hereticus excipitur ab ista regula, a fortiori iurus hereticus excludi debet.
¶ Nam si possessionem habere non potest, prescriptio sine possessione non procedit, vulg.
c. sine possessione. de reg. iur. lib. vi. Et per consequens non frueretur exceptione istius regu-
la, quæ possessoribus tantum tribuitur.

Quæstio Quinquagesima tercia.

QVINQVA GESIMO TERTIO Quæstro, † quia tex. istius regulæ requi-
rit triennalem possessionem pacificā, quæ dicatur pacifica possessio ad effectū regulæ

CSOLVTIO. Gemi. consil. lxviii. colum. penul. & si. post longam discus-
sionem concludit illum dici pacificum possessorum cui nulla controvicia iuris, vel facti iu-
dicialis, vel extra judicialis mota fuit, vt not. omnes docto. in. clem. gratia. de rescrip. que-
rum dicta in terminis istius regulæ adducit, & ponderat Franciscus de sancto Nazario de
Ripa nuncupatus in repet. rub. de caus. poss. & propr. in.x. colum. nume. 3. 9. Tamen quia
materia est paululum inuoluta super qua variarunt antiqui patres nostri, neque per Gemi.
aut prafatsum Moderni est satis discussa. Ideo eam altius repetendam duxi.
¶ In primis igitur aduentendum est, q̄ licet dicta Gemi. & aliorum docto. in dictis locis cō-
muniter reneantur, tamen prædictis aduersantur, quæ dicunt Inno. & Hostien. in cap.
constitutus. el secundo de appella. & Archi. in cap. licet episcopus. de præb. lib. vi. vbi uo-
luerunt, q̄ pacificus possessor dicitur ille, qui percipit fructus, licet illi moueatur lis super ti-
tulo beneficii. Et hoc idem voluit deci. iii. in antiqu. titu. de cau. pos. & prop. & deci. iii. de præb.
in no. in quadam additio. mouentur per. l. sciendum. q. si fundum. ff. qui satis. co. & argu. l.
intra. ff. de di. & temporibus praescrip. satis enim est secundum eos, q̄ de facto quis possi-
deat, licet super iure lis moueat. Sed quicquid sit hodie Rota tenet op. docto. in.d. clem.
gratia. rejecta opinio. Inno. & Hostien. quam reprobat Egi. deci. dxcvii. ¶ Et ideo pro-
vera intelligentia istarum op. istius regulæ, & a liarum de pacifica possessione loquētum
est notandum, † q̄ magna est differentia inter possessionem pacificam, quæ requiritur in ca.
licet canon. de elect. lib. vi. & eam de qua loquitur tex. in.c. de multa. de præb. Nam quoad
c. licet canon. sufficit pro pacifica possessione habere exercitū curæ, quamvis nō possidea-
tur maior pars bonorū, fed illa pacifica possessio non requiritur, q̄ sit continua, sed suffici-
t si statim non fuerit de iure, vel de facto turbata, prout dicit Egi. in dicta decisi. & cum misce-
rio dixi statim, quia si possessor statim turbatus non fuisset, sed per vnum, vel duos menses,
dumtaxat, sine dicta molestia possedisset, proculdubio ille pacificus possessor diceretur,
quoad effectū d. c. licet canon. hoc dicit glo. notabilis in.c. commissa. in versic. pacificam.
de electio.

de electio. eo. lib. quam ita ibi Lapis Archi. & Gemini. intelligunt. Et ista, vt dixi, proce-
dunt quicquid pœnam dicitorum. c. licet canon. & c. commissa. Sed quoad. c. de multa. ad effe-
ctum, vt quis primo beneficio curato per affectionem secundi beneficii ipso iure priuatur,
requiritur, q̄ affectio secundi non solum sit pacifica, quoad exercitum curat tantum, pros-
ut in dicto capit. licet. sed etiam requiritur pacifica possessio respectu omnium fructuum,
uel maioris partis eorum, vt dicunt communiter doctores in dicto capitulo de multa. Et
hoc idem requiritur, quoad capitulum cum in cunctis. q. cum uero. de elect. vt dicit glo.
in cap. si tibi concessio. de præben. lib. vi. sequitur Roma. in consil. ccxxxviii. & in consil.
cccxlv. colum. penul. Gemini. consil. lxxviii. Et ita debet intelligi, quod dicit Bal. in.c. ecclæta.
in fi. de electio. qui voluit illum dici pacifice possidere, qui possidet spiritualia, & temporalia,
uel spiritualia tantum, vel maiorem partem, & tenet Dom. consil. cxv. in secunda colum.
in tertio dubio. Rationem differentiae istorum casuum ponit glo. in.d. ca. si tibi concessio.
quæ communiter approbat, & in omnibus istis casibus secundum stilum hodiernum Ro-
tae, ut quis dicatur non pacificus, sufficit, q̄ ei moueatur lis, vel molestia super titulo bene-
ficii, licet non turbetur possessio: *Nam eo ipso, q̄ moueatur lis super beneficio cœetur mo-*
ta etiam super possessionem, licet de ea nihil dicatur, vt probatur in.c. ii. vt lite pendē. lib. vi.
& tradit Calde. in consil. v. titu. de præben. Et est adeo uerum, q̄ si conuētus super titu. be-
neficii spoliareur possessionem, ad restitutionem eius agere non posset, tanquam q̄ pacifice
possedit, vt dicit quædam additio in decisi. iii. de præben. in nouis. Et ad hoc facit decisi.
xvii. de resti. spoliato. in antiqu. † Hinc est, q̄ lit. pendē. super titulo beneficii si fiat transla-
tio possessionis in aliud etiam ex causa permutationis, vel alias committitur attētatum, vt
dicitur in decisi. iii. ut lit. pendē. in no. & eo. titu. deci. iii. in antiqu. Et hoc non alia ratione
inductum est, nisi quia possessio est pars beneficii, & sapit naturam eius, vt probat Cardi.
Alexan. in.c. vii. colum. numero. 2. 8. i. q. 1. ¶ Bene igitur inferatur, † q̄ commissio super
titulo beneficii tantum includit possessionem, ut probatur in.c. de leque. posselli. & fruct.
& in.c. pastoralis. de cau. posselli. † quia peritorum habet in ventre possessorum sicut mu-
lier prægnans habet filium, ut in capit. cum dilectus. de cau. posselli. Et ob eam causam
woluerunt decisiones nostræ Rotæ, q̄ licet causa super peritorio tantum, & non super pos-
sessorio cōmitatur, possunt tamē aut̄rō, & p̄ r̄tes uigore predictæ commissionis petitio
riū suspendere, & possessorio agere, adeo, q̄ tella super peritorio tenta dicto iudicio posse
sorio seruat absq; noua obseruatione terminorum, qualiter aut̄c intelligatur ista, vide quæ
distinguendo dixi in notabilibus meis, seu epilogo signatura iustitia posito in fi. q. regulæ
de non iudicando iuxta formam supplicationis. Stat igitur conclusio, q̄ lis mota super ti-
tulo beneficii tantum, etiam possessionem litigiosam reddit, adeo, q̄ non dicatur pacificus
possessor quoad istam regulam. Et ita seruat Rota, pro qua op. vltierius facit, † quia quan-
do moueatur lis super titulo beneficii dicitur agi super quasi dominio, vt in cap. si tibi absen-
ti. de præben. lib. vi. Et tamen lis super dominio, vel quasi facit rem litigiosam, adeo, q̄
quis non dicatur pacifice possidere, vt in cap. primo. & ibi not. Abb. de confirma. vtil. uel
inutil. & Bar. in.l. secunda. & in auth̄c. ibi polra. C. de litigiosis.
¶ Sed istanō procedunt ecclora: *¶ Nam si moueatur lis super possessionem non redditur si-*
litigiosa proprietas, sed ipsius ius possessionis, vt declarat Ant. Abb. & alii in dicto capit.i.
& Milis in verbo litigiosa res. & Philipp. Franc. in.c. ii. vt lite pendē. lib. vi. & Oldrad.
in consil. cxcix. & Calderi. in dicto consil. v.
¶ Non obstat iura allegata in contrariū in predictis decisi. Primo tex. d. q. si fundus, quia
verū est, q̄ possessor, siue pacifica, siue nō pacifica reuerat ab onere satisfandi, ut ibi dicitur,
quia lis non tollit commodum possessionis, vt in.c. i. vt lite pendē. Sed quænam sit paci-
fica possessio ibi non cauetur. Nec tex. in dicta. l. si intra. probat aliquid, ita q̄ hæc discepta
tio solum consistit in opinionibus prudentium, in qua quidem disceptatione stilus Rotæ
moderna contrariatur opinioni antiquorum dominorum Rotæ, vt sepe uidemus, & dis-
cipli aliiquid superioris in illa. q. de commenda. Nec immerito, quia iste stilus hodiernus, pro-
pter maiorem temporum experientiam videtur magis iure fundatus. Et ideo sceler dicit,
¶ quædā Moderni sunt sicut cūlices in capite elephantis, quæ uident priora, & posteriora,
vnde illud dictum vulgarium emanauit, q̄ quanto iuniores, tanto perspicaciores. Et licet
ita sit, nescio tamen quo factō contigit, q̄ curia Romana in stilo quorū annis mutando faci-
lis redditur, forte hoc accidit propter crebras Pontificū, & Auditorum Rotæ mutations,

COMEN.R.P.D.L VDO VICI GOMES.

videlicet Felyn, in c. Rodulphus, in. xv, colum, verificu, vbi autem, de rescrip. Et declarat Alberic, in dictionario in uerbo curia Romana: Et hanc opinionum Rota varietatem non solum in hac quest. accidit, sed in pluribus aliis iuris articulis euenisse legimus. Ex quibus quosdam exempli gratia connumerare licebit.

Nam in primis videmus Rotam antiquis temporibus tenuisse per sententiam, qua transiuit in rem iudicatam item finiri, & tamen Rota moderna tenet item non finiri, nisi post sententiam executioni demandatam, vt de hoc specialius scripsi in regula de annali. & in quadam questione istius regulae. Sic etiam in unione facta ex falsa causa Rota moderna variavit ab antiqua, ut refert Milis quandam insignis Auditor Rota in uerbo vno. Eodem modo, q. canonicas in collegata cum prærogativa regulæ non cadat sub expectativa in forma pauperum iudicarunt Domini, modernis temporibus, ut refert D. Gulielmus iudicatum suo tempore fuisse in quadam decisione per rationem quam ibi ponit. Et tamen antiqui domini tenuerunt semper contrarium, & Sic enim natura ex varietate temporum nos uas deproperat adere formas, ut dicitur in l. ii. C. de vet. ii. enit. Et hoc non solum diueris artibus contigit, quod arte est, sed uno, & eodem tempore accidisse coperimus: Nam Rota antiqua ipsa eadem suo tempore in multis etiam variauit, & fecit iudicia contraria: Nam iudicauit uno tempore, q. lit. pend. posset apostolicus impretrans acceptare beneficium uacans per obitum litigantis, ut dicit Egid. bellame. se hoc uidisse teneri in Rota in consil. xxxv, in prin. & tamen Bonifacius de Vitaliniis etiam auditor in cle. auditor, in fi. de rescrip. refert iudicatum fuisse postea contrarium. Sic etiam antiqui auditores tenuerunt prouisiones ordinarii infra mensem spectantum valere, illis postea non acceptatis, ut patet in deci. cccxxiiii. & ccccl. in antiqu. & tamen postea Rota iudicauit contrarium, ut dicit decisi. dcccxxxiiii. in antiqu. Et Bisigne, decisio. xxiii. quæ opinionem hodie teneret Rota, ut refert d. Petr. and. Gammarus Auditor in tract. leg. lib. iii. q. iii. & dicam in regula de publicandis. q. xvii.

Sic etiam in commenda aliquando Rota tenuit regulam istam in ea non habere locum, alio tempore tenuit contrarium, ut latius apparet ex his, quæ superius. q. v. dixi. Ita quod non est mirandum si ex varietate temporum generentur etiam noua phantasmatæ, & nos uerba speculations, secundum Bal. in. l. i. C. de his, qui an. aper. tab. t Non enim posterius auctoribus auctor debet (ut inquit ibi Bal.) facultas vterius cogitandi, quod dictum sequitur Andr. Sicut in consil. lxxxix, colum, penulti. lib. iiiii. & alibi sape, ut scripsi in. q. omnium. & in. q. quædam, institu. de actio. Ethac ratione uoluit Anto. de Butti. in. c. cum venerabilis de except. q. adiuvatus circa notam contrarietatis potest hodie ynam legem allegare ad unitum propositum, & cras in alia causa melius cogitando dicere, q. nihil facit. t Et eodem modo docto, & testis possunt hodie credere ynt. & cras mutare propositum, & dicere se aliud credere circa periculum peririus, ut dicit idem Bal. in. l. de tute. C. de integ. resti. mino. cu. multis aliis, quæ congerit quidam Moder. & curiosus doctor Bononiensis. Vlpianus de Zaninis nuncupatus in. q. his ergo, in. xxxvi. & antepenul. col. insti. de iure. & ita And. Sicut in. d. consil. lxxxix. & alibi sape se a contrarietate excusat, hoc enim natura inducunt est, ut superius dixi, q. quanto iuniores tanto perspicatores sumus, ut dicit glo. in. l. gallus. in princip. ff. de libe. & posth. licet illi glo. videatur aduersari tex. in. capitul. primo, in fi. de natu. feud. vñcinq. sit, negari tamen non potest magnam partem huic rerum vicissitudini extrauagantes, & regulas summorum pontificum, quæ sape prioribus contrariantur, vel ab illis in aliquo differunt conferre, nec hoc malum recens est, sed adhuc tempore. Holtien.

Emergebat, ut non ab ipse dixit in processu suo summæ in. iiiii. col. t Quod stili Romanæ curie modo est albus, modo niger, & idem dicit Lap. alleg. lii. quam etiā stili mutationem in uocabulis quoq. experimur, ut Aulus gelius notat, & recentet modernus Alciatus in tit. de uerb. signif. pagin. xxxix.

Redeundo igitur ad propositum Rotam modernam hodie teneret, quod pacificus possessor quoad effectum istius regulæ, & cuiuslibet alterius de pacifica possessione loquentis dicitur ille cui non mouetur controversia iudicialis, uel extraiudicialis super beneficio, iuxta dictum Pauli, Imole, Card. & aliorum in d. cle. gratia, quicquid tenerint alii teneret Cardi. consil. xxviii, in. iiiii. col.

Quæstio

RE. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXXII

Quæstio Quinquagesimaquarta.

VINQVA GESIMO QVARTO Quæro, t an per appellationem extraiudicalem intimatam possessori, postea desertam, pacifica possesso triennalis iam incepta, interrupta fuerit?

COLVTIO. Ista questio potest considerari dupliciter. Primo modo, quando appellatio extraiudicialis fuit interposita in principio possessoris triennalis, vel in medio eius. Secundo modo potest intelligi, quando appellatio præcessit, & eius deserto, & post eius desertonem incepit possesso triennalis, & finita fuit.

Circa primum, uidetur prima facie dicendum, per talen appellationem extraiudicalem, quæ uim citationis obtinet, ut in. c. i. de appella. lib. vi. quæ post triennalem possessionem deserta fuit, possessionem pacificam prius incepit, non interrupit. Quia sicut dictum fuit in regula de annali, per citationem nullam pacificam possessionem non interrumpti, ita neq. per appellationem desertam triennalis possesso pacifica turbari debet, quia non praestant impedimentum, quæ de iure non fortuntur effectum, ut in. c. non præstat, de regu. iur. lib.

sexto. * Sed sic est, p. appellationem deserti facit, q. perinde sit, ac si nunquam fuisse appellatum. Et per consequens reddit appellationi penitus inutilem, adeo q. quis videtur reduci ad illum statum, quo erat ante appellationem interpositam, ut dicit tex. in. l. fi. q. illud. ibi, tanq. i. ab initio fuerit minime provocatum, &c. C. de tempo. appella. not. Joan. and. & alii in. c. cl. de fenten. c. com. lib. vi. Et tenet Rota in decisi. prima. de appella. in no. & decisi. lxvi. eo. titu. in antiquis. igitur per eam possesso pacifica non deber interrumpti quia nullum, & inutile æquiparantur. c. i. de transla. prælat. Nam quando res deuenit ad casum, a quo incipere non posse auctus factus, nihil operatur. l. pluribus. ff. de verbo. obliga. Quia igitur ratione, si appellatum non fuisse, lis diceretur extincta, per transitum in rem iudicata, tam eadem ratione, quod appellatione, quæ interposta fuit, postea deseritur, lis omnino extinguui debet, ac si nunquam fuisse, & per consequens, nulla existente lite, pacifica possesso non interrumptur. Et ita de plano procedunt, data appellationis desertione: sed, quod est fortius, etiam si appellatione extraiudicialis deserta non fuerit, adhuc per eam non inducitur litis pendenta a principio, adeo, q. titulus, vt lit. pen. non habent locum in tali appellacione, ut expresse dicit decimo. lxi. in tit. de appella. in antiquis. incip. sciendum est, q. c. & circa, alias est secundum numerum. 7. & 4. Et rationem ali ignat deci. xxv. incip. Item si reus, & possessor, &c. in titu. de rescrip. in no. t Quia appellatio extraiudicialis nihil aliud est, nisi quædam provocatio ad causam, c. cum sit Romana de appella. & ideo per eam non in dicitur vera litis pendenta, ita dicit ibi decimo. Et ob eam causam, nec appellatio proprie dici potest, ut dicit Abb. & Moder. in rub. de appella. neq. habet uim citationis, adeo, q. appellatus, vigore talis applicationis, non tenetur compare, nisi aliter citetur, ut tener Inno. in. c. dilecti. de maio. & obo. in prima colum. & sequuntur omnes in. d. c. cum sit Romana post glo. ibi in ver. nec solent. **T**Ex quibus inferiur, q. si talis appellatione non inducit a principio litis pendentiam, a fortiori & deserta non pariet aliquid obstaculum: & per consequens, triennalis possesso pacifica, non erit in aliquo interrupta, aut perturbata. **P**räterea pro ista opinione facit, quia licet appellatio extraiudicialis deueluat causam ad curiam, non tamen nocet possessori in possessione sua, ut dicit Inno. in. d. c. dilecti. & sequitur Propositus Mediolanensis. in. c. bone. in. xi. col. versi. Sexus est effectus. de appella. Si igitur possessor non officit, non erit turbata pacifica possesso: quia alias diceret officere possessori.

Prädictis tamen non obstantibus, contraria opinio est de iure senior, ut concludit Rota die. xxx. Octobris. M. D. xxviii. in vna Hispanie. Cantorie, coram R. D. Raynaldo, pendente in iure Io. Rodericum, possessorum triennale & Didacum vasques. Ratio de cessione fuit, quia de iure Canonicis, & in beneficialibus illud erat certum, q. per appellatio nem extraiudicalem a principio parci intimata, legitime fiebat deuolutio causæ ad curiam, ut dictum fuit, & tenet decisi. xxiv. in tit. de appella. in antiquis. alias secundum numerum 8. & 7. & decisi. xvii. eo. tit. in no. & idem tenet Egid. decisi. dxxi. Et deserto dictæ applicationis, postea superueniens, non potest collere deuolucionem ad curiam semel factam, per quam possesso appellati interrupta fuit, quia appellatio extraiudicialis, in causa beneficii, non interponitur solum, ut per eam reparetur gratuitam: sed etiam principaliter, ut causa ad curiam deuolatur: & hoc inducit principaliter intimatio dictæ applicationis,

qua sit parti. Et ideo, licet reparatio grauaminis per desertionem cessare videatur; non tamen cessat deueloutio, vt notabiliter declarat Egidius in decis. dxx. & hoc idem latius declarat idem Egidius in decis. sequenti. & decis. dlx. Si igitur causa est iam deuoluta, & aduersarius per eam fuit super beneficio suo ad curiam prouocatus, dici non potest, quin per hoc reddatur beneficium suum, super quo appellat, effici non pacificum, sed litigiosum, & per consequens, induci veram litis pendentiam, qua possessorum pacificam interrupit, ne compleri poscit, nisi tali lite finita. Et qd per huiusmodi appellationem extra iudiciale legitime intimatam partii inducatur litis pendentia, tenet ad literam Egidii in decisione dclxix. incip. licet per appellationem. ¶ Non obstat, qd desertio facit, qd censeatur non appellatum, yd in decis. decisio. & in. l. quoniam. C. de appella. Et ideo, deserta appellationem, attentata non reuocantur, quia hoc non impedit, quo minus sit lis, t quae in curia nunq finitur, nisi per sententiam, vt dicit decis. x. in tit. vt lit. pend. in nouis, quae secundum numerum est. 4. 1. incip. Item si lite pendente. Donec igitur non sit pronunciatum super desertione, manet lis, & dimittitur via aperta vtrq parti ad procedendum in causa, vt declarant Moder. in. c. non solum. §. illa. col. iii. de appella. lib. vi. Nec obstat decisio. i. eo. tit. in con tractum allegata, quae vult, t attentata post desertionem, non posse reuocari per appellatum, quia illud est veru per viam attentati, & sie via priuilegiatiua, quae fit summarie, absq; litis contestatione, & ita procedit illa decisio. Secus autem via ordinaria non priuilegiata, & sic per viam iustitiae, ita in terminis concordantistis decisiones Philip. francus, post D. Ant. & Imol. in. c. sape. in. x. col. vers. in glo. in verbo rata. de appella. & Abb. & Praepositus in. c. cum sit. in. vii. notabili. eo. tit. Vel dicas, qd ideo attentata non reuocantur de serata appellationem, quia non fuit doctum de qualitate grauaminis, & ita procedit decisio. alias securi, vt not. glo. in. d. c. non solum. Abb. & alii in. c. dilecti. de ma. & obe. ¶ Non obstat etiam decis. lxxix. de appella. in antiquo. Quod per appellationem extra iudiciale, non inducatur litis pendentia, quia ad illam decisionem respondetur multipliciter. Primo, qd illa decisio intelligitur certo respectu, videlicet respectu collationis, vel potestatis conferendi, vel eligendi, de quibus loquitur cle. i. & ii. vt lit. pen. Secus vero est in materia beneficiaria, ita expresso declarat Imola & latius Car. Alex. in. c. bona. in. ix. col. versi. succedit que stio. & col. xi. versi. decimus est effectus. de appella. post Io. And. in. c. cum. m. in verbo in nouata. de consti. vel illa decisio procedit, quando appellatio extra iudiciale non fuit intima ta legitimae parti, vt concordeatur Egidius in dicta decis. dclxix, quia sine intimatione non deuoluta. Vel illa decisio procedit in materia profana, vel spirituali secus autem in be nefcialibus, quia in tali materia illa appellatio extra iudiciale, quae interponitur ad papam, & de qua pars habet notitiam, habet vim vera citationis, & per consequens arctat appellatum, sicut vera citatio, & deuoluit causam, sicut appellatio judicialis, vt est tex. in. c. i. de appella. lib. vi. quae in tex. ad hoc ponderat Prapo. in. d. c. cum sit R. Romana. col. penul. in glo. ne solent. Et in. c. bona. in. vii. col. in. versi. fallit secundo. & in. xi. col. versi. decimus est. effectus. eo. tit. Et qd in tali appellatione intimatio, vel alias scientia requiratur, quoad hoc, vt dicatur citatio, probat idem Prapo. in. d. c. bona. in. viii. col. versi. duodecimo, & ultimo per tex. in. c. i. de electio. lib. vi. Et ita limitatur dictum Inno. & sequacium in. d. c. dilecti. de ma. & obe. & doctrina Abb. & aliorum in. d. c. cum sit. volentium appellationem extra iudiciale non esse propriam appellationem, neq; uteram in citationem arctatoriam. ¶ Nam, ut dixi, non procedit in benefcialibus, in quibus habet vim vera citationis, & deuoluit negocium ad curiam, inuito appellante, & appellato, dummodo fuerit intimata, vt latius declarat idem Prapo. quondam R. ote auditor, & postea dignissimus Cardinalis, in. d. c. bona. in. ix. col. versi. succedit. & col. xi. versi. decimus. per. c. i. delect. lib. vi. & est de hoc clara decisio R. Rot. xxxviii. in nouis, uel etiam dicas, qd appellatio extra iudiciale non inducit litis pendentiam, respectu totius causae, sicut judicialis, & ita intelligitur illa decisio, secus uero respectu illius grauaminis a quo appellatur, & ita procedit decisio Egidii, & sic declarat Prapo. in. d. c. bona. in. ix. col. uersi. secundus effectus. post Abb. in. c. cum nobis. de electio. ¶ Minus obstat, quod ista appellatio non noceat possessori, ut Inno. in d. c. dilecti. quia hoc est uerum, respectu malae fidei, vel impedimenti, quo minus uti non possit iure suo. Ita intelligit illud dictum Inno. Car. Alex. in. d. c. bona. in. xi. col. versi. secundus effectus. Secus uero respectu istius regulae, quae cu sit odiofa debet stricte intelligi. ¶ Circa secundum articulum istius questionis, videlicet, an possidens per triennium, post appellationem

appellationem extra iudiciale intimatam, & iam desertam poscit iuuari exceptione istius regulae?

¶ Solutio. Istud dubium fuit hodie octaua Nouembris M. D. XXXVIII. proposita per cundem Reuerend. Dominum Raynaldum Perrutum in Rota, ubi disputatum fuit. Tandem dominorum uota se in duas diuiserunt partes. Nam quatuor dicebant, possesso rem iuuari posse regulam. ¶ Primo, quia quemadmodum per sententiam, quae transit in rem iudicatam, a qua non est appellatum, dicitur finiri, & extingui lis, ut dicit glo. in cle. fina. in versicu. postquam, vt lite pend. Ita & lis dicitur finita, quando fuit appellatum, sed appellatio est desertata, quia per desertionem singulatim fuisse appellatum, & sententia transit in rem iudicatam, vt dicit tex. in. l. fina. §. illud. C. de re po. appella. & in cle. si. cut. & clem. si appellationem de appella, & isto argumento vitium Decius, qui hoc tenet in consil. xxxiii. de ultimis impressis. incip. visa instructione, & c. colum. tertia. Ethoc in casu isto facilius videatur tenendum, quia idem appellatus est, qui post desertionem appellationis possedit per triennium, & petit iuuari regulam. Ex quo datur intelligi, qd licet post desertionem appellatus possit contra appellantem agere, vt decis. xxix. de appella. in antiquis quasi qd desertio sit inducta in odium appellantis, & non appellati. Tamen quando appellatus renunciaret prosecutioni sua, & sic fauori suo, desertio est inducta quoad virosque. Sed hic possidendo per triennium post desertionem, animatum habuit se velle vt ista regula, prout apparet. Ergo tacite vltis fuit renunciare prosecutioni, & sic uelle item finiri per sententiam. Alii quatuor domini, inter quos ego, tenebanus contrarium, istis fundamentis, Quia, vt dictum fuit in proxima questione, per appellationem extra iudiciale legitime intimatam inducta fuit litis pendentia, vt dicit Egidius decisio. dclxix. Igitur dicitur per ea induci molestia, & perturbatio, vt dicit decisio Thomae Fastoli. causa. iii. dubio. xiii. Et tamen constat illam litis pendentiam, uel molestiam iam femele causaram, & inductam, ac ad curiam iam deuolutam, per desertionem solam non tolli, quia iuxta stilum Rota, regulatum in decis. x. vt lit. pend. lis non finitur, nec tollitur, nisi per sententiam. Quod maxime probatur, t quia appellatus, non obstante desertione, potest agere contra appellantem, & prosequi causam per audientiam contradictarum, sine noua citatione, vt dicit deci. xxix. tit. de appella. in antiquo. & deci. xvii. eo. titu. in no. Egidius decis. dxi. & decisi. cxxxvi. circa §. & decis. dclxxix. incip. si in causa & in aliis pluribus decis. Ratio redditur per eum. idem Egi. in decis. ccvii. incip. auditor. & in decis. cclxxii. incip. defectus. Quia desertio appellationis, videlicet, quod singulatim fuisse appellatum, est inducta solum in odium appellantis, non autem appellati. Et hinc est, t qd auditor datus super causa appellationis, & deletionis, si reperiat bene iudicatum, & male appellatum, & appellationem esse modo desertam, potest pronunciare bene processum, & male appellatum, & sic primam sententiam confirmare, & appellationem desertam declarare; quia de omnibus istis constat ibi. l. de qua re. ff. de iudic. ita dicit illa decisiones Egid. & idem tenet decisio. xiii. titu. de appella. in no. & Philippus Perusinus in capitul. ex ratione. colum. xx. versic. circa tertium, de appella. Apparet igitur ex istis, qd post desertionem adhuc durat iudicium; & per consequens lis. Et ideo durante lite, non potest aliquis dici pacificus, ad effectum istius regulae.

¶ Hinc voluit Innocen. & alii communiter in. c. ex parte. el secundo. de descrip. t qd si appellatus recipit appellationem, uel alias interest sua, ne appellatio deseratur, non potest appellans illi renunciare, nisi quatenus tendit in sui fauorem. Neq; eriam permittere, qd fatalia labantur, quod est idem secundum Angel. in repe. §. qui prouocavit. l. tale pactum. ff. de pact. Et si appellans contrarium fecerit, potest appellatus, prosequi desertionem, & a iudice appellationis cōdemnationem expensarum obtinere, secundum Anio. de Butr. & Imol. ibi. & ita dicit ibi Per. de Anch. se obtinuisse in facto, & consuliisse Fredericum de Senis, & idem tenet Saly. in. l. eos. C. de appella. Et cum istis concordat decis. xiii. titu. de appella. in nouis. incip. item qd auditor, & c. Quae dicit, t qd auditor in causa appellationis, ab ipso alia noua commissione, potest de desertione cognoscere, & pronunciare appellationem esse desertam, uel confirmare, si uoluerit, primam sententiam, & in expensis appellantem condēmni facere, ut in. c. sua. de appella. & idem tenet Thomas Fastolus causa. iii. dubio. ix. per tex. in. d. capitul. ex parte, & est etiam de hoc decisio. xxxvi. de re iudic. in antiquo. Ex quibus omnibus manifeste apparet, per solam desertionem appellationis, nec item ex ea mortem extingui, nec iudicis appellationis iurisdictionem finiri. Quod ulterius suaderi potest

COMMENTARII R. P. D. LUDOVICI GOMES.

ex his, quae dixi in regula de annali, q. xl. iii. vbi conclusit Rota in fortioribus terminis post sententiam, quae transiuit in rem iudicatam, ante eius executionem, durare adhuc aliquas re liquias litis prioris, quae pacificam possessionem impediunt, ad effectum illius regulæ, & ita sapienter tenuum fuisse, ut ibi latius scribo.

QUESTIO QUINQUAGESIMA QUINTA.

VINQ V A G E S I M O Q V I N T O Quæro, † an possessio definit esse pacifica, quoad istam regulam si possessor triennalis confiteatur per litteras suas se habuisse notitiam citationis decretæ contra eum ante completem triennium?

SOLV T I O. Rota die. xix. Martii M. D. xxxv. in causa Légionen. beneficiorum coram Do. Jacobo Simonetta tenuit, qd non, quia per illam notitiam, sive scientiam citationis, nec possessor beneficij, neque fructus turbari videntur, † quia lis turbativa pacifice possessoris, non ita de facili inducitur, ut notat Bonifacius de Vitaliniis. Rota Auditor antiquus in clementi. ii. in secunda colum. vt lit. penden, & facit decisio Egidii. ccclxii. Et ita etiam tenuerunt dominii in una Tirasoneñ. canoniciatus coram R. D. Marco Antonio, de mense Maio M. D. xxviii. Pro qua decisione faciat omnia illa fundamæta, quæ unus ex dominis adducet contra aliam decisionem factam, uidelicet, qd sola commissio cause interrumpebat annalem, & triennalem pacificam possessionem, quæ hic non repeatam, quia latissime dictum fuit in regula de annali. in. xlvi. & xlxi. q. & dicetur etiam infra. q. sequenti. Nec obstat decisi. cccviii. incip. fuit dubitatum, & quasdam, &c. in no. & decisi. cccxxi. etiam in nobis disponitur per commissione spoliantis cōtentis titulum aduersarii spoliati probari titulum coloratum spoliati ad effectum, vt ille restituiri possit, de quo dixi superiorius. q. xxvi. Sic uideatur hic dicendum: Nam si possessor triennalis confiteatur se habere notitiam citationis decretæ contra eum ante completem triennium. Ex hoc uideatur probari interruptio possessionis triennalis. Sed ad istas decisiones respondet, qd ille procedunt speciali favore spoliati, pro quo multa specialia in iure inducta sunt in odium spoliantis, ut ibi dicunt prædictæ decisiones, sed ista ratio cessat in casu nostro. Imo faciunt per contrarium, ex quo regula ista est favorabilis possessoribus, & odiosa negligentibus sicut in lucapio triennali, vt dicit Bar. in. l. si. in principio. ff. deo per quem factū erit, non debet igitur talis confessio solius notitiae citationis turbare possessionem, quia non cauerit iure, quod sola confessio scientiæ allegata per actorem negligentem arguat interruptionem pacifice possessionis si aliunde non appareat de uera lite, quæ per executionem citationis, vel productio ne mandati ipsius possessoris inducitur, & tunc merito definit esse pacificus, quia titulus beneficii est affectus, vel etiam si possessor turbetur. Clarus igitur debet actor contra pacificum triennalem probare intentionem suam, & non per conjecturas, ex quo actor præsumptiones contra se habet. Et ita in prædicta causa iudicauit D. Iacobus nunc Cardinalis.

QUESTIO QUINQUAGESIMA SESTA.

VINQ V A G E S I M O S E X T O Quæro, † nunquid possessor committens causam, & decernens citationem contra tertium super beneficio quod possedit, quæ citationem per decem annos executus non fuit, sed semper beneficium prædictum possedit, dicatur pacificus possessor ad effectum istius regulæ?

SOLV T I O. Hodie epiphima Februarii M. D. XXXVI. in una Valentina parochialis coram Reueren. Do. Raynaldo de petrutiis, quatuor dominis exceptis, Rota iudicauit, quod sic. Ex eo, quia licet iste possessor committendo causam videretur item introducere, & beneficii litigiosum facere, illa lis nocet tantum in certis casibus expressis, de quibus scripsi superius in tract. signature nu. 6 4. & dicam aliquid infra. q. lxi. & q. si. In illis igitur tribus casibus in dicto tracta, enarratis lis pendentia per solam commissiōnem, & decretum citationis in odium committentes causam introductorye diceantur, licet citatio executa non fuerit, secus vero quoad effectum istius regulæ: Nam ex quo huic possessori, qui causam commisit nullus molestiam intulit, non potest dici non pacificus, quia non fuit in aliquo perturbatus, neque de iure, neq; de facto, † Et lis dici nō potest inchoari, nisi per litis.

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXXXIII

tis contestationem, vt in §. omnem, in authen. de litig. & notatur in capitul. relatum, de officiis delega. Et regula ista, quæ loquitur de possessione pacifica præsupponit non esse litem, quam debemus de uera lite intelligere, † quæ ex tribus personis constituitur, vulgariter capitulo. forus. de verborum significationibus, argumento. l. prim. ff. si ager rectus. l. fina. C. de his, qui uenientiatis, & capitul. penulti. de sententia excommunicatio. ¶ Et pro ista opinio, adducetur, quod in casu istius questionis possessor post decretam citationem non executam possedit per decem annos, cuius quidem temporis interualum inducit titulum præsumptum, ita. l. si filius. C. de petit. hacten. & dixi superiorius in alia questione, qui quidem præsumptus titulus quandam etiam litis abolitionem inducere videatur, per ea, quæ tradunt docto. in capitulo contingit. de dolo, & contumacia, & in capitulo illud, de præsumptio. pro quibus faciunt in proprio yera hic in fine regulæ apposita, uidelicet, antiquas lites penitus extinguentes, &c. vt latius dicam, infra questio. lxi. ¶ Et quia vera molestia consistit, quando vel perturbatio circa titulum possessionem, vel fructus inferitur, vt not. in clementi. gratiæ, de rescrip.

¶ Prædictis tamen non obstantibus communis opin. Dominorum in pluribus causis firmata se habuit in contrarium, uidelicet, qd possessor per solam commissiōnem cause, & decretum tantum citationis inde emanatū dicatur taliter. Item introducere, quod interrupit titulam possessionem pacificam, adeo, quod, vii. non poterit exceptione istius regulæ. Et ita in terminis tenentium dominii, in una Patmeni, Archipresbyteratus coram d. N. de spina de mense Martio M. D. XI. X. ut rescribitur. Dominus Gulielmus hic in quadam decisione. Echo idem post dominum Gulielmum temporibus meis iudicauit Rota coram Reuerendo Patre Domino Petro Vettio in yna Tolètana, die decima Novembri M. D. XXXIII. Et ita eodem modo post longas informationes iudicauit Rota per tres sententias in una Conchén. prælimoniorum contra quendam Joan. de Morillas, in qua causa ego priuatum sententiam protuli. Et idem in alia Gienneñ. canoniciatus coram Do. nino Simonetta, contra Rodericum Lopez, in quibus ego tunc fueram tertius respon. filius. Et idem Rota tenuit in una Valentina parochiali de Pego coram Reueren. Dominio Ioanne Mohedano, & in pluribus aliis causis, quas breuitatis causa omitto. Et fundamentum istarum decisionum consistit in quatuor decisionibus antiquis, quarum una est in titulo, vt lite pendat, in nouis. decisi. sexta. & decisi. quarta. codem titulo in antiquis. Et est decisio Egidii. ccclxxx. & dclv. quæ decisiones concludunt, † quod per commissiōnem, cum solo decreto citationis indicatur uera lis, quæ operatur omnes effectus quo ad committentem causam, quos inducit lis executu citatione, per rationes, de quibus ibi pereos, & illas decisiones sequuntur. Felynis in capitul. super literis, colum. octaua. de rescriptis. & Georgius Asteni. in repeti. clementi. saep. in principio. columna. sexta. de verborum significationibus. Non obstat, quod lis per secundam commissiōnem, & citationem non dicatur introductorye, nisi in tribus casibus, quia hoc negari potest, imo quos ad committentem, qui sibi ipsi item, & molestiam intulit, dicunt omnibus causa vera lis, & sibi imputent, qui hanc viam elegit. l. si. mulier. ad. uelleia. l. Imperatores. ff. de jure fisci. Vnde licet si reus habens notitiam citationis nondum executata veniret ad causam, diceretur introductorye vera lis, quo ad ipsum. Ita & causam committens, & decernens citationem ex qua se habet, pro molestato in beneficio, debet induci lis, quo ad ipsum. Cum correlatiuum debet esse per conditio. l. fina. ff. de acceptillationibus. Nec obstat, quod lis constat ex tribus personis, & cetera, quia illud procedit in iudicio, secus in lite, quæ potest cum iudice, & auctore tantum constitui, ut in dictis decisionibus. Nec etiam relevat, quod lis caput initium a litiis contestatione: quia illud ex parte actoris non procedit, qui titulum sui beneficii per commissiōnem suam litigiosum effecit, & sic visus fuit principi confiteri, se ab alio, & super hoc molestari, perit causam committi, & sic committens do causam, sibi ipsi item intulit, † quæ durat durante commissione, donec aliquo iuris fine terminetur, faciunt notata per Hostiensim, & Ioannem Andreanam in capitulo olim. de accusationibus. Et ista decisio Rota, in prædictis causis facta, procedit etiam si reus, contra quem emanavit citatio, cessit liti, & causa coram notario, quia hoc non obstante adhuc causam omittens non dicetur pacificus: quia lis semel per commissiōnem introducta, non perimitur, nisi per sententiam executioni demandata, vel per extinctionem papæ, vt sunt decisiones vulgares. Et ita in isto casu conclusit Rota, die quinta

Lunii M. D. xxxix, in una Brachareni, parochialis Sanctorum Fausti, & Cypriani, coram R.P.D. Marcello episcopo Marsicano: pro Christophoro Ferdinandi, contra Aluarum Ferdinandi, qui pretendebat se esse triennalem pacificum, propter predictam cessionem: latus, & cause, ut latius in suis informationibus dixerunt adiudicati.

Quæstio Quinquagesima septima.

VINQVA GESIMO SEPTIMO Quæro, tan ab ista regula actor descendere ex triennio possit tenitus impedimentum bellorum, infra quod non potuit possessorem triennalem ad iudicium cuocari facere?

CSOLVTIO. Videntur dicendum quod non, ut tenuis Rota de mense Ianuarii M. D. xxxii. coram R.P.D. Marcello, in una Zamoreni, quæ uoluerint deduci tempora impedimenti, ex eo, quod probatum fuerat bella de anno M. D. xxvii. in vrbis fuisse. Nam illud non conclusus debat, propterea quia potuit possessor conuenire, & in partibus coram ordinario citari, ubi impedimentum non erat, & sic interruipi poterat ibi triennalis possessio. Si igitur actor non fecit, ubi imputandum est. Ita ibi dixerunt domini.

CSed aduertendum est, pro clariori intelligentia istius questionis, quod impedimentum potest considerari multipliciter, & vario modo: & ideo in ista questione distinguedi sunt plus res casus.

1. Primus est, quando bellum est in urbe, & non in loco beneficii, & tali casu non excusat negligens. Et ita procedit decisio facta in dicta causa Zamoreni, propter rationem in ea assignatam. Et quia huiusmodi impedimentum uenit ex facto impediti, quo casu non excusat, & notat Roma, in consil. ix. facit tex. in. c. quia diuersitatem de concess. præben. & sequuntur Moder. in. l. naturaliter. ff. de vñscap.
2. Secundus casus est, quando bellum uigeret in loco beneficii, in quo citari debet possessor ad effectum intertimpendi possessionem, & isto casu communis est resolutio, quod deducatur de medio tempora impedimenti bellorum, quia interim præscriptio non currit, sed dormit, adeo, quod finito bello, siue hostilitate tempus sequens continuatur cum præcedenti, ut not. Innocen. & dicto. in. c. ex transmissa. &c. audit. & in. c. de quarta, de prescr. & eff. decisio Egidi. lxxiii. Et idem est quando actor non potuit citare possessorem, ex eo, quia fuit detentus ab hostibus, nec potuit procurator e constituer, tali enim casu præscriptio triennalis non curret et contra eum, ut tradit Specul. tit. de in integ. rest. §. prim. & verific. diximus. Et habetur ita. succurritur. ff. ex quibus causis
3. ma. facit glo. in capitu. cum per bellicam. xxxiiii. q. ii. quæ uoluit, & quod clericis captiis ab hostibus, & postea redeunti est beneficiis restitendum quanto cum quod tempore steterit detenus. glo. in capitu. pastoralis. vii. questione prima. Et idem dicitur de impedimento grauius summae pestis quando aliquis non audierit accedere ad citandum possessorem, per ea, quae not. in capituli. si uero, de iure iurantur, & notat Abb. in capitu. dilecti. de dolo, & contumaciam. Hinc uero
4. luit Henr. Boich doctor antiquus in capitu. quoniam, ut lite non contesta, quod vbi aer est infirmus, & pestifer potest beneficiatus se ab sentare a beneficio, nec deber procedi contra eum ad priuationem, sed debet expectari quousque cesset impedimentum, facit tex. in clementina ne in agro. §. sanc. de statu monachorum, iuncta glo. in uerbo rationali. Et ita in genere reperitur iste casus decisus in concilio Basiliensi, titulo de pacificis possessoribus, a quo sumpta fuit ista regula, ut superiori in proœmio diximus, in quo quidem concilio excipitur casus hostilis, uel aliud legitimum impedimentum. Est bene uerum, quod taliter impeditus debet de hoc protestari, & possessor intimari facere, iuxta formam clemens. causam. de electio. Tamen hoc intelligi debet in casu, in quo possit fieri intimatione: Nam si esset actor incarcerated, uel uideamus excusandus esset, per nota, per Abba. in capitulo cum m. de constitutio. & capitu. primo, quod metus causâ. & no. Bal. in. l. si repetendi. C. de conditio. ob turp. car. **C**Sed in casu, in quo persona impedita non fuisset, est dubium nunquid talis protestatio hodie sit necessaria, quia licet in dicto concilio statuatur hoc esse necessarium, Tamen Romani Pontifices in suis regulis Cancellariae hoc non receperint, sed potius nisi sunt illud relinquere sub dispositione iuris continuis. arguent. l. communissime, de liberis, & posthu. **T**Et de iure communis regulariter non est necessaria protestatio impedimenti extra judicialis, quia sine ea excusat impeditus, licet possit aliquid de bene esse fieri, & ad cautelam legi si cum ipso si de excusa, tuto, capitu, ex insinuatione, de appellationibus, de quo

Bart. in. l. senatus, ff. de offic. præto. & capitu. plerunque, de rescrip. vbi Abb. & Petrus de Anchara. in. c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. lib. sexto. de qua qui dem protestatione, nunquid necessaria sit, latius in regula de annali. questio. lxxv. & sequen. dixi.

CAduertendum tamen est vtlerius, quod allegans impedimentum, ad effectum ut audiatur contra regulam, debet illud probare, ut est deci. iii. in. tit. de iure iur. in antiquis. alias est numero. 3. o. 3. & hoc tenet Inno. in. c. ex transmissa. in prin. de præscrip. & est tex. in. l. ii. §. quod diximus. ff. si quis caut. Quomodo autem probari debet impedimentum, deciso prædicta dicit, quod quando præsumptio uerius uis est pro impedito, sufficit illud probare proposito iuramento: talis autem plene probari debet, ex quo agitur de præjudicio tertii, ut tradit Felyn. in. c. si pro debilitate. col penul. de offic. deleg. & Moder. Mediolaneñ. in. c. sciscitatus. in. fi. de rescrip. & in. c. cum sit Romana. in prima col. de appella. Et ista omnia de plano procedit, quando quis petiti se admittit per viam restitutio[n]is ad agendum contra regulam eum excludentem, ubi vero quis admittitur per viam gratia, secus est, ut puta quando quis petiti prorogationem istius regulæ, forte ad annum: Nam licet in prorogatione dixerit se illam prorogationem petere, propter impedimenta belli, non tamen astringitur ad probandum illa. Ita hodie. xviii. Februarii M. D. xxxviii. fuit conclusum per Dominos in una Toletana Abbatia sancti Vincentii, coram. D. Io. Paulo Tolosmeo. Ratio fuit, quia ex quo Papa gratiolose concessit prorogationem infra tempus regulæ, quam sine aliqua causa nemini loget denegare, t' expressio eorum, quæ si tacita fuissent, nihilominus papa concederet, etiam si sit falsa, non vitiat concessionem, ut est decisio. cccl. incip. Nota quod illa. post Inno. in. c. in nostra. in. fi. de rescrip. & in. c. cum n[on] stris. de concess. præben. Egid. decis. ivii. & decis. cxv. Et præsertim in dicto casu, vbi si Papa prorogationem non concessisset, posset actor agere contra possessorem, cum esset infra tempus triennii.

Quæstio Quinquagesima octava.

VINQVA GESIMO OCTAVO Quæro, quid important ista verba posita in tex. videlicet, super beneficiis sic posselis nequeant molestari? &c.

CSOLVTIO. Omitendo illam disputationem, de qua inter doct. an prohibito molestia intelligitur de judiciali, vel extra judiciali, de qua late per Felyn. & Moder. in. c. causam. de rescrip. & in. c. in præsentia de probatio. vbi lat. And. Sicul. numero ro. 13. insitit, ut ego latius dixi post Moder. in. c. ad nostram. el primo. de it. iur. qui quidem tex. fuit mihi per R.P. Dominos meos auditores Rotæ assignatus, in punctus publicæ disputationis auditoratus mei, die. vii. Maii M. D. xxix. super quo latissimam disputationem composui.

CAd præpositum redeundo, t' dico, quod quoad effectum istius regulæ, ille dicitur molestia possessorum, qui de iure vel de facto judicialiter, vel extra judicialiter, quouis modo inquietant eum, etiam si uerbaliter hoc agat, negando illum habere titulum, ut tradit Ias. in. l. si prius. in. v. & vi. colum. ff. de oper. no. nunc. Et hoc intelligitur tam in petitorio, quod possessorio, ut dicit in terminis. Moder. in. tract. beneficii. in. iii. parte. q. xxi. vbi late examinant istam regulam, & dixi superius in alia. q. Ethoc in ratione consistit, quia Papa hic mandat non molestari. Et tamen haec verba, non molestari, seu non inquietari, idem important de iure canonico, quod silentium imponere, secundum Bal. in. l. secunda. C. ne fil. pro part. t' Et silentium imponere, nihil aliud est, quod audientiam denegare. c. i. §. si quis autem. de pa. constat. & lege. i. §. quod ait. ff. de aleat. per quæ iura dicit Bal. in. dicto. c. primo. q. paria sunt. silentium perpetuum imponere, & audientiam perpetuo denegare. Et sunt tantæ potentia haec uerba, quod sententia imponens perpetuum silentium, uel audienciam denegans, est difinitiva, & trahit secum executionem ipso facto, nullo medio interueniente, ut dicit Bal. in. l. prima. §. ff. si quis in ius voca, non ierit. Innoc. & Ioan. And. in cap. cum nostris. de concessione præbend. facit tex. in. cap. dilecto. in. fi. de præbend. & in. c. ecclesia. de cau. poss. Vnde ille, qui prohibetur inquietari, uideatur iussus perpetuo silere, ita quod non poterit audiri, si uelit aliquid contra titulum dicere, siue per viam actionis, vel in integrum restitutio[n]is, siue alterius cuiuscumque prosecutionis, etiam per viam replicationis,

vt Alexand. dicit in consilio trigesimo sexto, primo volu. Et tradit notabilius idem Alexan. in pulchro casu in consilio. cl. vi. uiso themate, & consil. clxiiii, uiso processu. in secundo uo. lumine. ¶ Et secundum hoc potest inferri, quod triennalis possessio eadem debet securitate gaudere, qua gaudet praescribens per. xl. annos, per ea, quae Alexan. ibi adducit, & rascsumunt Moder. in tracta. praescrip. fol. xxxviiii. colum. prima. quod erit perpetuo notandum contra illos, qui dicunt triennalem possessionem praescriptioni non aequipollere. Et pro ista opinione poteris illud verbum nequeant, possumus in tex. hic, per quod tollitur iurisdictio, adeo, & acta sententia iudicis, & inde sequuta in contrarium non valent, ut dicit Bal. in. l. cum dubium. colum. fina. C. de legibus. & in. l. cum lege. ff. de testamen. & idem dicit Bal. in dicto. q. si quis autem. Nam dicta uerba, ex quo sunt priuatiua, de natura sui tollunt omnem potentiam, ut dicunt Archi. & Ioan. And. in nouella. & in capitu. cum plures. de offic. deleg. lib. sexto. Et adeo hoc est uerum, quod dicit hic Glosator in quinta colum. versicu. & ex hoc consulisti quod ista verba, non molestari adeo omne impedimentum tollunt, quod possessori dant titulum. Ut tenuit Rota in una Portugale. de Vallada, in qua ita pronunciavit Gaspar Auditor, ut hic per. eū. Tamen ego de hoc multū dubito; per ea, quae dicam hic in calce istius quæstionis. ¶ Et q. ista uerba non molestari, absolute intelligantur de omni molestia, sunt plura iura, in primis tex. in. c. secundo. in. f. ibi, nō esse molestando, de præscrip. libro sexto. & bonus tex. in. l. fina. in uersicu. nullam molestiam, vel inquietudinem. C. de fun. pat. lib. xi. & in capitulo licet. in fine. de probat. & in capitulo primo. de statu monac. & in. Laurilius. in princip. & q. Gaio. ff. de lib. lega. facit etiā tex. in cap. ex parte Adæ. de resti. & in capitulo audit. de restitu. spoliato. & in capitulo dilectus. de simo. & in. l. prima. C. de nundi. Et ista omnia procedunt, quando subiecta materia, & generalitas verborum hoc innuunt: quia tunc clarum est, verbum molestia, de omni perturbatione debere intelligi, ut dicunt notabiliter Moder. Mediolanef. in capitu. scilicet. in quarto notabili, per illum tex. de rescrip. & est notabilis decisio. Rotæ. xviii in titulo de restitu. spoliatorum. in nouis. quan plures sequuntur, ut ibi dixi. Et eam nos uisimè sequuntur sunt domini mei in una Brachare. parochialis Sanctorum Fausti. & Cypriani, corā R. Domino Io. Paulo, de mense Iunio M. D. XXXVIII. Cum igitur in ista regula sunt verba prægnantia, concludendum est, intelligi debere hoc uerbum molestia, generaliter de omni inquietatione.

¶ Et ista declaratio facit ad plures quæstiones examinandas inferius. Et uerba huiusmodi non molestari, respiciunt item antiquam. Hoc enim colligitur ex verbis regulæ Calisti, quæ habebat alia verba, quæ non sunt hodie in modernis regulis. Nam dum tex. hic dicit, dimidio in beneficiis huiusmodi, si dispositioni apostolicae ex aliqua referuatione generali in corpore iuriis clausa, referuata fuerint, se non intruerint, &c. in regula Calisti sequabantur ista uerba. Et causa super ipsis beneficiis, ab anno proxime transfacto, prosequitur non fuerint, super beneficiis taliter possessoris nequeant molestari, &c. Ita quod illa molestia respicit item præteritam, quam si non prosequeretur, prohibetur molestari. Possunt etiam recipere futuras imperationes, cum etiam illud molestia appelletur. ¶ Nam impletando contra aliquem possessorum triennalem, dicitur molestari, ut in. l. fina. C. ne lite penden. & in. l. si quis maior. ybi latissime repetit. C. de transfacto. Et licet uerbum molestia, largo modo capiat omnem molestiam, etiā in possessorio: illud tamen non procedit, quoad istam regulam, quæ non habet locum, quando agitur possessorio, ut superioris in alia quæstione est dictum, sed procedit tantum in petitorio, & circa illud dicta regula, non debere possessorum molestari. Est etiā aduentendum, quod molestia ista intelligitur, respectu actoris impetrantis, secundum glo. notabilem in capitu. cum olim de cau. poss. & propri. not. Bal. in cap. ex coquæstione. de rest. spoliato. Secus vero est, respectu ordinarii, cur non obstat ista regula, nec illi silentium imponitur. Nam potest ordinarius, etiam post triennalem possessionem, amouere possessorum sine titulo, & alteri conferre, quia ordinario non obstat regula, ut in terminis dicit Felyn. in cap. sicut. in. vi. colum. de re iudic. & in capitu. licet heli. de simonia. & in capitu. illud. de præsumpti. post Abb. in cap. dilecto. de præb.

¶ Ex quibus omnibus facio istam conclusionem, q. licet uerbum molestia, generaliter de omni molestia intelligatur, ut dictum est: tamen in ista regula non intelligitur generaliter, sed respectu tituli tantum. Sed super possessorio, triennalis possessor molestari poterit, ut dictum est superiorius. q. xi. ¶ In contrarium tamen, q. molestia prohibito in dubio intelligatur de

tur de possessione tantum, & non in petitorio, videtur tex. in. c. licet causam de proba. Sed ad illum tex. potest responderi, q. ibi fuerat actum possessorio retinenda, propterea illa verba impositionis silenti, & sic molestia, possessorum tantum respiciunt: & quia sententia refertur ad id quod est petitum, ut in. l. si quis. ff. ad exhiben. & ibi glo. & Bar. & in. l. si ut proponis. la. i. C. quomodo, & quod iud. Sed extra illum casum, silentii impositio respicit possessorum, & petitorum, ut probatur in. c. dilecto. in. f. de pra. ben. & in. c. eccl. de cau. poss. & proprie. & in. c. i. in. f. de concess. præb. lib. vi. & secundum hoc posset defendi dictum Glosatoris hic, q. ista verba nequeant molestari, ut vtrungi comprehendunt, possessori triennali titulum dare videntur. Ex quo inferatur, q. triennalis possessor, etiam contra ordinarii se defendere posset. ¶ Tamen istis non obstantibus, contraria opinio est verior, vi delicit q. ista regula secundum interpretationem Rotæ, non dat titulum, sed tantum exceptionem, & ideo ordinarius non prohibetur contra triennalem de titulo inquirere. Ita tenet Fely. & cōmuniter Moder. in. d. c. sicut. & aliis locis superiorius allegatis. Et q. ista opinio vera, videlicet, q. ista regula non det, nisi tantum exceptionem, probo manifesta ratione, quia dicta verba nequeant molestari & c. hic posita, sunt prohibita, ex quibus resultat vnu dictum vbiq. approbatum, & q. quando lex aliquid uictat ad commodum illius, cui fieri aliquid vetatur, tunc ex illa lege non competit illi in fauorem, cuius prohibitio facta fuit, nisi sola exceptio. ista est doctri. Bar. communiter ap. probata in. l. i. in. ii. colum. versi. quodq. lex uerat &c. numero. s. ff. de condi. ex leg. & in. l. i. ff. ad mace. & in. l. i. ff. ad velleia. Sed in casu nostro, prohibitio molestiae, per istam regulam in fauorem triennalis possessoris inducta fuit; ergo illi tantum competit exceptio, & non actio, & sic non acquiritur illi, per istam regulam, titulus, quia si titulus acquireretur, agere posset, cūris contrarium ex superiorius dictis probatur. ¶ Concludo igitur, regulâ istam tantum exceptionem producere, q. non impedit ordinariorum inquirentem. Item q. illa prohibitio solum operatur, quando triennalis possessor super titulo molestatur, non autem super possessionem, per ea, quae superiorius diximus in. q. xi. Ex quibus inferatur, q. ista verba, nequeant molestari, hic posita, attenta subiecta materia istius regulæ, non concernent possessorum, prout in. d. c. dilecto. cum aliis superiorius allegatis, sed petitorum tantum, quod no.

¶ Quæstio Quinquagesima nona.

VINQ VAGESIMONONO Quæro, tān possessio capta per amicū sine mandato, cum titulo colorato, possit inde ad duos annos per dominum ratificari. Ita post ratificationē, dominus possidenſ vlerius per annum, efficiatur triennalis, in præiudicium medii impetrantis a papa.

¶ SOLVITIO. Hodie. xiii. Decē. M. D. xxxvii. in una Regien. canonicatus, & præb. dñe. coram R. Dom. Raynaldo, fuit per maiorem partem dominorum conclusum, q. non, tāq. quia ratificatio tali casu non potest fieri in præiudicium tertii, nisi ratificantis, ut tradunt docto. colum. i. de lib. & post. cum sexcentis concor. concegitis per Decimum in. l. semper qui non prohibit. colum. f. ff. de reg. iur. lib. vi. & Ias. in. l. filio, quem pater. colum. i. de lib. & post. cum sexcentis concor. concegitis per Decimum in. l. semper qui non prohibit. colum. f. ff. de reg. iur. Eritedo possessio incipiet a die ratificationis, & sic ex hunc, non autem ex tunc. Præsertim quia tempore, quo amicus accepit possessionem, do minus non habebat animum possidendi, & possessio capi non potest, sine animo, & corpore. Et per hoc potest decidi alia. q. quæ pendet modo, de mense Maio M. D. xxxviii, in una Salamantina capellaniæ, cotani R. D. lo. Mohedano, in qua quidam Petrus Sarmiento commisit causam contra Ferdinandum Alphonſi, possessorum, & quidam assertus procurator dicti Petri obtinuit decretum citationis, quæ executa fuit contra d. Ferdinandum. Post eius executionem d. Ferdinandus triennio possedit, deinde post triennium d. Petrus Sarmiento ratum habens quicquid factum fuit per assertum procuratorem suum, prosequitur causam contra d. Ferdinandum possessorum, qui excipit de ista regula, & fuit dubitatum, quid iuris. Tandem domini resoluerunt, locum esse regule per supradicta, & per illa fundamenta, quæ scripsi super regula de annali. q. xlvi. ybi fuit decisus id est casus in una Tudem. coram R. Domino Ioan. Clerici, ut ibi dixi.

Vito s. f.

SEXAGESIMO Quarto, † an possessor triennalis, cum titulo tantum colorato, possit agere post triennium, contra habentem verum titulum, ad recuperationem aliorum fructuum perceptorum?

SOLVITIO. Dicendum videtur, quod non, quia licet triennalis possessor, cum titulo colorato fructus legitime retinere possit, & agentem exceptionis istius regulæ repellere: non tamen agere poterit, quia ista regula non defendit, nisi possessorum, & ad hoc concedit tantum exceptionem, sed in peritorio nihil tribuit, ut superius, q. lviij. probauit, per doctrinam Bar. in. l. i. numero. 5. ff. de condi. ex lege. Itaque si triennalis possessor, sub praetextu sua possessionis triennalis contra habentem verum titulum agere vellat, & ille se ex titulo vero defenseret, certe succumberet, quia oportaret eum de titulo meliori docere, quem sola possessio triennalis producere non potest, † quia ut Fely. & alii tā in. c. illud, de presumpt. q. in. c. sicut. col. xvi. de iudic. & in. c. licet, de simo, dicunt, regulam istam neminem in peritorio iurare, sed tantum exceptionem producere.

Posset tamen unus casus considerari, in quo licet triennalis possessor esset, actor posset priuilegio istius regulæ vti, per viam replicationis, ut quando contra usurpatorem, & sine aliquo titulo intrusum, & usurpatorem alicuius partis fructuum ageret. † Nam propterea, quod triennalis possessor, omnes fructus non possidet, non desinit esse pacificus quia sufficit cum maiorem partem possidere, iuxta no. in. c. commissa. de electio. lib. vi. & in. c. de multa. per Abb. & alios de præben. ut latissime dixi superius in alia quæstione. Si igitur triennalis possessor, contra illum intrusum sine titulo ad illos fructus ageret, & intrusus de non legitimo & sufficieti titulo triennalis possessoris exciperet (nam coloratus titulus non est sufficiens, neque ad agendum fatis firmus) posset hoc casu, ut opinor, triennalis replicare, titulum illum coloratum, cum triennali possessione coniunctum, ad recuperandum fructus ab illo usurpatore nullum titulum habenti, sufficeret, quod non sufficeret, si triennalis cum intruso habenti bonum titulum concurret, quia tunc oportaret de veritate tituli, ad effectum canonizationis discutere, & stante bono titulo alterius, coloratus titulus triennalis possessoris causa nonizari non posset. Imo si alias titulus non esset, ille titulus coloratus nunquam canonizari debet, licet in isto casu sufficiat, quoad ad iudicationem fructuum ipsi triennali faciendam.

SEXAGESIMO PRIMO. Quero, † quomodo intelligantur ultima verba istius regulæ, videlicet, antiquas lites penitus extinguentes?

SOLVITIO. Ista quæstio est multum necessaria ad istam regulam, & pendet modo in Rota coram me, in causa Conchen. præstimoniorum inter Ioan. de Morillas ex vna, & Garfiam de villareal. Sed intellectus verborum eius est valde difficilis: Nam D. Jacobus Sis monetta, auditor omnium antiquior, & forte etiam curiosior, dixit se plures audiuisse a maioribus suis, qui hoc idem a prædecessoribus suis etiam habuerant, ista verba nunquam intellexisse, quinimo sepius interrogasse Reuerendiss. D. Laurentium Cardinalem Sanctorum Quatuor, virum certe longo vsu, & doctrina singularissimum, qui sepe huiusmodi regularum aëditionibus interfuit, & respondisse, se ignorare quid illa verba præferent, sed ea prout a maioribus quasi per manus recepit, ita prout iacent describi permisit. Et Glosator hic etiam dicit se super intellectu istorum verborum interrogasse doctos, & praticos curiales, & præsternit Nicolam de Castello tunc aduocatum, & Antonium de Eugenio practicum, & antiquum caufarum procuratorem, qui sibi dixerunt, illa verba non intelligere, nec putabant vñq̄ intellecta ab eiusdem compositotoribus fuisse. Itaque dici potest, hoc dubium esse veluti † illud Gordii vinculum tota Asia celebratissimum, tot etiam factis inextricabile. Quod q̄ soluisset (vt erat apud incolas frequēs opinio, ex oraculo voce) tota Asia potiri debebat, ut author est Arrianus, & Q. Curtius, rerū gestarū Alex. lib. iii. verum quia nihil in rerum natura est ita difficile, quod non labor assiduus, & industria conficiat, decreui pro tenue facultate mea, in hoc tamen anticipari, & difficulti passu nervos intendere, non, q̄ me sperarem aliquid aſsequi, quod non prius, & melius maiores nostri cogitaverunt, sed quod satis est, mihi consuluisse arbitrabor, si rem ipsam explicem clarius, diffe-

ram, copiosus, q̄ per alium hac tempore factum fuerit: Nam vt opinor, ista verba, antiquas lites &c. septem, vel octo intellectus, seu interpretationes recipere possunt, quorū aliquos Glosator hic confuse, & intolute enarrat. Ex quibus omnibus duos tantum Rota approbavit. Et ideo ut omnes suo ordine discutiantur, rem aggredior.

¶ Antiquas lites super illis motas penitus extinguentes &c.

¶ Primus igitur intellectus istorum verborum fuit, q̄ ista verba de litibus motis contra possessorum, ante possessionem triennalem intelligantur: Nam si post illam item possessor, absq̄ aliqua molestia triennio pacifice possedit, illa triennalis possessio sequens, lites illas anteriores extinguit. Sed adiectum, q̄ iste intellectus non videtur verus, non solū quia contra illum intellectum Rota his, judicauit, ut refere hic Glosator, sed quia aliis motis, & rationibus subtiliter non potest.

¶ In primis, quia stante isto intellectu, sequeretur hoc inconveniens, q̄ regula ista ius quæsumi sit, pendat, tolleret, quod tamē ipse idem summus pontifex, istius regulæ conditor

hoc superius per aliam suam regulam prohibuerat. ¶ Debet ergo verba generalia istius regulæ taliter interpretari, ut quoad fieri possit, iuri communī conueniant, ut in. c. causam de rescrip. Et in dubio, talis debet præsumi. Papæ illius conditoris mens, & intentio, quælis est iuris, ut, videlicet, nemini præiudicium nec iniuriam faciat, ut tradidit Bal. Alex. & Iaf. in. l. ex. fa. to. ff. de vulg. & pup. post Inno. in. c. quoniam. ut lite non conte. Non enim inde iniuria oritur debet, unde iura nascuntur, ut dicitur in. c. qualiter de accusatio. & in. l. meminerint. C. vnde vi. Quod autem ex tali intellectu, sue interpretatione regulæ ius quæsumi tollatur, exemplo probatur: Nam ponamus me impetrare beneficium ex iusto titulo, ex quo mihi ius verum, reale, & indubitate competet, vigore cuius Titum possessorum adhuc non triennalem in iudicium traxi. Certe atento prædicto intellectu, ab isto bono, & vero iure meo excludor, & per triennium prædictam item non prosecutus fuero, &c. Titum post item per memoriam triennio possidere, permisero. Quod quantum in beneficiis prohibetur, nemo non intelligit, † cum satis nouum sit, in beneficialibus, quæ a suo bono iure, solo temporis euri excludi non debere. c. i. & ii. de reg. iur. lib. vi. & c. ex frequentibus. de inst. tradit Bar. in. l. solent. §. fi. col. ff. de offi. procons. quod Rota testum in dubiis causis, ut refero in regula de non tol. iu. ques. quæ. v. numero. 13.

¶ Præterea ex prædicto intellectu, sequitur aliud absurdum, q̄ impenitanti, forte legitime impedito infra triennium item proficiat, tollitur ius quæsumum, sine causa contra dictam regulam. & l. ii. §. si quis a principe. ¶ nequid in lo. pit. & cap. satis peruersum. lvi. distin. Item sequitur etiam aliud inconveniens, q̄ si quis nullum ius haberet, triennali possessione bonum ius habentem excluderet. Itaque hoc casu melioris conditionis erit iniquus possessor, q̄ bonum ius habens, contra tex. in. c. cum qui de præben. lib. vi. qui quanto diuturnior eius possessor probareatur, tanto grauius puniri deberet, per rationem text. in. c. fi. de præscriptio. Cui etiam intellectu refragatur decisio Rota iani diurno patrum vnu, & consensu. comprobata in tit. ut lit. pendet, in no. decisio. x. quæ disponit item semel incepit, nunq̄ in Rota, nisi per sententiam finiri. Ex qua sequitur, q̄ lite pendente possideris, pacificus possessor dici non potest, & per consequens uti priuilegio istius regulæ non poterit. Reiecto igitur isto intellectu, alijs perquirendus est.

¶ Secundus igitur intellectus regulæ est, q̄ illa verba antiquas lites &c. intelligantur de litibus motis contra triennalem possessorum post triennium, anteq̄ regula æderetur, quæ postea ædita regula castantur. Ita intellectus fundatur ex serie verborum regulæ, inquitum, superius dicit, super beneficis taliter possessis &c. & paulo post dicit, imperationes de beneficis sic possessis &c. deinde subdit ultimo loco, lites super illis motas penitus extinguentes. Ex quo ergo superius regula semper loquuta est de beneficis triennio possessoris, & postea dicit lites super illis, debet intelligi, super illis sic triennio possessoris, ut ista relatio cum eadem qualitate fieri censetur, iuxta doctrinam Bar. in. l. Julianus. in prin. ff. de he red. insti. & Bal. in. l. fi. C. de impu. & aliis subst. regula. n. intendit pacificos possessorum triennales tam per exceptionem, respectu futuri temporis, q̄ per extinctionem litis, respectu præteriti tueri, ac defendere.

¶ Tertie intellectus fuit antiquorum aduocatorum, cui magis adhaerere videbantur verba regulæ Calixti. q̄ istius regulæ, ut dixi in præfatione istius regulæ. Et istum intellectum, ultra Glosatorem hic, reperio plures doctores, diuersis temporibus, in variis causis tenuissem

COMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Nam Anto. de Capharellis; & Ludouicus de Interamne, egregii adiutori, in causa Salzburgi, praebendae, istum intellectum sunt sequuntur. Et idem Antonius eundem intellectum tenuit, in causa Macclouien, ecclesiae de sancto Iustato, quæ in alia causa Joachinus de Narria est imitatus. ¶ Sed iste intellectus reprehædit ex parte Garise, in dicta causa Conchæ, nunc pendente coram me, q̄ non sit iuris ex eo, quia si regula intelligatur de litibus, post triennalem pacificam possessionem motis, frustra ponentur illa uerba, Antiquas lites &c. quæ presupponunt lites antetriennalem esse motas, non post triennalem: Nam si papa de illis intellectus, dixisset lites post triennalem possessionem motas, & non dixisset, antiquas lites penitus extinguentes. Verum quia illud videbatur superfluum, omisit, quia post triennalem possessionem, non oportet extinguere lites, cum hoc ipsum sit priuilegium ipsius triennalis possessionis, lites extinguere, & silentium perpetuum imponere, ut patet ex illis uerbis, neque aucti molestari, q̄ idem significant, ut dixi superius in q. lviii. Nam si post triennium completum regula permitteret molestari, non bene quadraret prohibito, quæ locū habet ipso eodem momento, quo finitur triennium. Molestia igitur, & lis debet presupponi ante triennium, quæ post triennium prohibetur, etiam in futurum, & lis præterita extinguitur. Et tunc bene quadrat uerba regulæ antiquas lites penitus extinguentes. Et video ad alium intellectum ueniamus.

¶ Tertius intellectus istorum uerborum colligitur ex regula Hadriani, licet extincta per eius obitum, ut uidelicet, ista uerba intelligantur de litibus motis, per prædecessores contra alios possessores, uel per alios contra ipsos, secus si ipsi triennales possessores item mouissent super beneficio contra alios, & sic fecissent sibi beneficium litigiosum: Nam licet postea possederent dictum beneficium per triennium, regula ipsis, qui item mouerant, non suffragatur. Iste intellectus sumitur ex uerbis dictæ regulæ Hadriani, & potest ratiōnē argui, ex lege resuata, uel correcta ad intellectum alterius legis, iuxta doctrinam Bartholi in legi prima. ff. de coniungen. cum emanep. lib. & in legi fn. ff. de falso. Nam non est nouum, quod leges posteriores per antiquas etiam resuatas declarantur, vulg. l. non est nouum. & l. Nam & posteriores, cum ex actu nullo uoluntas, & mens disponens colligatur, & declaretur, vulg. l. ff. de reb. eo. Pro isto intellectu videtur dictum Nicolai milis antiqui Auditoris in uerbo lites pendente, quoad litigantem, & ubi tenet, q̄ lis inter alios non facit beneficium litigiosum quoad tertium, qui non est in līte, ut ibi optime probat, & dixi superius in alia. q.

¶ Sed iste intellectus non uidetur posse subsistere, ex eo, quia ista regula generaliter lites moras extinguire, debet ergo de omnibus litibus generaliter intelligi, tam de litibus motis per ipsos prædecessores contra alios, q̄ de motis per ipsos triennales possessores absurdum enim est distinguere vbi lex non distinguuntur. c. solite, de ma. & obc. cum vulg. Et licet maior ratio sit in possessori triennali mouente item, q̄ in alio, per ea, quæ Roma, tradit in conf. ccccxxv, in prima column, illa tamen differentia est per plus, & minus, q̄ non facit rem ipsam in substantia diffire, ut in l. ff. de fundo instru. no. Bar. in l. ff. de actio. & oblig.

¶ Terci enim generalis comprehendit utrumq; casum, licet in aliorum ratio militet in uno casu, q̄ in alio, ut est tex. iuncta glo. in. l. unica, in uerbo sponsam. C. de rap. virg. facit clem. iij. cum glo. de rescrip. Et solet ad hoc allegari notabilis tex. in. l. prima. q̄ quod autem, ff. de aleato, & per hoc uidetur responsum ad motiuam superius facta. ¶ Non obstat regula Hadriani ponderata superius, quia si illa recte pondereatur, potius probat oppositum, quia illa uerba, uel per eos motas, polita in dicta regula, inferunt manifeste, q̄ siue lites fuerint motae per prædecessores contra possessores triennales, siue per eosdem possessores contra alios, q̄ huiusmodi lites extinguuntur, & sic uerba dictæ regule faciunt in contrarium. ¶ Non obstat regulam de annali non suffragari possessori, qui consenserit priuationi, quia respondet casum non esse similem, ex eo, quia ibi uisus est renunciare omni exceptioni, per quam eo non soluente, posset impediri priuatio, ex quo illi consenserit, & uolenti, & scienti non sit iniuria, ut in. c. scienti, de regul. iur. lib. vi. Et video illa non faciunt ad propositum casus hosti, & ita in terminis istum intellectum reprobant quidam. Moder. Sabinus, in quadam apostilla ad istam regulam ubi respondent ad decisionem. lxxv. in no. procedere in odium, attenuatorum alias secus.

¶ Quartus intellectus ad ista uerba datur, ut extinctæ lites antiquæ intelligantur hic, quæ motæ fuerint per decem annos ante triennum, secus de litibus minori tempore intructis

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXXVIII

productis, quia ille antiquæ lites dici non possent, quod factum uidetur propter negligenciam deferentis item ante decem annos, ut sit litium finis, quod ex dictis. d. Guliel. dicentis hoc alias in Rota in causa Giennen, tentum fuisse comprobari posset, uidelicet, litē cēseri. ¶ Spacio decem annorum deferant. arg. glo. in cle. i. in uerbo prosequatur, ut lite penden. & in. l. peregre. ff. de acqui. post. Et tenendo istum intellectum verbum antiquas, sic possum, exponeretur pro litibus longi temporis, iuxta tex. & quæ ibi notat Domi. post. Archi. & Joan. Andr. in. c. ii. de sepul. lib. vi. Et Preposit. in. c. primo. in princ. in notabilibus, qui feu. da. possit. ¶ Sed iste intellectus eodem morbo laborat, ex eo, quia contra illum obstat de cito. ccccxi. in no. que uult item in curia non finiri, nisi per sententiam, & exponere uerbum antiquas, i. longas, est etiam quedam extorta interpretatio: Nam iura allegata pro ista expositio non faciunt ad rem, quæ loquuntur in causis suis, ubi subiecta materia, hoc suaz debat, sed his subiecta materia non est talis, ut cogat nos ita exponere, igitur &c.

¶ Quintus intellectus, qui uidetur diuersus a tertio intellectu superiori dato, fuit cuiusdam Iacobi de Rizonibus abbreviatoris, ut refert Glosator hic, uidelicet, q̄ ista regula intelligatur de litibus motis cum antecessore, secus cum isto possessore, qui possedit per triennium cui inquam fuit mota lis. Et ideo res inter alios acta non debet isti successori, & possessori nocere, qui videtur habere bonam fidem. ¶ Sed iste intellectus, etiā non ualeat, ex eo, quia si beneficium est litigiosum trahit cum uictio suo sicut sequitur leprosum, ut in. l. ii. C. de litigio. & no. Milis in uerbo litigiosum. & etiam illi obstat decisio. x. ut lite pend. in no. & aliis rationibus illum reprehendit Glosator hic, qui uidetur potest.

¶ Sextus intellectus est, ut regula intelligatur de litibus antiquis motis extra curiam, quas hic papa extinguuit, secus de litibus motis in curia in quibus potest procedere prædicta de cito. ccccxi. in no. ¶ Etiā intellectus iste est diuinatius, quia regula, & decisio indistincte, & generaliter loquuntur, & ita per curiales intelligantur, & quia eadem est ratio in litibus extra curiam sicut in curia cum utroq; modo beneficium efficiatur litigiosum.

¶ Septimus intellectus datur, q̄ ista regula intelligatur tantum de litibus futuris post triennalem possessionem pacificam, & tunc uerbum antiquas, refertur ad futurum, ut sentit Glosator hic, ita q̄ erit sensus, q̄ per triennale possessionem papa uult oēs futuras lites extinguere, & finem eis imponere, ut amplius non possint per illas molestari triennales: Nā uerbum antiquas, ponitur pro posterioribus, ut in. l. cum scimus. in fi. C. de agri. & censi. lib. xi. Vel melius dicas, q̄ uerbum antiquas, non refertur ad lites iudiciales, quæ fuerunt, sed ad altercationes, & disputationes prudentium: Nam saepe fuit disputatum nunquid per decennalem possessionem præscriptum esset titulo beneficii, uel argueretur titulus, de quo in. c. illud. de præsump. & Lapis allegatione. lxxxix. nunc per istam regulam lites ille, id est controværsiæ, & antiquæ contentiones doctorum penitus extinguantur, & sic uerbum lites hic capitul pro controværsia extra judiciali, ut in. c. forus. de verb. sign. de qua Vergil. xii. Aeneid. Limes erat positus item, ut discernerer agri. Et alibi. Quis vestrum tantas poterit compонere lites.

¶ Habemus igitur ex prædictis septem intellectus, qui propter uerborum obscuritatem non carent diuinatione, adeo, q̄ potest illud dici, quod saepe multis curialibus iactatum est, uerba omnino obscura esse reuicienda, & illis non obstantibus, sequendam iuris disputationem, q̄ quæ uult item non extinguui, nisi morte, vel sententia, ut no. Joan. And. in. d. cle. prima. & caretur prædicta decisio decimalis. ut lit. pend. in no. hinc vulgo dicitur, q̄ quando lex est ambigua, & haber plures intellectus non est alleganda in decisionibus causarum, ut dicit Bart. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. cum multis concor. ut latissime scripsi in. c. primo, in glo. de consti. lib. vi. Et video nimis si domini auditores saepe neglectis istis uerbis tanquam obscuris uelerunt sententias, sequuti portius dictam decisionem. ccccxi. quam interpretationem obscuram istorum uerborum, quod potuerunt facere, per ea, quæ dicit Bal. in. c. fi. de constitut. & in. l. ii. in. ii. column. C. quando prouo. non est necesse. Quinimo fortius voluit Joan. de Anania in. c. Petrus. in prima column. de homi. ¶ q̄ quando lex præcepti data, adeo habet plures intellectus, faciens contra eam non peccat mortaliter, quod tenuit Abb. post Joan. And. in. c. capellanus. de feriis. Ias. in. l. postumo. column. vii. C. de bo. poss. contratab. & in. l. cap. tactorias. colum. penul. C. de fest. mili. & alibi sepe. Nam, ut inquit Boetius, quem refert Bal. in. l. precibus. colum. vii. C. de imp. & alibi subst. quod multipliciter intelligitur, cuius ueritas ignoratur, sed ne regularum conditores, qui

COMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.

plures fuerint, & usi i undecimq; doctissimi de imperitia, vel negligentia arguantur, cum tam sepe dicta uerba innouarunt, nec vnḡ ea a regulis deluerunt, erit necessarium aliquē ex predictis intellectibus sequi: Nam quando in una lege plures dantur intellectus, liceat omnes sint diuinaturi, tamen si lex alio congruo modo intelligi non potest, intellectus ille tenendus est, qui minus diuinatur, ut dicit Bar. in. l. ita stipulatus. la grande. colum. xi. de ver. ob. uel illū intellectū cui minus iura aduersan̄, ut dicit Alex. in. l. rei iudicat̄. in prin. col. ff. soluto matr. Ias. in. l. huiusmodi. § si cui. ff. de lega. primo. Vel ille intellectus, qui magis placet, quia hoc non est peccatum contra Spiritum sanctū, ut dicit Imo. in. c. per tuas. de simo. & dixi in. c. i. in primo notabilis, in. f. de rescr. lib. vi. Quae cum ita sit, uisum fuit Rota die. xx. Novembris M. D. xxxiiii. proposita per me iterum, atq; iterum dicta causa Conchen. tertium, & quartum intellectus ex superioris relatis approbare, propter quos iudicarunt Garssiam posse se beneficium istius regulæ tueri. Verum quia ipse idem Garssas, ante triennalem possessionem commiserat causam, regula ista sibi non profuit, ex quo sibi ipsi beneficium litigiosum effect, & ideo possessio triennalis sequens pacifica dici non potuit, Imo illa sola cōmissio causa, sibi in pluribus aliis casibus est dānosa, quos enumerat Fely. in. c. super literis. col. x. vers. limitatur primo, de rescr. & dixi in regula de subrogandis. & in trac. signa. Viā igitur quam elegit, illa sibi proderit, illata. l. si mulier. ad velleia. Quia si ex lite per eum mota, sibi molestiam iuris intulit, & per consequens, exceptione istius regulæ se priuauit, de se ipso conqueri debet, & damnum, quod sua culpa sentit, sibi debet imputari, ut dicit tex. in vulg. c. damnum. de reg. iur. lib. vi. ¶ Et ita in terminis istius. q. videlicet, q. committens causam, dicatur quoad se introducere item, quæ eum non pacificum possesseorem reddit, Rota tenuit de anno M. D. xix. de mense Martio, in causa Parmen. archi presbyteratus, pendente coram D. Hugone de spina, de qua meminit D. Gulielmus hic in collectaneis decisionum, per plura motiva, quæ ibi videri possunt. Et ita etiam tempore meo dixit Rota, in causa Giennen. canonici, pendente coram D. Jacobo Simonetta, inter Rodericum Lupi, qui commiserat causam, & allegauerat triennalem, & quendam capellani familiarem Cardinalis Giennen. Erat idem tenuit Rota in una Valentina parochialis, de piego de mense Martio M. D. xxxvii. coram R. D. Io. Mohedano, ut dixi superioris. q. lvi. ¶ Antiqua igitur lites extinguitur per istam regulam, quæ inter alios ante triennalem possedit ionem motæ fuerunt. Erat etiam hodie. xii. Junii M. D. xxxviii. istam regulam intellectus Rota, in alia causa Cegobien. parochialis, de Paradinas, corā R. P. D. Marcello, episcopo Matricano. Secus, ut dixi, si ipse possessor prius, contra alios causam commisit, ut est dictum, & ad decisionem Rota, ut lit. penden. in no. quæ volunt item non finiri, nisi post sententiam, quia ad illam responderunt tribus uel quatuor modis. ¶ Primo, q. decisio procedat nisi de ista regula excipiat, t̄ sicut dicimus de decreto facto in fauorem alicuius: Nam ita demum ligat, ille uti voluerit, ut dicit glo. in. c. i. de concess. præben. lib. vi. cū concor. vt scribit Decius in. l. pacta quæ contra. C. de pact. numero. i. i. & Philip. Perus. in. c. dispendia. in princ. de rescr. lib. vi. & in. c. vt nostrum. in. iii. colum. de appellā. Ias. in. l. transactione. in. f. C. de transact. Et idem in emphitheota, qui ob non solutione canonis, est priuatus ipso iure: Nam intelligitur domino volente, ut tradit Ias. post alios in. l. secunda. C. de iure emphit. Et hoc idē habetur in. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & in. l. eleganter. & ibi glo. in. vers. nullam. ff. de dolo. Possessore igitur triennali racente, & non opponente lis non finitur per possessionem triennalem: adeo, q. si triennalis possessor moriatur, beneficium adhuc durabit litigiosum, etiam per mille annos, donec finiatur lis sententia, & ita procedere potest dicta decisio.

¶ Secundo respondet, q. illa decisio procedat, attenta dispositione iuris canonici, de qua in. c. f. de iud. de quo iure instantia perpetuo durat, nisi per sententiam terminetur. Sed attenta dispositione istius regulæ cancellarię, lis triennio extinguitur, sicut est de iure ciuili causum, in. l. properandum. C. de iud. Nec est mirum, q. ius canonicum, & regula sunt contraria, quia idem videmus in aliis regulis, de annali, de infir. resignan. & in pluribus aliis, quæ contrariantur iuri communī, prout etiam ius ciuile in codem casu reperitur limitatum, & restrictum a iure prætorio, ut. l. in honorariis. ff. de actio. & obligat. & alibi saepē. ¶ Vel tertio dici potest, q. illa decisio non est vera, quia contra eam saepius fuit iudicatum, ut appareret in una causa Giennen. coram D. Jacobo Simonetta, in qua in Rota, per maiorem partem dominorum conclusum fuit, t̄ per lapsum decem annorum, item haberi pro dñeſi, etiā, ut

REG. DE TRIENNALI POSSESSORE. CCXXIX

cta, ut meminit D. Guliel. Cassiodorus in collect. decisio. tit. vi. lit. gen. Et idem in possessione fuit tentum, coram D. Camillo de Ballionibus, in una causa Gebenen, pro cardinale Anconitano. iii. Iulii M. D. xxxi. per doctri. Abb. in. c. contigit, de dol. & cont. ut dixi in regula de non tol. ius quæsi. q. v. in. f. Imo ipsum beneficium dicitur per tantum tempus. x. annorum haberi pro derelicto, ut ibi dicit Abb. quem in hoc non sequuti fuerunt domini, sed respectu possessionis, ut dixi, p. ea, quæ idē Abb. dicit in. c. cum venissent de rest. spolia. & in. c. capitulum. de rescr. Sed q. titulus beneficii praefato tempore perdatur, tenet etiam Oldra. consi. col. ii. & Per. de anchora. cons. cccc. & hoc ut finis litibus imponatur. Et hoc quod dictum est de possessione, domini traxerunt ad item, quæ decennio, videtur haberi p. derelicto, ut dixi. ¶ Et pmissis igit̄ patet, decisionē illā nō procedere, quā ē ipugnat Nic. Milis Rota auditor, in uerbo lit. p. & uerbo lis finit. & Glosator in regula de subrogādis. ¶ Vel quarto ad illam decisionem respōdet Glosator hic, q. procedat de lite in curia, secus, extra. Sed ista solutio nihil facit, nisi restringatur ad beneficia vacantia in curia litigiosa. Quod nescio si ipse ita intellexit. Ex quibus omniibus resultat ista conclusio, regulam istam non posse intelligi de lite in tota post triennalem possessionem, sed ante, ut est dictum. Et ita ego in. d. causa Conchen. pronunciaui, quæ sententia postea confirmata fuit, per tres conformat. Nec fuit in Rota causa, quæ maiores tumultus excitaret, q. ista, quæ ultra istas tres sententias Rota, uentilata postea fuit per tres alias sententias coram Gubernatore, & postea coram auditore camerae, & deinde coram Cardinale Simonetta commissario. Postremo cum ultimo silentio diffinita in signatura papæ, propriet quam causam partes hanc causam usq; ad insaniam prosequuntur iudicio curialium.

Quæstio Sexagesima secunda.

SEXAGESIMO SECUNDO. Quarto, t̄ an regula ista ueatur non promovetur infra annum, iuxta. c. licet canon. & c. commissa. de electio. lib. vi.

C SOLVITO. De hoc dixi superioris in. x. q. tractans materiam execrabilis.

Quæstio Sexagesima tercia.

SEXAGESIMO TERTIO. Quarto, t̄ an si possessor citatus vigore commissons, in qua apposita fuit illa vulgaris clausula, videlicet, dummodo ante terminum ad articulādū literas expedierit, & q. interim beneficium nō censeatur litigiosum, &c. si post citationem predictam triennio possedit, dicatur pacificus ad effectum istius regulæ.

C SOLVITO. Videatur prima facie dicendum, q. non sit pacificus, ex eo, quia illa clausula fuit apposita ad effectū, ut actoris malitia cōprimeretur, quia procurabant se p. possessores forte senes vigore dictaq; cōmissionum literis nō expeditis, & sic cū modica impēsa citare, ad effectū, ut p. eoz ob uitium possent subrogari, & sic ordinarios patronos, & expectantes excludere, q. igitur apposita fuit. d. clausula ad effectū tollēdū subrogationis, nō debet alium effectū operari, arg. l. q. fauore. C. de legibus. ¶ Præterea, quia talis possessor ex tali cōmissione, & citatione vexari, & molestari dr. ut no. Fely. in. c. ex tenore. de rescr. facit, qd no. Bar. in. l. amplius nō peti. ff. re rat. hab. & Bal. in. l. i. C. de nundi. & dixi in regula de annali, in. q. de citatione nulla. Et ita resulit iudicasse Rotā Alex. de Cesena quondam famulos procurator, ut refert Aeneas Sabinen, in quibusdā apostillis regule. xxiv. de cōmissionibus literis non expeditis, vbi etiā refert D. Berengarii Sagata dixisse illi Rotā ita iudicasse in quadam causa Tran̄. Et dicit es se norandi hoc, quia stant ista simul, q. beneficiū non sit litigiosum, & q. non sit pacificū, prout ego notaui in alio casu superioris in alia. q. de illo, qui possedit triennio post sententiā, q. transiuit in tē iudicatā, & post executoriales, quia fieri ibi non sit lis, quia finitur p. sententiā, tñ ille nō ē pacificus, ut frui possit bñficio istius regulæ, ut ibi p. baui p. quādā deci. i no.

C Tamen predictis obstat, quæ conclusa fuerunt in præcedenti. q. examinando clausulam lites penitus extinguitur, hic possum, & quæ dixi in regula de annali. q. xl. dum ibi tracto, an per citationem nullam interrumptur pacifica possesso requieta in illa regula, quib; etiam accedunt ea, quæ dixi in regula de subrogandis. q. ii.

QQ

COMMEN. R.P.D. LVDOVICI GOMES.
REGVLA DE VALORE BENEFICIORVM
IN IMPETRATIONIBVS EXPRIMENDO.

STEM Voluit, q̄ in gratiis (quas personis quibusuis de beneficiis uacantibus, seu certo modo uacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcūq̄ beneficiorum, quē dictē personē tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum, uel concessum, aut mandatum prouideri) uerus ualor annuus per marchas argenti, aut sterlingorum, uel librarū turonensium paruorū, seu florēnos, aut ducatos, seu unciam aurī, seu alterius monetę ualor, secundū comūnem estimationē exprimatur. Nisi motu proprio, gratiē hīmōi hant, uel personē prādictē beneficia, quē tunc obtinuerūt, aut in quibus, & ad quē ius eis cōpetit, iuxta ipsarum oblationes, uel alias dimittere teneantur. Alioquin p̄fataz gratiē sint nullæ. Et idem seruetur in expectatiūis de beneficiis obtentis, & in quibus, seu ad quā im̄petranti ius competit, & illorum ualore.

PRAEFATIΩ.

AVTHOR primus istius regulæ, fuit Urbanus III. ut resert Clemens. Sextus, in quadam extrauaganti, de qua inferius facio mentionem. Sed in volumine regularum, non Urbanus III. sed Urbanus VI. repetitur hujus regiae inuentor. Nam super ualore exprimendo in gratiis, quatuor regulas addidit. Primam circa gratias, & beneficia obtenta, quā publicauit vndeclimo Calendas Martii sui pontificatus anno primo, de qua facit mentionem Rota decif. xix. de p̄ben. in no. Secundam circa im̄petrantes beneficia vacantia, uel certo modo vacatura, quam publicauit. viii. Calendas Maii anno tertio. Et ex istis duabus Ioan. xxii. vnam tantum regulam fecit, ex qua sumpta fuit ista moderna, quam modo habemus. Tertiā deinde regulam publicauit de ualore exprimendo in beneficiis vniendis. Et istam etiam sequuntur omnes successores vñq̄ in hodiernum diem, nihil immutando. Quartam vero circa beneficia im̄petrata motu proprio, in quibus voluit etiam mentionem fieri de ualore. Et ista fuit ultima eius regulā publicata. vii. Calendas Iunii anno quinto, quam sequitur fuit solus Martinus. V. Et de illa facit mentionem Petrus de ancha, in cons. ccxvii. efficacibus in princi. Et de vñraq̄ meminit idem Pet. de ancha, in cons. ccxv. incip. pro clariori. Et h̄cer Fely. in. c. ad aures. in. v. & viii. conclusionib. de rescrip. afferat Urbanii regulam tantum loqui de dignitatibus im̄petrandis motu proprio, allegando Petr. de ancha. in dicto cons. Tamen Pet. de ancha. hoc non dicit, neq̄ hoc cauebatur in regula, sed illa indistincte loquitur de quibuscumq̄ beneficiis. Quam postea solus Martinus. V. ut dixi, est imitatus. Alii uero omnes tam antiqui, q̄ moderni pontifices regulā illā, quoad motū propriū, susulerūt. Et primus fuit, qui hoc suslulit Io. xxiii. qui aeditit regulam nostrā modernā similem, de qua facit mentionem idem Pet. de ancha. in cons. cxxviii. incip. de natura, & efficacia. Et Ioannem. xxiii. Eugenius, & Nicolaus, & post ipsos, omnes successores pontifices (excepto Martino,) vñq̄ ad nostra tempora sunt imitati, nihil penitus immutando, neq̄ ad regulā addendo. Tamen Clemēs. VI. ante oēs istos, circa ualorem in literis exprimendum, quādam constitutionem extrauagantē fecit, sequutus Urbanū. III. p̄decessorem suū, in qua plus voluit habere locū in permutationibus. Quē quidem extrauagans hodie adhuc allegari posset in iudiciis, attento, q̄ non reperitur reuocata per successores pontifices. Et ob eam causam placuit hic eā inserere. Cuius tenor talis est. Dūdum feli. recor. Urbanus p̄decessor noster, inter alias ordinationes per eū prouide factas, instituit, q̄ in quibuscumq̄ gratiis apostolicis, de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficiorum, quā obtinet, in quibus gratiæ sunt concessæ, seu de quibus eis prouisum, uel mandatum fuerit prouideri,

ueri

REG. DE VALO. EXPRI. IN IMPE. BENEFI. CCXXX

veri valoris exprimantur, alioquin gratiæ nullius existant roboris vel momenti, nisi prop̄rio motu concessæ fuerint, uel hīmōi beneficia quæ obtinent, se ferant dimissi uos, & nur per accepimus a nonnullis in dubitu reuocari, an idem p̄decesserit, sub ordinazione p̄deicta, beneficia, quæ ex causa permutationis post additionē factæ ordinationis, quæ permūta tibus autoritate apostolica haec tenus sunt collata, si conferent, voluerit cōprehendi. Ad hīmōi tollendū dubitū, p̄fentis tenore declaramus, bñficia ei modo post candē ordinatio nē per p̄fatum p̄decessorem, seu ipsius autoritate, ac per ips. ex nostro mādato, ex causa permutationis quibusuis p̄sonis quoquomodo collata, seu q̄e in posterū cōferent, debuit se, & debere cōprehendi. &c. Ex ista igitur cōstitutione extraag. habemus originē istius regulæ, & extensionem ad alium casum in regula non exp̄sū, quod est notandum.

¶ Et est aduertendū, t̄q̄ regula ista varia habuit rationes. Nā quidā exsistimārunt, cā edīta causa tollendā auaritiae ne. s. per taciturnitatē valoris, aliquis ultra merita, & plusq̄ oportet, de bñficiis ecclesiasticis caperet, & ita, p̄ falsam valoris expressionē, debitus dispensatio nis modus pape (cui est hēc cura a Deo demandata) tolleret, c. quia nōnulli de cle. nō resi. & in hac op̄i. fuit Abb. & Fely. in. c. ad aures. de rescrip. Alii totū hoc ad cōmodū buriale officiū retulerūt. Quidā vero pp̄ annatas, ne defraudaretur, regulā factā fuisse exsistimār. Et istorū opinio magis recepta videt, ex eo, quia regula ista de ualore, adhuc ex taxa annata rū. ¶ Nā videmus, q̄ in beneficiis, in quibus non soluitur annata, non exprimitur valor, ut patet in monasteriis monialiū, & hospitalibus datis in administrationē, ut inferius dicetur. E hac ratione, quia Cardinales annata non soluit, per consequētiū isti regulæ, secundū coniūnum opinionē, non subiiciuntur, de qua dicā in prima. q. Et licet ista tertia opinio, sue ratio istius regulæ, quā fundatur in annata, sit magis frequens, prima tñ ratio plurimiū iuris fomentū habet. Et potest vitragi ratio militare, ut, vñ, requiratur expressio valoris, ne sic impetrāt raperent stipendia plurimorū, contra dispositionē concilii generalis, di quo in. d. c. quia nōnulli, quod est in fraude pauperū clericorū altari seruentium, quibus subueniri posset, & propter quos bñficia videntur inuenta, iuxta c. cū fm. de p̄reb. introduci videtur. Et et, ne per hīmōi valoris taciturnitatē, annata defraudētur, t̄ quā ad subventionem papæ, & Cardinaliū indigentia introduceatur, sicut & charitatis subsidia, ut tradunt Fernandus Cordubēn. Hispanus in tract. antrariū. & Bar. Belcáz̄nus in tract. de cha. sub. q. vi. ut igitur fraudes hīmōi modi evitetur, composita fuit ista regula.

¶ Sed est vñterius p̄mittendū, q̄ an additionē istius regulæ, duo illi taxarum libri, quibus nunc sedes apostolica vritur, inueni fuere. Quoꝝ primus mercedes officialiū, expedientiū literas apostolicas, taxat. Secundus ualorē bñficiorum cōfitorialiū, ex quibus annata solu dñt, describit: qui quidē libri an additionē istius regulæ, seu alter salte eoz videbatur fere in utili, cā nemo adstringebat de iure cōi valorē exprimere, ut dicit glo. in. cle. i. de p̄re. edita vero regula, illi libri receperūt spiritū uitæ. Quorū libron. (vt opinor) inuentor lo. xxii. fuit, de primo nullus dubitat eū fuisse inuentor, cā curia resideret Autinione, quod ēt ex gēt nere moneta Turonensiū colligitur, t̄ q̄ nunq̄ cognita fuit in curia Roma, nū post redditū curia in vrbe, & tñ lo. xxii. ibi taxes cōpositū, numerū scriptorū apostolicorū distinguens. Et sub eadē moneta ibidē Benedictus. XII. eius successor, taxes sacræ p̄cenitētarię ordinatuit, ut apparer ex ordinationibus eiusdē Bñdicti, ut author est Polydorus lib. viii. de inuentor. re. c. ii. Secundū vero libri, qui beneficia cōfitorialia, & annatas respicit, eundē lo. in uenisse, ex eo, conjecturā capinus, quia in illo libro beneficioz valor, p̄ florenos aurī desig nata, t̄ quod genus monetaz primus oīum pontificiū lo. xxii. cudi iussit: Nā cā hac moneta, primā Florentiniis originē habuisset, & postmodū p̄ admixtionē eris, a quibusdā populi adulterata fuisset. lo. xxii. sub anathematis poena, prohibuit, neminē de cetero, p̄ter Florentinos eius inuentores, monetā illā debere cedere, quā quidē prohibitionē non seruavit, quia cudi iussit florenos eiusdē bonitatis, quo erant Florentini, mutatis in aliquo eoz signis. Nā loco. S. Io. apposuit mytriā, circumscrip̄ta literis, vñ. S. Pet. S. Paulus, ut de iustis oīibus author est lo. Villa nus, antiquus Florentinoḡ historicus, in lib. ix. Cronicarum Floren. c. cclxxix. ex quibus li quido appetet, ab eo tēpore florenorū vñsum, de quibus in taxis fit metio, ad sedē apostolicā delatū fuisse, t̄ Fuit. n. lo. xxii. circa taxas, & annatas im̄pēse studiolus, bonus q̄ domus sua patr̄familias: Nam vt alias dixi in procēmio regulæ lo. prater industria hīmōi rei plura alia noua inuenit, repertoria alphabeticā cōponens, quibus res oēs nota dignas, veluti hor.

COMMENTARIUS R. P. D. LUDOVICI GOMES.

C S O L V T I O. Iste casus sapientis in Rota tempore antiquorum uentilatus fuit, & meis etiā temporibus bis, et vel tcr accidit: Nam de anno M. D. xxx. & sequen. disputata fuit hęc quæstio in una Placentina archidiaconatus de Trugillo, coram R. P. D. Marcello, & aliis. Et iteris de mēs Decemb. M. D. xxxv. coram R. P. D. Petro Vorscio, episcopo Aquen. in causa Brechmen. canonicatus, & preben. inter Ioan. Hay. & Jo. Corburin. eadem quæstio ventilata, & decisa fuit. Tertio loco, coram eodem. xxviii. Aprilis M. D. xxvi. in causa Abulen. præstimonii, pro magistro Hieronymo de arce, super hoc eodem puncto pronunciatum fuit: Et nouissime in una Spoletana canonicius & præb. coram R. P. D. Ioan.

Clerici

Clerici, die. xix. Martii M. D. xl. idem dubium propositum, & decisum fuit, in favorem R. D. Archiepiscopi Pisani, contra Bartholomaeum Rosatum. Et ut video in ista materia distinguuntur tres casus. Primus est, quando resignans in beneficio requirente residentiam, reseruauit tantum sibi fructus. Secundus, quando fructus, & denominationem. Teritus, quando beneficium non requirit residentiam, nec haber denominationem, & reseruauit fructus.

¶ Primus casus non habet difficultatem, ex eo, quia in resignatione non agitur principaliter de fructibus, sed de transferendo titulo, & denominatione. Quo casu habet locum regula, & quæ inducta fuit, non ordinarii expectantes, & subditib[us] beneficiati decipientur. Et propter interest reipub. ecclesiastice, & cultui diuino, q. uestis beneficiatus detegatur, ut illi de pertinentibus ad beneficium respondeatur, effet enim valde ab surdum, si qua obediētia, uel oblationes, aut decime, ratione alicuius iurisdictionis vero beneficiario deberentur, illa resignanti præstarentur, qui cum per resignationem suam ius, & possessionem naturali, & ciuilem amiserit, intrusus dicitur. Ut igitur haec tollantur, requirunt, q. publicatio fiat, ne sic fouetur in peccato, ac sub clypeo resignationis, fideles in suscipiendo a uero rectore sacramentis decipientur. Haec omnia per publicationem dereguntur. Ex qua et sequitur, q. quando moritur resignans, uel resignatarius, post factam publicationem sciunt ordinarii, uel expectantes, per obitum cuius beneficium uacat. Et sic ordinarii in suis mensibus prouidere, & expectantes acceptare poterunt, quia omnia per clandestinas renunciations non publicatas circumueniuntur. Et ideo in predicta causa Abulen. propter predictas rationes, conclusum fuit, locum esse regulæ, & per consequens, beneficium per obitum resignantis, & non per resignationem uacasse.

¶ Secundus casus habuit maiorem difficultatem, ex eo, quia resignans in effectu uidetur beneficiatus, tam post resignationem, sicut antea, & effectus attendi debet, iuxta c. relati. de cle. non resident. & in tali omnes rationes fraudis superius consideratae cessant. Et ideo Dñi tenuerunt sape, & tam in illa Brechmen. q. in dicta Spoletana, q. isto casu non effet locus regulæ, quia hic nulla est fraus, nulli errore aliquo decipiuntur, cum ille idem renuncians, qui olim beneficiatus, & in possessione erat, sit idem etiam hodie nomine, & re, pp retentio denominationis, & reservationem fructuum, adeo, q. nihil uisus fuit resignans in resignatarium transferre, nisi nudum titulum sine effectu, qui regressui, accessui, vel adiutoriæ equipoller.

¶ Tertius etiam casus nullam habet dubitationem, quin in eo sit locus regulæ, prout in predicta causa Abulen. dictum fuit: Nam præstimonia non requirunt aliquam residentiam, nec habent denominationem. Et ideo propter rationes positas in primo casu resignatarius publicare tenetur, alias locus erit huic regulæ.

¶ Quæstio Tertia.

T E R T I O Quero, & an ista regula, quæ simpliciter de renunciatione loquitur, lo-

cum habeat in ea, quæ ex causa permutationis fit?

C S O L V T I O. Quæstio ista semper in Rota visa fuit ambigua, & difficilis, ac propter veterum memoria nullq. decisa: Nam tempore Sixti bis casus iste propositus repetit, ut refer Ioachimus de Narria, illius atatis aduocatus celebris, in quib[us]dam suis conclusionis. Quid tamen tunc dictum fuerit, non inuenimus. Etiam aetate nostra eadem quæstio sepe repetita, ac uarie in Rota disputata fuit, nusq. tamen resoluta: Nam in causa Aunionen. vicariæ de anno M. D. xxxii. coram me pendente, mota fuit hac eadem quæstio, & propter eius difficultatem causa ex alio capite finem habuit. Deinde apud R. P. D. Marcellum, nunc episcopum Marsicanum, in causa Sogobien. archidiaconatus de cuelahoc idem dubium factum fuit. Et quia res ipsa maiorem discussionem exigebat, q. tempora tunc patiebantur (eramus enim in extremo audientiarum mensis Iulii) hoc negotium dilatum fuit ad Cal. Octobris. Rursus & corā R. D. Silvestro, in alia causa Dolen. prioratus de Dolis, contigit super eadem quæstione dubitari, nihil tamen fuerat conclusum. Postremo nunc corā eodē R. P. D. Marcello, lōgo tamen intervallo ista eadem quæstio iterū proponitur, & quasi postliminio in dubium reuocatur, ac ueluti horridus histrix in modum orbicularis pilæ, hinc arg. inde per discursus varios trahitur, & uoluitur, ille vero suis

157 908 60

COMEN. R. P. D. L VDOVICI GOMES.

geliis innixus immotus manet. Et si huiusmodi quæstio varios tractus, ac ueluti Silleni Alcibiadis totidem recessus haberet, sicut enim hinc atque hinc ingentes scopuli, multiplicesque rationes, pro vtracq; parte probabiles, propter quas quelibet eius pars, dum suis rationibus, & argumentis munitur, in disputationis congresu superior videtur, ut non ab re longo tempore hac quæstio indecisa maneret. Verum, quia nihil est, q; non labor assidius, atque industria conficiat, decretu super isto dubio plura hincinde disputando dicere, ut posteris facilius decidendi occasio, & rationum eligendi potestas concedatur. ¶ Pro parte igitur affirmativa, videlicet, q; regula ista casum permutationis complectatur, adduci possunt. haec motiva, quæ sequuntur.

¶ Primum, quia regula ista loquens de resignatione, includit in se de necessitate resignantur ex causa permutationis, t; ex eo, quia permutation, vera, pura, & simplex resignation est, ut dicit ad literam decisio, xvi. de re. permutatione, in antiqu. in. iii. colum. tradunt. Moder. Boni nien. in repet. c.i. in. xii. colum. de re. permuat. lib. vi. Hinc est, q; sicut in resignatione, ita et in permutatione eadem persona interueniunt, videlicet, resignans, & resignari. Ergo permutatio eodem iure censeri debet, quo simplex resignation: Nam permutatio a simplici resignatione in alio non differt, nisi quia permutatio est duplex, geminata, seu reciproca resignation. Ideo regula de una resignatione loquens, in resignatione geminata, seu reciproca, qualis est permutatio, locum habere debet, quia quod dicitur de uno actu, idem de pluribus geminatis dicendum est. arg. l. singularia. ff. si cert. pet. in in notabili casu tradit. And. sicutius in. c.i. in. viii. colum. de lit. contest. & Gemi. in. c. quia agendum. §. i. de procurat. lib. vi. Pet. de ancha. in. c. quamuis. el primo. de prob. cod. lib. & in alio casu tradit. Bart. in. l. cum filio. circa ff. de leg. i. Confirmatur hoc, t; quia per permutationem ita datur vera uacatio, sicut per simplicem resignationem, ut in. c.i. de rer. permuat. lib. vi. tenet Rota deci. xxiii. in no. Nam per resignationem perditur titulus, ius, ac possessio naturalis, & ciuilis, ut tenet Rota deci. lxvii. in antiqu. alias secunda, de renunc. Erhoc procedit, etiam si resignation admissa per superiori non fuerit, ut in decisi. iii. de renunc. in no. Sed hec etiam in permutatione procedunt, quia per eam etiam titulus, ius, & uiracq; possesso perditur, ut in deci. viii. de re. permuat. in antiqu. Igitur idem de vtracq; iudicari debet. Et licet inter permutationem, & simplicem resignationem aliqualis differentia detur, nihilominus dispositio generaliter de resignationibus loquens, omnes casus similes comprehendit, dato, q; in uno major ratio sit, q; in alio. iuxta tex. not. l. i. §. quod autem. ff. de usu aleæ, & aleat. Nam plus, & minus specie non differunt. l. i. ff. de fundo instruct. cum concor. quia scripti in. c. statutum. num. xxix. de rescrip. lib. vi. Accedit ad hoc, quia permutatio ideo dicitur simplex resignation, ex quo tota a voluntate, & potestate superioris, in cuius manibus sit, non autem ex partium uoluntate dependet, ut dicit lo. monachus in. c.i. de re. permuat. lib. vi. sequitur Rota decisi. xvii. tit. de re. permuat. colum. iii. in antiqu. Quod in resignationibus idem per omnia obseruat. Ergo dispositio loquens de una, locum habere debet in alia: Nam illud pro expresso habet, id est, de quo si papa, huius regulæ conditor, interrogatus fuisset, utiq; idem respondisset, ut in. l. tale p. t. & ibi glo. ff. de pact. tradunt. Moder. in. l. quamvis. C. de fideicom.

¶ Secundo principaliter pro ista opinione facit, quia regula ista ad obuiandum fraudibus inuenta fuit, quæ in clandestinis resignationibus committuntur, iuxta not. per Corneum in consil. cxxxvii. colum. ii. in ff. vol. iii. & secundum hoc regula ista publicam utilitatem concernit. ¶ Sic etiam insinuat, quæ in effectu uicem publicationis obtinet, ut tradit Abb. in consil. xcix. lib. i. & quæ in clandestinis donationibus etiam ad remouendum fraudes adhibetur, ut dicit tex. in. l. data. C. de donation. & tradit Anto. de Canario in tract. insinuat. q; i. & Paul. de Castro, & alii in. l. illud. C. de sac. sanc. eccl. cum concor. ut per Ater. in consil. ii. & Alex. consil. clyvii. lib. ii. utilitatem publicam respicit, ex eo, quia reipub. interest, ne re sua quis male uiratur. §. penult. instit. qui sunt sui, uel alie, iur. facit tex. in. l. i. in princ. ff. de curato. furio. Quia per ea deinceps insinuationes, sive publicationes, occasio delinquendi tollitur, iuxta l. conteneat. ff. de pact. dor. & per eas animarum utilitati consultur: Nam publicatione hic requisita facit, ne resignantes, post resignationem in beneficiis resignatis, sine titulo se intrudant, & uerisimiliter ingressum habeant, quod prohibetur in. c.i. de re. iur. lib. vi. Sed istæ rationes in permutationibus militant, igitur regula in utroq; casu habebit locum.

¶ Presertim, t; quia dispositio istius regulæ, ob eam causam, quia utilitatem animq; & publicam concernit, fauorabilis reputari debet, & propriea latissime extendenda, iux. tex. in. c.

R E G. DE PVBLICAN. RESIGNA. CCXLI

odia. de reg. iur. lib. vi. tradit glo. in auth. facia puberum. C. & aduer. ven. & Anto. de Bur. in. c. fin. in prima fall. de confus. & glo. in. c. sciant. de elect. lib. vi. Pet. de ancha. in consil. ccxiiii. & cxii. & Gemi. in consil. cvi. col. ii. cum concor. ut scribit las. in. l. si quis maior. in. ii. col. C. de transact. & Deci. in consil. cccxviii.

¶ Tertio, quia dispositio fauorabilis loquens in simplici casu, trahitur ad casum mixtum, iuxta no. per Alex. Ias. & alios in. l. ii. in prin. ff. de uestro oblig. Sed si permutatio est resignatio simplex, habemus intentum. Sed quatenus si mixta, regula ista de simplici resignatione loquens, ad resignationem mixtam trahi debet, cum vrobiq; eadem ratio fraudis militat, per superius dicta: ¶ Nā eo ipso, q; resignans remansit in possessione, fraus presumitur, iuxta tex. in. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pignus, uel hypoth. fol. tradit. Bart. in. l. post contractum. col. ii. versi. iii. præfiliuntur. ff. de donatio. & confil. lxviii. Sic etiam si permutatio tenta secreta fuit vsp; ad obitū resignantis, fraus presumitur, ut per Bal. in. l. fratis. ff. de legib. & And. sicut. in consil. l. iii. col. xii. vol. ii.

¶ Quarto pro ista opinione uideatur decisio fere in terminis Io. de Ana. in. c. audiuimus. in. ii. col. versi. & prædicta faciunt. de collu. detegen. ubi lo. de Ana. dicit, q; etiam si renunciatio ex causa permutationis, post renunciationem in possessione remanet, ex hoc fraus presumitur. Sed dicta fraus eadem ratione in regula ista consideratur, quando resignans in possessione moritur, ob cuius causam publicatio inducta fuit. Igitur a paritate rationis dicere debemus, istam regulam, quæ in resignantibus loquitur, & dispositione istius regulæ, quæ, ut dicitur, ad cunctas fraudes emanauit, renunciationem ex causa permutationis comprehendere debere. Hinc est, t; q; tex. in. c. ii. de renun. lib. vi. iur. o. c. i. de rer. permuat. eo. lib. cum glo. in uestro fraude, quæ de simplici resignatione loquitur, ratione fraudis, in permutatione quoq; locum habet, ut Gemi. in. d. cap. ii. post glo. in uestro proximo, & Phil. lip. fran. col. ii. post Imol. ibi sequuntur.

¶ Quinto pro hac opinione facit, quia rationes fraudis in hac regula consideratas, properas collendas publicatio ab ista regula introducta fuit, pariter in permutationibus militat.

¶ Prima ratio est, quia per publicationem tollitur occasio, ne ipsi resignantes post resignationem suam in graue animarum periculum, in beneficiis sic resignatis se intrudat, fructus de facto, sive aliquo titulo percipiendo. Secunda ratio fraudis, que per publicationem tollitur, est, q; sub tali prætextu resignationis occulite contraeque secum, ueluti cū ueris prælati, aut beneficiariis, ex quo eos uidet in possessione existere, grauiter decipiuntur, & fraudantur: Nam si occasione dictorum beneficiorum iam resignatorum, aliquid illis solvant, ut putant, decimas, oblationes, uel aliquid simile, non liberantur, quia postea coguntur uestro prelato soluire, & ab illo intruso, & falso beneficiato, cui soluerint, repeteret, ut tradit Bal. in. c. in literis. col. pen. de resti. spo. late. Moder. in. l. si urbana. in penul. & ff. de cōdi. indeb. cum pluribus cōcor. ut scribit Decius in cōs. cccvii. inci. uisis. & diligēter. & c. col. i. Imo alienationes per hmōi prelatos, seu beneficiariis sic intrusos facta, non ualent, ut est tex. clarus in. c. alienationes. xii. q. ii. Sic igitur huiusmodi deceptions, & fraudes, quæ in permutationibus est, cōmitti possunt, p publicatione hic introducta tolluntur. Ergo in eis regula locum habebit. Tertia ratio fraudis magis detestanda, quæ in beneficiis occulte resignationis, vel permutatis cōmitti potest, quæ per publicationem tollitur, est, quia sape contingit, q; aliquis ratione aliquius dignitatis, vel beneficii ad aliqua spiritualia fidelibus ministranda tenetur: Sepe è ratione prædictog; beneficiorum, collario aliquorum beneficiorum ad tales pertinet. Vnde si dicta beneficia, uel dignitates renunciata, uel permutata fuerint, & renunciantes, uel permutantes in possessione prædictog; beneficiorum manserint, nō facta publicatione, & illi sacramenta, ut uestri prelati, uel beneficiarii fidelibus ministraverint, forte ordines, vel beneficiaria cōferendo, indulgentias dādo, certe ex hoc magnū fidelibus præiudicū, & erroris scandalū generabitur, t; quia intrusus sine titulo spiritualia ministrare non potest, ut notant omnes in. c. ex frequentibus. de inff. & Abb. post Inno. in. c. nihil. col. penult. de electio. se quiritur las. in. d. l. si urbana. in pen. col. Et q; indulgentiae, & huiusmodi spiritualia, per prælatos intrusos, & sine superioris autoritate possidentes, non ualeant, tenet Pet. de ancha. & Imol. in. cle. ii. de penit. & remiss. & idē Pet. in. c. q. aūt. in. iii. q. eo. tit. Nec in istis spiritualibus receptis a tali intruso communis error recipientes iuuat, ex eo, quia dispositio l. barbarius. ff. de off. præto. non habet locū in intruso, ubi superioris auctoritas non adest, nec procedit in spiritualibus, ut dicunt Innocen. & Abb. in. d. cap. nihil. & Angel. in. d. l. odia.

barbarius. & Socii in tract. fallen. quæ mala absurdæ. & scandala. sicut in simplicibus resignationibus. ita quoq; in permutationibus accidere possunt. quæ per publicationem tolluntur. Ideo regula ista simpli. iter loquens. utrumq; casum comprehendere debet. ¶ Quarta ratio fraudis in ista regula considerata. propter quam eriam publicatio inducta fuit. est delusio ordinariorum. ne expectantur: Nam quando resignations. aut permutationes clandestinae sunt ad effectum. ut taliter resignantes manent in possessione vñq; ad obitū. uel publicatio per istā regulā introducta non fuisset. ordinarii uisitantes sub tegmine prioris tituli bñficiorum resignatorum per permutteratores in uisitationibus suis deluderentur: Nam putaret illos esse veros possessores. cū sint ueri intrusi titulū nō habentes. Ex quo aliud incenuenies sequit, q; per obitū alii. ordinarii p; obitū conferentes. tanq; ex vera uacatione. d. beneficia. deciperentur. una cum personis ab illis prouisis. detecta renunciatione clandestina. expectantes et decluderentur talia beneficia acceptantes per obitū. cū uere appearat per resignationē anteua uacasse. ut cōsiderat gl. in uerbo fraude. iiii. c. i. de re. pmu. li. vi. papa et ipse de facili de cipi poterat. concedendo qualificatis personis reservationes. uel mandata de p. c. idēdo ad beneficia per cessum. uel decestum vacatura: Nam ut talia mandata existentur. fraudulenti possessores possent permutationes fingere ad effectum excludendi reseruatiuos. Ut igitur oīa hæc mala de medio tollantur. neḡ detur anſa. uel occasio delinquendi. salutaris fuit dispositio istius regulæ. in resignationibus publicationē inducēs. q; propter easdē rationes. permutationes cōprehendere debet. ¶ Pro parte uero negatiua. videlicet. q; regula ista in permutationibus locum non habeat. adduci posunt aliquę rationes concidentes.

¶ Prima. quia ista regula loquitur simpliciter de resignationibus ergo non haber locum in permutationibus. quæ diuersæ sunt ab illis. nomine. & re. ut dicit Bal. in. c. i. nu. 1. de uas. decre. acta. & patet ex diuersitate nominū. ac ēt diuersitatē materiæ arguit. iuxta glo. i. in. c. tibi qui. & ibi Gemit. de scri. lib. vi. Imperator. ff. de in diem adiect. Nam titulus de renunciat. postus in. i. lib. decretalium. diuersus est a titulo de rerum permutatione. positio in tertio lib. Si igitur diuerso sunt nomine. & effectu. diuerso iure cēseri debent. arg. i. si idem. C. de codicil. Regula igitur ista de renunciatione loquens. non habebit locum in permutatione. quia si papa hoc uoluisse. expressi islet. quemadmodum fecit in regula de infirmis resgnatibus. arg. c. ad audientiam. de deci.

¶ Secundo. quia sub dispositione de simplicibus loquente. non cōprehenditur casus qualificatus. ut in. i. lib. ff. de donation. vbi tex. loquens de donatione simplici. nō habet locum in donatione sub conditione. & sic qualificata. ad idem facit. c. statutū. de electio. lib. vi. vbi ēt ē tex. q; dispositio. c. i. 3 canō. de parochialibus loquēs nō habebit locū in parochiali qualificata. quia illa qualitas reponit subiectum in diuersam speciem. prout in. l. quæstū. § illud. ff. de lega. iii. Cum igitur regula ista de simplici resignatione loquatur. locum non habebit in renunciatione qualificata. prout est permutation. quæ est quædam renunciatio reciproca. differens a simplici renunciatione. quæ est donation pura. ut in. c. super hoc. de renuncia.

¶ Tertio. quia in qualibet dispositione uerba in dubio. in specie capi debet. & no. in gene re. l. hoc legatum. vbi Bart. ff. de lega. iii. Sed permutatione habet se. vñ genus. l. i. vbi Bart. & alii. de re. permitt. Ergo ista regula de renunciatione loquens. non habebit locū in permutatione. Hinc uoluit Alex. per plura motuia in consil. lxvi. col. ii. vol. v. t; q; statutum coram iuriū comuni. de venditione loquens. non habet locum in permutatione. licet sint contractus similes. Et hoc per uiam regula tradit. Bal. in. l. ii. col. ii. C. de re. permitt. sequit. Fely. in proem. decretal. col. iii. Et ista ratione etiam uoluit Decius in consil. ccxiiii. t; regula de infirmis resignantibus. ex eo. quia exorbitans a iure communi. non extendi etiam ex identitate rationis ad similes casus. prout est præsentatio. uel institutio. Et ob eam causā Rota uoluit regulā istā de resignatorio loquēt. non hñ locū in secundo resignatorio. licet in eodem ratio fraudis subesse videatur. ut inferius in alia quæstione dicam.

¶ Quartu. pro ista opinione facit. quia uidemus. q; in donationibus puris. & simplicibus. infinatio requiritur ad fraudes evitandas. ut dicit Paul. de Cast. & alii in. l. illud. C. de sacro fane. eccl. Aret. in consil. ii. & Alex. conf. clvii. lib. ii. Sicut & eadē ratione hic in simplicibus resignantibus publicatio requiritur ad evitandas fraudes. superiorius in parte affirmativa narratas: Nam publicatio nihil aliud est. q; quædā insinuat. o. seu notificatio resignationis per ipsum resignatū. in ecclesia. ubi ipsum bñficiū cōsistit. facienda. ad fraudes evitan das. vt dicit Abb. in consil. xcix. lib. i. Et tamen insinuatio illa non requiritur in donationibus reciprocis

reciproci. quibus ipse permutations aequiparantur. vt tradit Alex. Iaf. & alii in. l. licet. col. fi. C. de p. t. tradit Decius in consil. clxxvii. & consil. cxx. alias. xx. Stephanus Beltrādi in consil. lxxxviii. col. fi. lib. ii. cum infinitis concor. quas more suo cumular Nicolatus Tiratellus in copiosa repeti. l. s. vñq; in glo. donatione largitus. nu. xciiii. cum sequen. C. de reto. dona. Ergo appetat. q; dispositio istius regulæ. de publicatione. siue insinuatione loquens. non cōprehendet casum nostrum: Nam in permutationibus non publicatis non fraudantur ordinarii. nec expectantes. sicut in resignationibus simplicibus. ut de se patet.

¶ Quarto in simplici resignatione major ratio militat. vt publicatio fieri debeat. q; in permutatione. ex eo. quia simpliciter resignantes de facili invenient. qui beneficia sub hac oculata conditio recipiant. ne resignationē publicent. ad effectum. ut resignantes cogit. vita durante. fructibus beneficii fruanur: Nā ex ista permissione nihil resignatarii de suo perdūt. & possunt lucrari. Sed ista ratio in permutationibus nō procedit. quia in permutatione nō datur uera vacatio. sicut in resignatione simplici. ut tradit Federi. de Senis in consil. lxii. cum concor. ut scribit Gaspar de Perusio in tract. referuat. in. iii. parte principali. col. ii. fol. viii. nu. iii. Ergo in beneficiis permutations expectative locum habere non poterunt. vt etiam est rex. in. c. i. de re. permitt. li. vi. Et ratio prædictorum est. quia in permutatione quilibet agit de damno evitando. ideo nihil eorum interest occultas permutations habere. quia nullam ex hoc utilitatem consequuntur. sicut simpliciter resignantes. quorum interest occultas habere resignations. propter lucrum fructuum. propterea in eis publicatio necessaria fuit. non autem in permutationibus: Nam non est par. eadem q; ratio. lucrum perdere. & dampnum sentire. iuxta. l. fi. C. de codicil.

¶ Sexto. quia in simplici resignatione. qui nō publicat nullā excusationem habet: in permutatione vero excusari potest. expectando cōpermutantis publicationem. & sic implementū ex parte sua. iuxta c. peritent. de iu. iur. & l. Julianus. §. offerri. ff. de actio. empt.

¶ Septimo. quia ex quo regula ista non loquitur expresse de permutationibus. & capit probabile dubium. nūnquid sub illa cōprehendantur. certe in dubio excusari debet hoc calū nō publicantes. per ea. quæ notant Moder. in. l. cum prolatis. ff. de sen. & re iu. sicut faciens contra legem. quæ habet plures intellectus non peccat. ut dixi latius in. c. i. nu. 2. i. de consil. lib. vi. sicut etiam de errore dubio iuris tradunt docto. iu. c. de quarta. & in. c. si diligenti. de præscrip. & in. c. i. de re iudic. vt ibi per cos. Haec sunt. quæ super ista quæstione occurserunt. pro utrapq; opinione. non inclinans in alteram partē. quia causa pendet. & non est hominem sic scribendo yolum detegere. donec causa per Rotam suo marie decidatur.

Quæstio Quarta.

¶ VARTO. Quæro. tān regula ista procedat in beneficiis commendatis?

¶ SOLVTO. Modernus Sabinen. Aeneas de Falconibus. doctor curialis. practicus. & eruditus. in quibusdam apostillis ad istam regulam. assertit Rotam tenere. regulam locum habere in commendis perpetuis. & nihil aliud dicit. Et hoc idem resperio in pluribus alii regulis istius voluminis Rotam tenuisse. prout in illa de infir. resig. & in illa. de imper. benefici. per obi. famili. Car. & quibusdam alii. Et quarum principalis ratio fuit. t; quia commendæ nostri temporis aequiparant titulis. adeo. q; sicut titulares. ita & isti commendatarii faciunt fructus suos. ut dicit Alexandrinus in. c. cum autem. d. iiii. dist. & in. c. si quis. l. viii. dist. & certe de rigore iuris. eius opinio verior apparat.

¶ Sed licet ita in dictis casibus Rota tenuerit. cancellaria tamen semper contrarium tenuit. præsertim quoad istam regulam. cuius uerba. & mens commendæ repugnare uidentur. In primis. quia uerba istius regulæ de beneficiis collatiuū loquuntur. vt patet ibi. collationes quocq; de illis & c. Et clarum est. q; collatio a commendæ diuersissima est. vt probatur in. c. dudum. de ele. xio. vbi duo beneficia curata conferri non possunt. potest tamen viuum conferri. & aliud commendari. ex quo manifeste datur intelligi. aliud esse commendare. aliud conferre. Nec mirum. quia collatio dat titulum. & ius in re. c. si tibi absenti. de præben. lib. vi. commendæ uero securus. t; Cui igitur uerba non conueniunt. neq; mens conuenire classum est. iuxta. l. furiosi. C. de nup. l. si quis seruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hered. cum sexcentis concord. vt congerit Alexan. in consil. lli. colum. iii. libro. iiiii. & reassumunt latissime Moderni. qui ad hoc duodecim tex. allegant. in. c. quoniam. ut lit. non contest.

COMEN.R.P.D.LVDO VICI GOMES.

Verba enim nihil aliud sunt, q̄ quidam nuncii, sive precursores mentis, sunt enim verba passionum animi indicativa, ut dicit tex. in. l. labeo, de supellec̄t. lega, & tradit Bal. in tra. schisma col. x. quod eriam suadetur ex aliis verbis istius regulæ, ibi, uacare censeatur &c. quæ verba commendæ non adaptantur, quia commenda per obitum commendatarij va- care non dicitur, ut est tritum dictum Federi. in tract. de permut. bñsi. q. xv. & Roma. in cō fil. cl. Præterea, quia penes commendatarium non est proprietas, possellio, vel quasi ipsi- us beneficii commendati, sed quædam nuda detentio. Nam commendatarius nihil ali- 5 ud est, q̄ simplex depositarius, ut probatur in l. commendare. ff. de verbo. signi, & in l. li- cius. ff. depositi, & in capitulo nequis arbitratur. xxi. q. ii. Et q̄ penes talem non sit, nisi sola detentio, est tex. in. l. licet. §. ret. ff. depositi, & in specie notat glo. in capitulo si constituerit. de accusa. Nam omnes glo. tam in. c. nemo. de electio. lib. vi. q̄ in. c. si plures. xxi. q. i. & ali- bi sepe, commendatarium non prælatum, sed nudum administratorem uocant, ut dicit etiam Archi. in. c. is cui. de electio. li. vi. facit tex. in. c. cum nobis. eo. tit. cum igitur per obi- tum commendatarii noua beneficij uacatio non inducatur, cum eius uita durante, semper per beneficium vacauerit, & vacabit, etiam si denou commendetur, donec papa ecclæsia de prælato prouiderit, ut dicit Hostien. in. c. ne pro defectu. de electio. & glo. in clem. i. vi. litte p. enden. Est concludendum, in tali commenda regula locum non habere, cum uerba eius nullo pacto commendæ adaptantur. Præterea, quia ista regula loquitur de beneficiis per renunciationem uacantibus de iure, & de facto, & tam in curia, q̄ extra curiam, & tamen in 6 commendis hoc non procedit, t̄ quia ex quo commendæ concessi io fit per papam, idco illi renunciari non potest extra curiam, non solu ea ratione, quia in eis non datur uacatio, donec papa de illa prouiderit, & per consequens in illa regula. verba non uerificantur, ut dictum est, sed quia beneficium per commendam manet affectum, adeo, q̄ inferior se de illo intro- mittere non potest, ut tradit Troillus de Maluitis, in quoddam suo consil. posito in fine tra- 7 statu illius de sortibus, & tenet. lo. Fran. Pauli. in tracta, de sede uacante. in. iii. q. secun- dae partis. col. vi. & Roma. in. d. consil. ccl. colum. iii. Cum igitur regula ista loquitur etiā de resignationibus extra curiam faciendis, & commendat. cel. jo fieri non possit, nisi in ma- nibus ipsius papa concedentis, iuxta capitul. admonet. pro quo facit tex. in. l. fi. C. de defen. ciui. & in. §. interdum. & §. si qua uero, in aut. de defen. ciui. est concludendum regulam istam in commendis non procedere. Præterea, quia si dicemus commendatarium ius in re, & uerum titulum habere, sequetur, q̄ ad nutum commendantis commenda auoca- 8 ri non posset, t̄ cum habentes verum titulum ius perpetuum, nec ad nutum amouibile ha- bere dicantur, ut in capitulo. i. de cap. mona. li. vi. & in capitulo sanctorum. lxx. dist. & no. late glo. in capitulo pastoralis. vii. q. v. Sed tamen videtur contrarium, quia commenda ad nutum papæ potest dissolui, & beneficium alteri conferri, ut predicti doctores dicunt, Igitur in ea, regula uerificari non poterit. Plura alia moquia, & argumenta, pro hac parte sie- ti possent, quæ breuitati studens omitto. Et ideo, ut opiniones fecerit distinctionis con- 9 cordari possint, est considerandum, t̄ q̄ beneficia dupliciter commendari solent, aut ad utilitatem ecclæsæ, aut ad utilitatem commendatarii. Primo casu procedunt omnia argu- menta pro ista secunda parte fabricata, quia tali casu, commendatarius potest ad libitum remoueri, & beneficium commendatum, tanq̄ uacans conferri. Quia commenda, in casis bus præmissis, nihil aliud est, q̄ depositum, quod potest ad libitum deponitum reuocari, et si dictum fuisse, q̄ depositum vsq; ad obitum depositarii duraret, ut est casus in. l. §. si des- posuero. ff. depositi. & in. c. i. eo. tit. Et hoc idem in commenda probat tex. in. c. obitum, & in cap. Cataniensis. lxi. dist. Vbi apparet, q̄ non obstante commenda facta in utilitatem ipsius ecclæsæ, potest libere procedi per. c. ad electionem veri prelati. Et sic apparet, talen com- mendam per obitum commendatarii non uacare, nisi eo modo, quo prius.

Secundo modo fit commenda ratione personæ ipsius commendatarii, & tali casu proces- dit opinio dominorum Rotæ Alexandrini, & sequacium: Nam quamdiu durat ipsius cō- 10 mendatarii uilitas, non dicitur ipsa cōmenda vacare, ita ut alteri cōferri possit licite, t̄ quia tales commendatarii habentur ut titulares, & ideo dispositio loquens de titularibus, habe- re locum in illis, ut latius per exempla probauit in regula de triennali. q. v. & ita etiam habe- bit locum ista regula, quæ magis generaliter loquitur. Et ista in ratione fundantur, quia commendatarius iste de quo loquimur, ad cuius utilitatem commenda facta fuit, dicitur procurator in rem suam, qui te non integra amoueri non potest, ut dicit glo. in. l. sicut. §. si procurator.

RE. DE PVBLICAN. RESIGNA. CCXLIII

si procurator. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. sol. & in. l. procuratore. ff. de procu. & l. iii. C. de donat. tenet Bal. in. l. i. C. de actio. & obligat.

Ex quo inferitur, q̄ talis commendatarius facit fructus suos, sicut titularis, secus est in cō- mendatario, cuius commenda est facta ad utilitatem ecclæsæ, quia deducto tantum vietu omnibus fructus futuro prælato reseruare tenetur, omnia ista probatur in capitulo fin. lxi. dist. & in capitulo quia frater. vii. quæstio. prima. & in capitulo charitatem. xii. q. ii. & tenet glo. in capitulo nemo. de electio. libro sexto. Et licet talis commendatarius ad utilitatem sui di- catur etiam depositarius, tamen talis depositarius facit fructus suos, ut pater in. l. die sponsa fliorū. §. qui pecuniā. ff. depositi. Ex quibus omnibus (opinionibus sic ad concordiam reduc̄tis) facile iudicari posse, an regula ista locum habeat, vel non, in commendis. Posset etiam distinguiri inter commendam perpetuam, vel ad tempus, ut latius dixi in. d. regula de triennali. q. v. ideo non repeto. Sed unum ultra ibi dicta addo, q̄ illa distinctio commen- dae perpetuæ, vel temporalis sit, quando constat esse tales, alias in dubio; quando non ap- 11 parat, qualiter papa commendauerit, in dubio interpretari debet, commendam perpetuam concessisse. Ut cōclusit Rota in una Salamantina de palios rubios, coram R. P. D. Mar- cello, episcopo Marticanu, die. xxviii. Junii M. D. XXXVIII. Ratio decisionis fuit, t̄ quia actus, qui certo temporis spacio non concluditur, perpetuus reputatur, ut in. l. iuniperitos. in princ. & ibi Bar. ff. de excu. tu. & not. Bart. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope- no. facit glo. in clem. ii. in ver. electionem. de rescrip. & in. l. sufficit. ff. de condi. indeb. & bonus tex. in. l. seruus. C. de pœnis. Ethoc iuris fundamentum haber, quia qua. ratione di- cimus, dispositionem generaliter de rebus, vel personis loquentem, generaliter debere intel- ligi, uulg. l. i. §. & generaliter, de legat. præf. eadem rationem dicendum est, respectu tem- poris, vt, videlicet, dispositio generaliter, idest, in perpetuum intelligatur, cum de personis, vel rebus ad tempus argumentum valeat. l. miles ita. §. & quia diximus. Vbi Bar. ff. de ter- sta. milit. Quæ omnia sunt notanda, quia deseruire possunt ad multa.

Quæstio Quinta.

VINTO Quaro, t̄ an regula ista procedat in beneficiis consistorialibus?

CESO LVTIO. Conclusum fuit, q̄ non, ex eo, quia cum talia beneficia renun- ciantur in consistorio, in praesentia principis, satis dicitur facta publicatio. argu. Lomnium. C. de testa, itaq; in talibus non haber locum dispositio istius regulæ, sicut dici- mus per eandem rationem, q̄ noua prouisio, ex quo signatur coram papa, supplet diligenc- tias publicationis, & insinuationis requisitas per aliam regulam, prout inferius per aliam quæstionem dicitur, de quo uidenda sunt etiam ea, quæ diximus in regula de infir. refig. q. xiii.

Quæstio Sexta.

SEXTO Quaro, t̄ an regula ista obliget resignatarium, ad publicandum temporis successoris resignationem facta in matibus prædecessoris pontificis, si prædecessor in fra sex nientis factæ resignationis moriatur?

CESO LVTIO. Prima facie uidetur dicendum, resignatarium obligatum fuisse uigore prime regule, viginti tempore resignationis, ad publicandum resignationem. Et ratio est, quia renunciatio facta tempore, quo primus papa, & eius regula uiuebant, perfecta fuit, & habuit effectum, Igitur obitus papæ superueniens, non tollit effectum iam causatum. arg. l. fin. ff. vnde libe. cum concordan. ut notabiliter scribit Decius in consil. xxiiii. column. fin. sufficit enim, q̄ lex ligare incipiat, ut tenet Bart. in. l. fin. ff. de falsis. Suidetur hoc, quia regula primi pontificis, & eius successoris, ex quo ad eundem finem tendunt pro eadem reputatur, & in vitroque par ratio iudicatur. l. prima. §. idem queritur. ff. de ope. no. nun. & in capitulo consuetudo. prima distin. & de simo. capitulo querelam. & c. primo. de lit. coniect. lib. vi. Si igitur virtusq; regule ad eundem finem tendentium par est ratio, consonu. videatur, q̄ tempora vtrii. scilicet regula coniungantur, ut vna, & eadem regula reputetur, arg. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. poss. & §. penul. instit. de vñca. + Nam qñ duo sunt introducta propter vnum finem, illa duo vñū reputant, ut dicit Car. in cle. i. §. si quis. in. ix. q. de reb. eccl. non alij. & no. gl. fi. in cap. latores. de cle. excom. mi. facit l. ii. ff. de duo. re.

COMEN.R.P.D.LVDO VICI GOMES.

& l. quilibetatis ff. de evict. & C. de ina. testa. l. cum testa. & c. pastoralis secundo respon.
de apel. & c. si. de resf. lib. vi. & quæ tradit Ias. in. l. singularia. in. iiiii. notabili. ff. si cer. per.
¶ Præterea, quia quando principium habet relationem continuam ad finem, attenditur finis.
l. illud. in. ff. ad. l. Aquil. no. Bar. in. l. q. ait. §. q. ait. ff. de adulte. Sed in casu nostro, resig-
natio facta tempore unius pontificis, quoad effectum publicationis, respicit finem, id est, si
resignans morieretur in possessione post sex menses, & iste eventus, siue filius contigit tempo-
re successoris pontificis, igitur ille finis attendi debet, ut. y. iste actus renunciationis publica-
cande judicetur secundum regulam ultimi pontificis. Quod suadeur ex uestib. regulae ibi,
facta resignationes &c. quæ aut tempus præterit, aut præsens significant. l. verbum erit
de uestib. sign. & facit doctri. Bar. in. l. illicitas. in. prin. ff. de off. præsid. ubi illa verba, vena-
ditiones factas &c. posita in statuto, interpretatur de præteritis, & futuris. ¶ Et hoc regulare
est, q. licet uestib. posita in lege in dubio, ad futura referantur, ubi tñ par est ratio de pteritis,
illa et sub lege comprehenduntur, ut dicit Rom. conf. ccxxiii. & Fely. in. c. si. in. x. col. uer-
si. fallit tertio, & fallit quarto, de consti. Vel et dicamus, q. utræ regula simul iuncta atten-
di debet, arg. eorum, quæ dicit. D. Anto. in. c. si. de fo. comp. de illo, qui ex uno territorio
sagitar. in alterius territoriorum iecit, & ibi hominæ interficit: Nam iste homicida statutis
verius sp. territorii, castigari debebit, ita dicit ibi Anto. & sequitur Abb. in. c. i. in. ii. notabili.
& ibi latius Moder. de præsump. & plura alia ad propositum Ange. areti. congerit in trac.
malefi. in uestib. in platea communi.

¶ Sed istis non obstantibus contrarium olim, & et hoc tempore in pluribus causis Rota te-
nuit: Nam tempore Sixti, regulæ hoc casu non habere iudicauit Anto. de Graffis. iii.
Februarii M. CCCClxi. ut refert Glosator in proemio istarum regularium. fol. v. & hoc
idem tempore Pauli. II. iudicasse Rotam, refert Nico. de Vbaldis, tunc auditor. in trac. sige-
ce. ob intesta. in. f. parte. nu. 12. & temporibus nostris idem plures iudicauit Rota, in pri-
mis in una Dolé. coram R. P. D. Pet. Vorscio, de anno M. D. xxxii. ut adnotauit D. Hiero-
nymus de Castello adiutorius. Deinde in alia Auinione. Vicarie de Bechleé coram me, de
mense Aprili. eo. anno M. D. xxxii. Tertio loco coram D. Silvestro Dario. vi. Iulii M. D. xxxvii.
In una Tolerana parochiali de Iuquera, pro D. Hieronymo de Biuero, cōtra Didacū de la
Baria. In qua causa proprie D. Darri absenti. D. Nicol. Aragona sententiā proutulit, quæ
in secunda per R. D. Raynaldum de mense Aprili M. D. xxviii. confirmata. & nunc in ter-
tia coram me concordata fuit. Quartu loco idem casus decisus fuit, eorum eodem D. Petro
Vorscio, in una Gienen. beneficii de Pliego. xi Decembri M. D. xxviii. & in. d. causa. vo-
luit unum plus Rota, videlicet, decisionem predictam habere locum, etiam si plures resi-
gnationes factæ fuissent tempore primi pontificis predecessoris, propter consi. Oldra. ccii.
Ratio prædictarum decisionum assignatur per predictos Glosatorem, & D. Nicolaum de
Vbaldis, in dictis locis, quos breuitatis gratia non refero. Sed alia triam ratio per Moder.
dominos assignabatur, quia in casibus præsuppositis tentacions tempore Clementis præ-
decessoris non obierat, & sic illius regula locum habere non poterat; quia inter tria copula-
tive requisita in regula, requiriunt, q. renuncians pc. It tempus in possessione moriatur, si tñ
vixit etiam per mille annos, non erit locus regulæ. Cum igitur eo. viuente. Clemens obie-
rit, regula sua obstat non potuit, quia moriuit per eius obitum; neq. rursus regula D.
nostr. Pauli. III. eius successoris potuit obesse, quia, vt idem dixit, in proemio suarum regu-
larum, se rebus gerendis norma, & ordiné per regulas suas dare uelle, & sic tñ cōprehēdere
voluit (prout est de natura legis) resignationes futuras, non præteritas. c. si. de consti. &
sic huiusmodi resignatio exempta erit a uinculo utriusq. regulæ. Pro quibus faciunt ratio-
nes Oldra. in. consil. ccii. quem in notabili casu D. Guliel. allegat, in decisionibus regularium
decisi. xvii. & per dictum consil. Oldra. voluerunt etiam domini in. d. causa Gienen. bene-
ficii de Pliego coram D. Aquen. dicto die. xi. Dec. M. D. xxviii. ¶ q. etiam si tempore, vii. us
pontificis factæ fuerint plures resignationes, & durante tempore ad publicandum ponti-
fex moriatur, & tempore successoris, etiam alia resignationis fiat, propter hoc non præsumitur
fraus ad effectuam circumveniendi istam regulam, ut latius super hoc aduocati scripsentur,
quæ non repeto, quia huc pertinere non uidentur.

¶ Tamen contra prædicta obstat viuum, quia videbatur dicendum, regulam istam, quæ se-
mel ysa. est habere locum, facta resignatione, expirare non debere morte. conditoris, sicut
dicimus de mandato, ¶ licet regulariter morte constituentis re integra, expirat, tamen quæ
vivo

REG. DE PVBLICAN. RESIGNA. CCXLIV

vivo constitente accepit aliquid, agi non expirat, vt late tradunt Alex. & Moder. in. leius.
versi. dicebat. ff. si cert. per. ¶ Sic eriam uidemus, reservationes semel per regulam inductas,
licet odiosæ sint, & iurisdictionem ordinarii absborbere videantur: Tamen per obitum pa-
per non expirant, vt per plures rationes, & authoritates late probat D. Pet. Andr. Gamma-
rus, vir ex ordine nostro certe eruditus, in tract. legat. lib. iii. fol. lxvi. ubi refert Rotam illo
ipso die in reservationibus, de quibus in regulis prima, & tertia fit mentio, hoc tenuisse. Et
licet idem D. Petrus ibi contrarium tenet, nihilominus opinio Rota præualuit, quam tes-
nuit Gemi. confi. xciii. Petr. de anchora. confi. lvii. Roma. cōsil. clx. & vir ille practicus,
& doctus Bartholomus Beleninus, olim etiam auditor Rote, in tract. de charitatuo sub
sido. q. penul. & plures alii, quos breuitatis gratia omitto. Si igitur hoc in materia odiosa,
quæ facilius extingui deberet, inductum est: fortiori in casu nostro dicendum videatur, pre-
sertim cum regula ista, quæ ad tollendum fraudes ex clandestinis renunciationibus resul-
tantibus constituta fuit.

¶ Nisi tenendo primam opinionem, in reservationibus aliam differentiam rationem argua-
mus, quæ fuit affectio semel per reservationem causata: qua inductum est, q. semel affectu,
semper durer affectum, ut dicunt plures decisiones dominorum curiose cumulatae per Fe-
ly. in. c. in. nostra. in. xxi. corellario. de rescrip. Et forte, si non esset extravagans Pauli, quæ
hoc induxit, idem dicendum esset in reservatione, quod de publicatione dictum fuit.
In mandato uero diversa est ratio, quia postq. res incepit tractari mandatum, habuit effectu
in sui substantia, & effectus semel causatus semper durat, vt tradunt Moder. Mediolaneñ.
in. c. i. in. notabilius. de iudi. quæ omnia hic cessant: & quia in dictis casibus lex, super hoc
processit ulterius disponendo, quod hic non fecit.

Quæstio Septima.

S E P T I M O Quero, tñ an sex mensis, qui resignationi factæ in curia: vel mensis,
qui extra curiam dantur per istam regulam, ad publicandum resignationes, cōputen-
tur a die resignationis, uel a die præstiti consensus?

C O L V T I O Videtur prima facie, q. a die factæ resignationis computari debeant:
quod indicare videat illa dictio, ex tunc, in tex. posita, quæ extremum a quo denotat, videli-
cet, tempus factæ resignationis, vt in. l. iiiii. ff. de con. & dem. Ab illa. in. tanquam ab eo quod
principaliter geritur, prout ab originali fundamento tempis initium capere debet: nō autē a
cōsensu, qui ex post præstatur, & habet se, ut accessoriū. ¶ Et est quædam executio, seu con-
firmatio resignationis factæ in qua quidē resignatione, licet expressus consensus nō adhi-
bitur sit, nihilominus in ea quidam consensus tacitus includitur, qui, per porrectiō eius
principi factam colligitur, ut notant omnes in. c. quidam. de renunc. præsttim quia regu-
la ista non disponit tempus sex mensium a die consensus computari deberet: Igitur nos di-
cere non debemus: Nam si papa hoc uoluisset, expressus est: prout expressit in regula de in-
firmis resignantibus.

¶ Confirmatur ista opinio ratione concludenti, quia certum est, per renunciationem ius,
& possessionem in beneficio amitti, vt est decisi. xxii. in. no. & ab inde renuncians si in pos-
sessione manserit, constituitur in malâ fide percipiendi fructus: adeo, q. illos fructus non
facit suos, sed eos restituere teneat uero beneficiato, ut late, & in terminis probat Hie-
ronymus Paulus, antiquus doctor, & stili curiæ practicus, in illo uulgato libro, quem pra-
etiam Cancellariæ uocant, fol. lxvi. Ut igitur his animarum periculis occurrit, necessa-
rium est dicere, tempus publicationis a die datæ cessionis currere debere, quia tali casu ordi-
narius, qui per huiusmodi publicationem statim facta certior redditur, non patietur renun-
ciante diu in beneficio sine titulo permanere. Cuius oppositum sequeretur, seu contingere
posset, si tempus publicationis hic designatum a die præstiti consensus inciperet, qui forte
posset ex causa ad longum tempus differri, in graue animarum (præsttim ipsius renun-
ciantis intrus) præjudicium: quod quidem euitari conuenit. Et quod magis expediat, tem-
pora publicationis faciendæ, a data potius ipsius resignationis, q. a die præstandi consen-
sus, computare, faciunt: ¶ quia consensus ad effectum publicationis non est necessarius
cum ille adhibeat in resignationibus, ad effectum expediendi literas, sine quibus publica-
tio, per solam nudam supplicationem fieri posset, & illa sine aliquo consensu extrinseco va-

let, quia sufficit, qd utriusq; cōsensu tacite signetur, videlicet, resignatis, & resignatarii, & gratia sola supplicatione sine literis, facta dicitur, vt not. omnes in proce^mio sexti, & per illā verum ius in beneficio acquiritur, vt est decisio Rotæ ultima in antiquitatu de rescrip. Cum igitur per solam supplicationem fieri possit publicatio, conueniens uidetur, qd a data eius, tempus datum ad publicandum computetur, ne de facili expe^tado cōsensum deludamur. Sed prædictis non obstantibus, dum iste casus in Rota per R. D. Siluestrum Darium, de mense Januario M. D. xxxiiii. in una causa Saguntinæ, sancti Egidii proponeretur, maior pars dominorum tenuit contrarium. Pro qua opinione inter alia adducebatur vnum motiuum urgens: uidelicet, qd ideo tempus ad publicandum a die consensu incipere debet, & non a data resignationis; quia resignation ante consensum præstium per resignantem, & resignari est informis, & sine effectu, & ab ea, quilibet ante consensum præstium recedere potest. Quia si contrariū dicemus, infinita propemodum fraudes fingi, & argui possent. Nam quiuis supplicationem resignationis nomine meo, & me ignorante, confingere posset, & in ea a Papa resignationem beneficiorum meorum admitti petere; qua admissa, de facili possem expoliari, quod est absurdum. Requisitus igitur fuit hoc easu consensu, tanq; causa formalis, per quem actus resignationis perficeretur. arg. c. si tibi absenti, de præben. lib. vi. Quia, ut dixi, sola supplicatio, tanq; incerta, & dubia de voluntate resignantis non sufficit, nec robur habet. Hinc uidemus quotidie in Rota seruari, qd dans de iure tertii, per solam supplicationem non admittitur; quia ius per solam supplicationem, dicitur ius non clarum, informe, & non liquidum, & ideo non est actus sufficiens ad publicandum. Quod ulti^rius evidenter ratione probatur, quia clarum est, qd consensus resignantis potest præstari per plures menses post resignationem, etiam post mortem resignantis, iuxta extravagantem Alex. Sexti. Et proculdubio superfluum videtur, & satis impertinenter factum, resignationem in ecclesia publicare, ac beneficii resignati possessionem petere ante consensum præstium, cum posset, vt dixi, ante præstium consensum resignans pœnitere, vel forte mori, nō constituto procuratore ad cōsensum præstandum. Et ideo ob eam causam inductum fuit, in resignationibus consensum expellim in manibus Notariorum Cancellariae, vel Cameræ præstari debere, & ab illo tempore consensu præstiti, tempora hie designata computari. Sola igitur supplicatio nō est sufficiens ad producendum huiusmodi publicationis effectum. Sed isto casu literæ expedite requiruntur, quæ sine consensu expediri non possunt: Ergo de necessitate consensus requiritur, a quo tempora publicationis currere incipient. Et licet supplicatio resignationis, consensum a tergo cōtineret, nihilominus per illū publicatio firmiter fieri non potest, ex eo, quia hic requiritur, qd titulus publicetur: t & sola supplicatio sine expeditione non dicitur canonicum titulum continere, vt tradit Nicolaus Milis in uerbo literæ, & Rota in tit. de præben. conclusione xvii. in no. & reassumunt Moder. in rubri. de constit. lib. vi. Et adeo hoc est uerum, qd vicens sola supplicatione sine literis, nō est tutus in foro cōscientiae, & ideo per eam publicatio fieri non potest, ut in terminis concludit practicus ille Hieronymus Paulus in eo libro, qui itilus, sive practica cancellarie inscribitur fol. xlvi. Quæ cum ita sint, resignarius ante præstium consensum poterit se legitime excusare, si non publicauit: t quia legitimate impedito non currit tempus, vt dicit Roma, in terminis astius regulæ, loquens in consil. ccccxxxiii. facit. l.i. in fi. C. de anna. excep. faciunt etiam ea, quæ de emphitheota Specul. tradit in tit. de loca. versi. xl. Stat igitur conclusio firma, qd tempora requisita hic ad publicandum currere incipient a die præstiti consensus. Quam opinionem etiam tenuit Rota tempore bo. me. Domini Pet. Andreae Gammari, tunc Rotæ auditoris, de mense Maio M. D. xxii. vt ipse idem refert in quibusdam collectaneis decisionum. Non enim ante præstium consensum sumus certi de resignatione vera, & effectuali, propter prædictam rationem. Et ideo Papa, qui volunt resignationes publicari debere, uerisimile est illum, de ualida, efficac, & irrevocabili resignatione sensisse, prout etiam illa, super qua præstito consensu literæ expedientur, vt sic verba istius regulæ de resignatione loquentis cum effectu intelligantur, argu. c. relatum, de cleri, non residen. & l. i. §. hoc interdictum. ff. de fonte. Nam si dicamus tempora hie assignata a tempore signatæ supplicationis, & non potius præstiti consensus incipere, sequeretur vnum inconueniens, qd super supplicatione resignationis hodie signata, posset, elapsi anno, etiam post mortem resignantis, iuxta bullam Alex. consensu præstari. Quo casu tempora ad publicandum hie assignata, iam penitus elapsa esent, & sic

fecit, & sic hoc pacto regula deluderetur, quod uidetur absurdum. Nam non videatur expediens, qd antea quis publicare resignationem teneatur, qd sibi explorati sit, eam effectum habuisse; quod intelligi non potest, nisi post præstium, consensum. Et licet iste tex. hoc non aperiat, t nihil omnibus interpretatione iuris regulæ, sicut, & quilibet alia dispositio, ad tollendum absurdum suppleri debent, vt videmus in l. lecta. ff. si cert. per. & in sexcentis aliis locis iuris. Et ista opinio, quia videtur aquior, securior, & benignior, amplectenda est.

Quæstio Octava.

OCTAVO Quero, t an tempus hic assignatum ad publicandum resignationem, intelligatur etiam datum ad perendam possessionem?

SOLV TIO. Quod iste mensis pro utroq; datus intelligatur, innuunt verba regulæ copulatiue loquentis, ibi, publicata, & possessio illorum, &c. t Nam ad ueritatem copulatiue, requiritur cohefusus virtusq; copulati. l. si quis ita stipulatus, ff. de uerbo, obliga, & l. si heredi, & ibi Bar. ff. de cōdi. insti. cum concor. vt Moder. late scribunt in. l. i. ff. de iuri. & iure. Nam copula inducit aequalitatem, vt dicit Bal. in. l. ii. C. de impub. & aliis subscripti. & in. l. testamēto. in prima col. versi. præterea videtur. C. de testa. milit. Et ideo una pars copulatiue per aliam debet declarari, vt dicit Roma, in consil. ccccxi. Nam copulatorm natura persuadet, vt qualitas vnius attribuatur alteri, vt tradit Signorolus in consil. lxxviii. Sed sic est, qd ad publicandum resignationem extra curiam datur mensis & ad publicandum resignationes in curia, dantur sex menses. Ergo idem tempus ad perendam possessionem

3 inunctum esse debet: t quia una determinatio respiciens duo determinabilia, debet pariformiter determinare, vulg. l. nam hoc iure, de vulga. & pup. Et quia publicatio, & petitio possessionis, videntur equipollentia; Nam qui petit possessionem publicare videntur; Ergo in equipollentibus, dispositum in uno, censetur in alio esse dispositum. l. ff. de pollicita. & l. ff. C. de indi. vi. tol.

Pradictis tamen non obstantibus, contrarium conlufit Rota, die. xix. Februario M. D. xxv. in causa Romana canonicius Sanctæ Mariæ in via lata, pendente coram Reue. D. 4 Ioan. Clerici. Ratio decisionis fuit, t quia publicatio, & petitio possessionis, sunt inter se multum diuersa, & ad diuersos effectus inducta, merito copulatiua fuerunt huiusmodi requisita, quia alterum non sufficiebat, iuxta regulam. c. inter cæteras. de rescrip. & late tradita per Felyn. in. c. ex parte. in uerbi. copula. eo. tit. Et per hoc obiter responderetur ad illud quod dicebatur, petitionem possessionis publicationi, equi pollere: quia ultra hoc, qd tex. ille ponit, tanquam diuersa, propter copulam & quia, ut dixi, diuersitatem inducit, vt patet in rubrica de iuri. & facti ign. istam differunt in terminis nostris, multis rationibus, probat Abb. in consil. xcix. in tertia, & quarta colum. libro primo. quem breuitatis causa non reffero. Tempus igitur datum publicationi, nō censetur datum petitionis possessionis, tanq; res diuersa penitus: & ex diuersis non fit illatio. c. in praesentia, de probat. Et qd hoc sit verum appareat clarius: quia licet publicatio in curia infra sex menses fieri debeat, tempus tam petendé possessionis usq; ad obitum resignantis durat, vt colligitur ex verbis regulæ, ibi, si resignantes in possessione deceferint, &c. Nam si infra sex menses, infra quos deberet fieri publicatio, possessio quoq; peri deberet, prædicta uerba regulæ superflua essent, quod dicendum non est. Nam si possessio infra dictum tempus petita non fuisset, licet postea re

5 signans in possessione non moreretur nihil ad rem faceret: t Stat igitur conclusio, qd publicatio resignationis facta in curia, debet fieri infra sex menses, in partibus vero, per mensem. Petitionem autem possessionis potest fieri usq; ad obitum: t & in hoc differt publicatio a petitione possessionis. Et ita reuulerunt domini seniores prius hoc idem iudicasse Rotam, de anno M. D. xxvi. contra Cardinalem Jacobum tum auditorem Rotæ, in una canonicius Sancti Petri. Et per prædicta patet respositio ad illud, quod vna determinatio, &c. quia procedit, vbi est eadem ratio, vt late scribit Jason in. d. l. nam hoc iure, & declarat Decius in. l. in testamento. in secundo notabili. nume. 8. C. de testa. milit.

Est tamen vltius aduertendum, qd licet per petitionem possessionis publicatio resignationis non inducatur, per ea, quæ superius dicta fuerunt: tamen si possessio petita infra tempus datum ad publicandum acquiratur, & in ea resignarius per mensem pacifice permaneat, talis possessio operatur publicationem, neque requiritur vltior solennitas, & in

*Et uide A
ingl. undre
fol. 416. n
19. m. 23*

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

hoc possesso, & publicatio æquipollent, ita notabiliter dicit D. Guliel. suo tempore in Rota esse tenuit in decim. xxvi. super regulis. Et ita etiam tempore meo, pro absoluto per seniores Rotæ dominos tenebatur, ut adnotauit D. Jacobus Simoretta, rationes ponit Do. Guliel. quæ inibi uideantur. Sed ista est cæteris efficacior, quia ratio finalis, propter quam publicatio inducta fuit, quam scribit Roma. in consil. ccccxxxiii. in primo dubio, militat omnino isto casu, & Sed quare potius dicimus sufficere possessiones per mensem tenere, q̄ per longius, vel minus tempus.

Solutio potest capi ex his, quæ dicit glo. in cap. cōmissa. in versicu. pacifica. circa si. & ibi docto, de elect. lib. vi. qui voluerunt, q̄ possesso dicatur pacifica, si aliquandiu teneatur, quod exponitur per vnum mensem, vel duos,

Quæstio Nonia.

NONO Quarto, & quomodo, & in quo locos sit facienda publicatio?

ESOLVTIO. Glosator hic ponit plures opiniones. Prima opinio est, q̄ sufficit publicationem fieri coram Notario, & testibus, si sit in curia resignans. Secunda opinio est, q̄ sufficit fieri in Cancellaria, vel Camera apostolica. Tertia opinio est, sufficere re-signationem alta/voce in audiencia contradictarum, quando adest populi multitudo publicare, ut renuit D. Guliel. decis. xxii. super regulis. Videmus quæ opinio istarum sit uerior.

CMihi uiderur, q̄ nulla satisfaciat menti iustius regula. Ratio est, & quia publicatio fit ad triplicem effectum. Primus, vt clerici, & subditi sciant quem debent habere pro beneficia to, & uero prælato. Nam aliquando resignatur aliqua dignitas, quæ habet iurisdictionem temporalem, & spiritualē; & cui subditi tenentur praestare iuramentū obedientia, vel illi respondere de certo censu, uel aliquid elargiri singulis annis: praesertim, quando existens in illa dignitate curam animarum exercere tenetur. Nam isto casu interest subditorum, & parochianorum, illum pro prælato, uel rectore habere, qui vere sit talis. Nam facile contrarium eveniret, si publicatio introducta non fuisset; quia sape resignantes inuenirent homines, qui testam, & occultam resignationem habere patrētur, ad effectum, vt interim resignans fructibus gaudent; & resignatarius post illius obitum, beneficium consequeretur. Ut igitur hæ intrusions, & usurpationes tollerentur, in graue animarum periculum, publicatio introducta fuit, vt sic per eam fraudes, & dolii detergerentur. Sed quando publicatio fit in Cancellaria, vel Camera, vel in audiencia contradictarum, huic absurdo, seu scandalo non subuenit. Neq; etiam sufficit, vt quidam volunt, q̄ publicatio fiat ipso resignanti, cum iam sit certus, per resignationem suam, ius, possessione naturalē, & ciuilē amisisse, iuxta decis. cxxiiii. Et certus certificari non debet, vt dicit regula juris. Nam per istos modos subditi, quorū interest, non erunt certi de nouo beneficiis: sed hoc ignorabunt, & habebunt istum resignantē, pro uero prælato, qui non est. Et ideo oportet aliter publicationē fieri. Peritio tamen possessionis, quam requirit ista regula, bene posset fieri ipso resignantē secus autem in publicatione, vt dicit Corneus loco inferius allegando.

CSecundus effectus, ad quem publicatio inducta fuit, est, ne expectantes deludantur, vt, vis delicio, per publicationem sint certi, quis melius ius habeat, & sic per hunc modum materia litigandi inter expectantes, & sic prouios tollatur, hanc rationem ponit Roma. in consil. ccccxxxiii. sequitur D. Guliel. in decis. xxii. super regulis. Addit, q̄ etiam, expectantū interest, propter alium finem, vt, videlicet, per publicationem scite possint, per cuius obitū beneficia vacantia acceptare debeant.

CTertius effectus publicationis est, quem etiam refert Roma. in dicto consil. propter ordinarios conferre debentes, vt ibi per eum, plura alia absurdā sequuntur, si publicatio prædicto modo fiat. Vnde nō abs re, antiquis temporibus, tenuit fuerat in Rota, in quadam causa Nannetē. Beatae Mariae Collegiaæ ecclesia. Quid etiam si resignatio populo notoria esset, nihilominus resignatarius ab onere probandi, ex eo, quia demonstratæ rei frustratoria est publicatio, seu demonstratio. L. i. ff. de do. præleg. & l. i. ex quibus caus. ma. Tamen illud dicū non haber locum, quando demonstratio, uia publicatio fienda datur pro forma; quia tunc requiritur, q̄ ad vnguem, & in specie seruetur, ita notabiliter dicit Anto. de Br. in ca. vestra. in. xxxviii. colum. uersi. secundum est principium. de coha. cle. & mu. per glosam in clemen.

REG. DE PVBLICAN. RESIGNA. CCXLVI

cle. appellañ. de appella. pro qua est bonus tex. quem ibi not. Bal. in. l. ciues. C. de appella. & Bar. in. l. i. ff. de excep. Cum igitur regula ista publicationem requirit, pro forma, quæ patet ex annulatione resignationis, quæ formam indicat, iuxta tradita per Bal. & Moder. in. l. i. ff. de libe. & posthu. & dixi in regula de annali. q. vi. Est dicendum, isti formæ satisfa ctum non esse per æquipollens, ita q̄ licet fiat in Cancellaria, vel in contradictis, in quibus locis res publica fieri dicitur: tamen quia in loco beneficii potest ignorari per eos, ad quos pertinet hoc scire: ideo oportet, q̄ ibi fiat, sicut debet fieri illa publication, quæ requiritur in acceptanceibus vigore gratia expectativa, vt ibi dicitur.

Et ideo iudicio meo, & verior, & sanior erit opinio, q̄ resignation publicetur in loco beneficia, præsente populi multitudine, vt sic omnibus publica, & manifesta fiat. Quod videtur aperte hic in isto tex. probari, ibi, ex tunc vbi dicta beneficia consistunt, publicare, &c. Ex qua quidem publicatione, in loco beneficia facta, hoc utilitatis resulat, q̄ parochiani, subdit, ordinarius, & expectantes sciant, quem pro vero beneficiario habere debent. Et ita ista opinionem pro ueriori firmat Abb. Panor. in consil. xcix. in primo volu. & Corneus in cō fil. cxxvii. in tertio volume. & Decius consil. clx. in tertio dubio, versi. sed tamen his, &c. Ex eisdicis per Corneum in dicto consilio tollitur cautela, siue fraus excogitata per Glosatorem hic, per quam regula ista circumueniri poterat, vt ibi latius per eum. Et q̄ publicatio in loco beneficiorum fieri debeat, tener etiam Roma. consil. ccccxxxiii. & ista uidetur cō munis opinio. Et ideo non abs re regula hic ad publicandum resignationes factas in curia assignat sex menses, quod videtur repus sufficiens ad mittendū ad locū beneficii, vbi publi catio fieri debet. Non igitur ex factu isti regular, si publicatio alibi, uel alio modo fiat:

6 adeo, q̄ antiqui patres voluerunt hoc esse de forma, & q̄ si publicatio in ciuitate, vel co miterio fieret, forma hic data impleta nō censetur. Et idem dicebant, quando per incertū fieret publicatio. Est bene uerum, q̄ apud antiquos dubitabatur, si publicatio facta in loco beneficii, deberet etiā in ecclesia fieri. Tamen ex quo tex. hic tantum de loco, vbi beneficia ipsa consistunt, loquitur, sufficer publicationem in loco beneficij facere, licet non in ecclesiā, quod videtur tenere Abb. in. d. consil. xcix. Nam positio vnius ex diuersis, est alterius ex elusio, c. nonne. de præsump. Vnde ex quo locus beneficii, & ecclesia ponuntur, vt diuersa in materia publicationis, prius est tex. notabilis in clemē, prima. §. si. de conceff. præben. Ideo facta in loco beneficij sufficeret, vel etiam facta in cœmiterio ecclesiæ, vel ante eā va leret. Et ita in terminis per illū tex. & plura alia fundamenta, quæ non refero, reperio consu luisse Ludouicum de Interanne, quandam aduocatum consistorialem eruditissimā in qua dam causa Colonieñ. præben. Sancti Seueri, cuius consilium incip. dicendum est, in primo dubio, & latius hoc probat Io. Aloisius Tuscanus, etiam illorum temporum aduocatus, & postea auditor Cameræ, in quodā cōfilio suo in causa T recorsi, posito in primo lib. suorū consiliorum. fol. xcvi. & ultra ipsos hoc idem in specie reperi tenere Do. de sancto Gemi niano in consil. lxxv. circa fi.

7 Sed vt opinione omnes concordentur, possunt distinguiri tres casus, in quibus publicatio requirit. **P**rimus in dignitatibus habētibus iurisdictionē spiritualē, & temporalem, & in illis conueniens est, q̄ nedum in loco dignitatis, sed etiā in ecclesiā solēnis fieret publicatio, propter rationes dictas in principio questionis. Ethoc casu dictum Abb. in dicto consilio, locum non habet. **S**econdus casus est in parochia, libus, & in ista sufficit in loco ipsa parochia, & procedunt ea, quæ hactenus dicta sunt.

CTertiū casus est, in beneficiis simplicibus, præstimonis, & aliis non requirentibus curā animarum. Et tunc, quia in loco beneficij forte nullus adest, quia vbi diuina non ministrā turuel quia locus est curialis, tunc putarem publicationem fieri posse in audiencia contradictarum Romæ, quando adest populi multitudo. Et isto modo procedunt ea, quæ dicit Do. Guliel. in dicta decis. xxii. Et isto casu etiam sufficeret publicare resignationem coram honestis personis, & notario, licet contrarium uoluerit Abb. in. d. consil. Nam ex quo in dictis beneficiis simplicibus diuina nō celebrantur, tali casu obseruari non posset, quod dicit Abb. Nam licet illud publicum dicatur, quod fit infra missarum solennia, vt dicit glo. in uersi. publice. in clemen. prima. de sepultu. Illud tamen intelligitur, quodā fit publicatione solennis, vt dicit glo. in uersi. solenniter. in clemen. caufam. de electio. & glo. in uersi. diuina. in clementi. prima. de foro competen. Sed regula ista non requirit solennem pub licationem, sed simplicem, ex quo disponit illam fieri in loco beneficij, & non in ecclesiā, vt etiam disponit regula de publicandis acceptanceibus. Ergo sufficit, q̄ fiat cotam nota-

rio Cancellariae, & testibus, vel in audiencia contradictari, quod beneficium, ut dixi, est simplex nullum habens curam. In quo cessant ea, quae superius dixi in princi. istius, q. quia ista publicatio simplicis resignationis, hoc casu, sufficit, & si in modo, quo fit publicatio publici instrumenti, tunc bullae apostolicae & equiparantur, ut dixi in tract. breuum. Et tamē illa publicatio solet fieri coram notario, & testibus, auctoritate superioris, ut tradit Abb. in cap. cum P. tabellio, in prima colum. de fide instrumen. & Paul. de Calt. in consil. cccvii. incip. ad primum quæsitum, lib. primo. Et ita pro ista parte consuluit Anto. de Caphele lis, quondam celebris aduocatus, consil. xlvi. ut refert quidam doctor curiosus, nomine Iacobus de nigris, in quibusdam suis scholiis, ad decisi. ccxvii. in no. circa fi. & facit pro ista parte tex. in. l. palam. ff. de verbo, significativa, & in. l. hæredes, in princip. ff. de testa. Et ita fuit alias tentum in Rota, tempore Sixti, ut inuenio in quibusdam memorialibus Ioachini de Narnia, tunc aduocati.

Et secundum ista ego intelligerem quandam decisionem Rotæ, quam scribit D. Guliel. in tit. de regulis, decisi. xxii. & sequen. videlicet, q. noua prouisio supplet publicationem, quia putare verum, in simplicibus beneficiis, secus, in curatis, vel dignitatibus, propter predictam rationem. Tamen ego idem in parochialibus vidi illam decisionem seruare, D. Si moneta, & sic contradicibus, ex eo, quia licet in formalibus aliquod actus impleri possit per equipollentem Nihiloninus noua prouisio in publicatione, quæ in parochialibus, & dignitatibus requiritur, nullo pacto publicationi equipoller, si consideretur rationes, propter quas in dictis casibus requiritur formalis publicatio. De quibus dixi in principio istius questionis, & latius supra, q. iii.

Quæstio Decima.

DECIMO Quarto, tanq. sicut quando renunciatur beneficium, fieri debet publicatio, ita quoq. quando transfertur pensio; vt, videlicet, ille, in quem transferitur teneatur ad publicandum!

SOLVTO. Do. Guliel. Cassiodorus in quibusdam memorialibus priuatis, interrogatus de ista questione tenuit, quod non, & nihil aliud dicit. **M**ibi etiam videtur ista opinio prior, hoc solo fundamento, quia hoc casu cessat mens, & intentio regulae, quia, ut saepe dictum est, regula ista condita fuit, ad evitandū fraudes, quæ per clandestinas renunciations quotidie siebant, & detegebantur, in praetudicum expectantū, & ordinariorū, & in animarum iniuste beneficia renunciata occupantium graue detrimentum, & periculum, vt etiam dicitur in illo antiquo opusculo practicæ Cancellariae, fol. xvi. & seq. + Interest enim reipub. Christianæ, ac subditorum veilitati, vt qui veri prelati non sunt, detegantur, iuxta tex. notabilem, & quod ibi notat Bar. in. l. eum qui nocentem. ff. de iniuriis. tradit Ol. dra. in consil. lxxiii. colum. penulti. Necessaria igitur fuit inuentio huiusmodi publicationis, per quam omnibus istis malis subveniatur. Sed haec omnia cessant in renunciatione pensio- nis. Igitur quia per talen renunciationem non transfertur titulus beneficij, neq. aliqua ad ministratio, vel iurisdictio in ecclesia (nihil enim huiusmodi translatio ad ordinarium, vel expectantes pertinet) nullum per eam alicui praetudicum generatur. Regula igitur ista, quæ titulum concernit, in quo militant praedictæ rationes, non habebit locum in translatione pensio- nis, in qua praedicta cessant.

Quæstio Undecima.

VNDECIMO Quarto, tanq. adeptio possessionis, cū continuatione alicuius temporis & equipolleat publicationi, ad effectum istius regulae?

SOLVTO. Tex. hic videtur ista duo requirere, vt diuersa publicare, & possessionem petere ergo alterū non sufficer, quia ad veritatem copulatiue requiritur, quod utraque pars verificetur. l. qui ducenta. §. vtrum. de rebus dub. & regula in alternatiuis. de regu. iur. libro. vi.

Contrarium tamē tenuit Rota, ut attestatur D. Guliel. in deci. xxvi. super regulis. Nam qui adeptus est possessionem, & eam continuat, videtur publicare; quia per illam satisfactum videtur menti regula, iuxta ea, quæ Roma, tradit in consilio. cccxxxiii. & dixi superius, q. viii.

rius, q. viii. Et licet hic sit data forma, quæ debet seruari ad vnguem, vt in. l. qui hæredi. & l. meatus. ff. de condi. & demon. Nihiloninus quando forma respicit certum effectum, potest impleri per aquipollens, vt in. l. iubemus. C. de testamen. vt declarat Decius in. l. si mater. in secundo notabili, per illum tex. C. de insti. & substi. & per hoc respondeatur ad copulatiuam hic positam, inter publicationem, & petitionem possessionis. Quia verum est, q. publicatio, & petitio possessionis sunt diuersa, sed hoc nō procedit in possessione iā quæcta, & per aliquot menses cōtinuata; quia talis possessionis publicationi aquipoller, nec tex. istius regulæ in hoc aduersatur. Et ista, quæ diximus tanto magis firmantur, quando videmus, q. noua prouisio, non solum bona, de qua iā non dubitat Rota, propter decisi, quas scribit D. Guliel. titu. de regulis, deci. xxii. & xxiii. Sed quod est fortius, noua prouisio nulla, & inefficax supplet omnes diligentias, & equipoller publicationi. Ut tēporibus meis Rota tenuit corā R. P. D. Petro Vortio, dic. xiii. Februario M. D. xxx. in favore Do. Joan. de Angutiano procuratoris antiqui. Et iterum idem iudicauit Rota, in vna Tullei. Parochialis, corā Do. Joan. Clerici, die. xv. Nouembri. M. D. xxixii. Et ista decisio fundabatur tribus rationibus, omisissi alii. Prima, quæ facit ad propositionem nostrum erat, quia noua prouisio, ex qua siognatur coram principe, censebatur fieri coram omnibus, sicut ea, quæ in audiencia contra dictarū geruntur. **T**Nam quæ sunt in signatura papæ, presumuntur publica, & notoria. l. omnium, & ibi not. l. ff. C. de testa. Quæ ratio militat in noua prouisione nulla; quia nullitas non tollit quo minus factum ipsum resignationis ibi narratum, non sit publicum. Vnde licet noua prouisio, quo minus effectus iuris non prospicit, ex quo est nulla: quoad ea vero, quæ sunt facti, publicatione inducit, quæ in factō consistit. Secunda, quia ratio, quare noua prouisio supplet publicationē, quæ fuit, vt evitaret pœna regulæ, militat in noua prouisione nullat; quia ex actu nullo declaratur ita involuntas, sicut ex valido, vulga. l. si. ff. de re. eo. & ita excusat, sicut valida, iuxta glo. in. c. cum uenerabilis de exceptio, quæ vult maliūt cōsue tudinem excusare a pœna. Tertia ratio fuit, quia videmus q. dispensatio nulla excusat pœna extrauag. execrabilis, vt tradit Archi. Joan. and. Domi. & cæteri in. c. non potest. de præben. lib. vi. Ergo codē modo debet excusare noua prouisio nulla, a pœna istius regulæ, eo maxime, quia noua prouisio cōtinet duo, prouisionem, & publicationem. Et licet prouisio annulletur, non tamen potest tolli, quin sit publicatio facta coram principe, quæ consistit in factō, & illa sufficit. Et ita pari ratione videtur concludendum in casu nostro.

CEt quamvis ista, quæ de possessione dicta sunt, eo modo, quo supra dictum est, aures de mulcere videantur: nihiloninus contra istā decisionem Rotæ modernę consuluit in terminis Domi. de Sancto Geminio, in consil. lxxv. in secundo dubio, de quo D. Guliel. nō facit mentionem. Vbi concludit Geminia, q. adeptio possessionis, etiam coram Notario, & testibus, & populi multitudine non latisfacit publicationi requisita per regulam, ex quo regula inducit formam, quæ debet præcise adimpleri. Est bene verum, q. Geminia, ibi fateatur istam opinionē, quam modo tener Rota, & quæ esse, licet ipse eam nō teneat, propter rationes ibi per eum positas. Et ideo Rotæ opinio, tanq. & quæcunque tenenda est, potius, q. consil. Gemi, qui licet fuerit multum practicus, ex eo, quia vt ipse dicit in consil. xciii. col. penul. per. xvi. annos in Rota rotavit. Et fuit etiam Auditor Camerae Apostolicae, vt ipse etiam referit in consil. cxxviii. in fi. & consil. cxxxviii. in fi. **N**ihiloninus in multis decipiebatur: nā pleraq. eius cōsilia in Rota reprobantur, prout ex multis tria sufficient, videlicet, illum de prærogatiis auditorum. nume. 113. & aliud de sequestro iudicis secularis. lxxviii. & cōsul. l. lxxv. de quo hic agitur. Et memini me alias decem eius consilii adnotasse, quæ in Rota non tenentur, quæ breuitatis causa non refero. **E**t tenendo istam opinionem Rotæ, q. continuatione possessionis, saltem per unum, vel duos mēses & equipolleat publicationi. Ad dicta Geminia, responderi potest per ea, quæ dixi superius in principio istius questionis, dum allegatum Decium in. l. si mater. C. de insti. & substi. & etiam eius rationes resoluti possunt ex dictis per Felyn. in. c. cum dilecta. de rescrip. & per Moder. Asteni. in tract. formæ, in illo cap. quando forma per aquipollens possit adimpleri. **T**Nam sunt plura iura, in quibus probatur formam per aquipollens impleri posse, vt in. l. fina. §. si. ff. de condi. & demon. & in. l. mulier. ff. de condi. insti. & not. Bar. in. l. ab emptione. ff. de pact. & glo. in. l. hac cōsultissima. C. qui testa. fac. poss. Et maxime in casu isto, quia possessione non potest capi in ecclæsia, neq. continuari per mensem, nisi omnibus scientibus. Data igitur scientia publicatio est frustratoria, vt videmus in clemen. causam. de electio. vbi in simili idem disponitur.

COMMEN.R.P.D.LVDOVICI GOMES.

Et ita etiam reperto Antiquos istam opinionem tenuisse. Nam pro ista opinione Rota cōsideruit Anto. de Capharellis, tunc celeberrimus adiutoratus; & Petrus Tuscanella, in causa Nanneteñi parochialis. & idem in causa Aquilegiefi, consuluit Paulus Pontanus in cons. incip. vtrum per assertionem, &c. in. iii. dubio, & latius Ioachinus de Narnia doctissimus in causa Leoneñi, parochialis coram Gabriele Auditore tempore Sixti. Et omnes illi anti qui tenebant istam opinionem pro firmo, vt patet in allegationibus eorum, quas ne sim prolixior, omitram. Imo disputatius teneri posset, non solum possessionem ipsam aliquo tempore continuatam, sed etiam diligentiam capiendo possessionē publicationi aequipollere deberet, per ea quā in simili dicit Glosator in regula. xi. super eo, qui in notabilis casu loquitur, de quo ego satis dubitarem. Possent tamen ista declarari ex his, quā superius in nonā quæstione dixi.

Quæstio Duodecima.

- D**IVODECIMO Quæro, † an regula ista comprehendat Cardinales?
- DESOLVTIO.** Ita. q. sèpius fuit superiorius disputata in aliis regulis, ideo brevius agendum erit. Considerandi iuri sunt hic tres causi. Primus est, effectus privilegiorum Cardinalis. Secundus, eorum dignitas. Tertius, ratio regulæ.
- 1 **C**irca primum, certum est, q. attentis privilegiis Cardinalium, † quorum similia plures alii prælati, & officiales in curia habent, Cardinales, non tenentur ad publicandum: Nam & Auditores Rota, Referendarii, Scriptores Apostolici, milites Sancti Petri, & sexcenti alii officiales, hac prærogativa decorantur, a qua non puto Cardinales exemptos esse, licet eorum privilegia non viderim. Illud tamen in quibusdā capitulis conclusi Alexandri Sexti, Iulii, & Clementis cautum legitur: licet non sine in forma probandi. Sed omissis priuilegiis secundo loco erit videendum, nuncquid ratione dignitatis ad publicandum tenentur. Et videatur, q. nō: ex eo, quia ex quo sunt in supra culminis dignitate positi, digni videntur, vt specialiter exprimantur. Cum igitur regula ista de illis mentionem non faciat, videatur eos comprehendere vouluisse, argu. c. q. periculorum de senten. exec. m. lib. vi.
 - 2 **C**artamen ad tenendum contrarium, siader nos tertius causus superiorius designatus, uidelicet, ratione istius regulæ, quā fundata est in bono animæ, vt fraudes, & dol eiumentur. Sed ista ratio magis in cardinalibus militat, q. in aliis, argu. c. cum quidam de iure furantur. Ergo sub
 - 3 **regula includi debent, † quia in iis, quā animam respiciunt, Cardinalis non differt a quo libet alio populari, vt tradit Bartholomeus Belenzinus post Roma. & alios, quos ibi adducit in tract. de chari. subsid. q. lxi. & dixi satis supra in procēdio regularium, & in aliis pluribus regulis. Et ista sit summa, q. vbi agitur de euitanda fraude, constitutio omnes comprehendit, nō solum cardinales, sed illis maiores, vt in. c. sciant cuncti. & ibi Moder. de electio. lib. vi. Et in. c. primo. de scisma. codem lib. Nam quanto persona major est, qui fecerat, tanto dignior est legis poena, vt habetur in. l. presbyteros. C. de episco. & cle. & cap. principium. de poeni. dist. ii. & quia in eis militare videtur mens, & ratio istius regulæ.**
 - 4 **C**est bene verum, q. licet in aliis inferioribus, propter publicationem omissam fraus praesumatur: in Cardinalibus non ita, nisi aliquibus clarioribus indicis de illa appareat. Nam ex quo sunt illustres, & in supra dignitate positi, & assumpti sunt per summos P̄tifices in coadiutores pontificis dignitatis, in dubio præsumers debemus, pro luce dignitatis eorum, omnia integre, ac summa cum iustitia facturos. l. prima. & ibi expresse not. glo. ff. de offic. præfect. præto. † Et ita intelligi possunt dicta per Petr. de Ancha, in consil. cxcv. pro clariori evidencia, &c. quibus conatur ostendere, cardinales sub regulis cancellariae penalibus non debere comprehendendi. Sed in casu nostro aquiior videtur opinio, q. cardinales sub ista regula comprehendantur, quia hīc non agitur, de imponenda poena personis Cardinalium, sed de nullitate actusquo casu cardinales in constitutione generali comprehenduntur, vt dicit Archi. & Gemina. in capitul. nemo. de electio. lib. vi. & in. c. primo. de scisma. & quia hic agitur de euitanda fraude, in qua tollenda, Cardinales ceteris debent esse propensiores. Sed existimo hanc quæstionem superuacuan esse, propter Cardinalium privilegia.

Quæstio

REG. DE PVBLICAN. RESIGNA. CCXLVIII

Quæstio Decimateria.

- D**ECIMOTERTIO Quæro, † an legitimate impedito, propter pestileniam, aut bellum, vel aliud simile impedimentum publicare, obstatista regula?
- ESOLVTIO.** Quia ille casus pluries decisus fuit, & sunt plura dicta, & authoritas doctorum antiquorū, in terminis istius. q. lcripta, non curabo materiam congerie inutilium onerare verborum. Concludendum igitur est, his casibus regulam non obstat. Et haec omnia intelliguntur, non solum in publicatione facienda respectu loci, sed etiā respectu temporis. Respectu loci, vt si publicatione fieri deberet in loco beneficij, vel in ecclesia, & ibi vigeret pestis, vel bellum, vel aliquod aliud simile impedimentum, propter quod ibi publicatione fieri nō possit. Nam tali casu tolleratur, q. publicatione fieri possit in alio loco, & qui pollēti, & satisfier hinc regulæ. Ita in specie dicit, & late probat Rom. in consil. ccccxxxiii. in cap. quod primam. Sequitur Fely. in. c. cum dilecta. in. xxi. col. versic. limita. vii. de refigrip. & in aliis pluribus locis citatis per eum. Et per illud consil. R. Rota etiam semper tenuit,
- 2 **q** noui prouisio suppletat hīmō publicationem, vt dixi superiorius in alia. q. † Et in isto casu satisfactum etiam erit regulæ, si publicatione fiat per affixionem in acie Campi Floræ, vel in ualuis Cancelleriae, prout etiam fieri potest sede vacante. Ut in una Olomucen. canoniciatus & præben. coram D. Guiliel. Cassiodoro, de mense Iunio M.D. xxii. conclusi Rota, vt idē referit in decisi. xxviii. titu. de regulis.
 - 3 **C**est aduerendum, q. licet alias pp necessitatem quis excusat, si mandatum non faciat, vt in. c. quartur. §. fi. xxii. q. ii. Tū fallit in prædictis casibus, in quibus resignatarius, pp præmissa impedimenta non liberat absolute a publicatione facienda. Sed si eam non pōt facere in loco destinato, tenetur eam facere in alio loco equipollenti pp impedimenta præfata. Et ita loquantur prædicti doct. & reassumunt latius Mod. Boni, in tract. legali pestis, fol. xxiiii. cap. xii. Et Stephanus Maleretus in tractatu electio. fol. lxx. in tercia colum, qui omnes præcisē in hoc puncto limitant istam regulam, modo quo dixi. † Est bene verum, q. si propter aliquod impedimentum continget, publicationem fieri non posse, in aliquo ex prædictis locis, forte quia resignatarius decentius fuit in carcerebus, seu captus ab hostibus: propter quam causam tempora publicationi præfata transierint, tunc resignatarius, vel etiam expectans, qui vigore alterius regulæ, etiam ad publicandum tenetur, excusarentur a publicatione, dum modo coram iudice, notario, & testibus protestentur, per eos non fitesse, quoniam publicarent, vt tradit Moder. Autinoneñi, videlicet, Franciscus de Sancto Nazario, alias de Ripa, in tracta. legali pestilentia, in tercia parte, in sexta quæstione. Et ita iste casus contigit tempore Sixti in una Nanneteñi, parochialis de Yffilio, vt recordat Ioachinus de Narnia, illius temporis doctissimus adiutoratus.
 - 4 **C** † Sed vrgit modo viuum contrarium, quod omnia prædicta turbate videatur. Nam conclusum est superius publicationem requisitam in ista regula posse impleri per aequipollens, ex interpretatione Rota: & quod sede vacante potest etiam fieri in acie Campi Floræ: Nam contra hoc est consil. eiusdem R. in terminis. in consil. ccccxxxvii. inc. quoad primum, &c. in secundo dubio. vbi concludit, quod licet publicatione fieri possit in audiencia contradictarum Romanæ Curiae: nihilominus si fiat per intercessentes concilio generali in audiencia contradictarum eiusdem, non satisficit regulæ, licet secundum eundem sit causa similis habens eandem rationem plura fundamenta, & rationes, quā ibi cumulat. Sed posset dici, q. dictum Rom. in. d. consil. ccccxxxvii. procedat, qn̄ legitima impedimenta non sunt, de quibus idem R. loquitur in præallegato consil. ccccxxxiii. cum concor. superiorius alleg. Et ita concordari possunt ista contraria.

Quæstio Decimaquarta.

- D**E CI MO Q VAR TO Quæro, † nunquid per citationem affiam in valuis ecclesiæ, vbi est beneficium tempore diuincit facta super dicto beneficio renunciato, in qua narrat renunciatio facta, dicatur inducta publicatione ad effectum istius regulæ?
- ESOLVTIO.** Si consideramus ea, quā sèpius dicta fuerūt, videlicet, formâ hic in regulâ data posse per aequipollens impleri, concludendū erit per huiusmodi citationē, in qua teor. resignationis narratur, publicationē fuisse inducta. Sicut in simili uidemus per posse fuisse per mensum continuatā vel per nouā prouisionē, etiam publicationē induci, vt superius dictum fuit in præcedentibus. q.

COMEN. R. P. D. LUDOVICI GOMES.

CSed predictis non obstant, contraria op̄i, puto ueroiem, super qua olim in causa Ge
benen, patochialis ecclesie de aquaria in Rota pendente consulerunt excell. viri, ut adno
tatum legi, & licet eorum motiu non viderim, nec habeam quid super hoc Rota con
cluserit, Nihilominus ego etiam istam partem iudicio meo magis tutam defendandam
assumpsi, itis breuissimis rationibus. Prima, quia clarum est citationem predictam ad
hunc effectum faciendi fidem de renunciatione non emanasse, sed solum ad finem citandi,
& euocandi possessorem ad curiam, ergo non debet alium diuersum effectum inducere.
† quia iure cauſum est, q̄ inducta ad unum finem, non debent alii operari. l. qui hominem.
q. f. ff. de solu. Cum limitata causa, limitatum effectum producere debet. iuxta. l. in agris.
ff. de acqui. re. domi. cum cōcor. ut late per Moder. in. l. age cum geminiano. per illum tex.
C. de transac. & in capitulo cum ordinem. de rescrip. **P**raterea, quia renunciatio, quae
contineatur in dicta citatione est narrata per ipsam partem, & uerbis narratius partis non
creditur, vulg. c. si papa. de priuileg. lib. vi. cum per hoc non dicatur constare de renuncia
tione, nisi ipsa renunciatio originaliter producatur. arg. l. si quis in aliquo. C. de æden. c. ac
cepimus. & c. porro. de priuileg. **P**raterea, quia publicatio debet fieri in loco beneficij, &
tamen citatio potest fieri in alio loco ubi habitat citandus, cum igitur ista sunt diuersa de
vno ad aliud non debet fieri illatio. c. nonne. de præsump. & l. Papiniarius. ff. de mino. Et
isto modo conseruatur illa vulgaris regula iuris, † q̄ actus agentium non operatur ultra
eortū intentionē, ut dicitur in. c. is qui. &c. humanæ aures. xxii. q. ii. & iii. & tradit in simis
li casu Rota in no. deci. ccccxxxi. incip. si impetrans. circa f. & Egid. deci. dxcix. supposito.
Et quia si hæc uia publicandi capereatur, fierent mille fraudes, & de facili hæc regula elude
retrum, quod permitti non debet.

Quæstio Decimaquinta.

DE CIMO QVINTO Quero, † quæ requiruntur quoad hoc, ut regula ista ha
beat locum?
C SOLVTIO. Tria copulatiue requiruntur secundū antiquā, & modernā interpretationē
Rota. Primum est, q̄ non sit facta publicatio. Secundū, q̄ non fuerit petita possessio. Tertium, q̄ resignans post sex menses decesserit in possessione, adeo, q̄ si alterum istorum
deficiat, regula non procedit, quia beneficium vacabit per resignationem, & non per ob
itum, ut hic disponitur, & sic sola possessionis peritio, s̄ la publicatio resignationis, sola
mors infra sex menses, uel q̄ resignans non decederet in possessione, impedit fictionem re
gulae, & uacant beneficia per resignationem, & non per obitum. Est bene uerum, q̄ regula
Hadriani voluit, q̄ cum publicatione concurreret simul, & peritio possessionis, & sic non
sufficiebat publicare ad impediendum vacationem fictam per obitum, nisi etiam petefetur
possessio, & hoc indicat verba illius regule Hadriani ibi. Et cum hoc possessio illorū. &c.
& ita etiam adnotauit Melchior de Baldasinius aduocatus illius temporis excellens in quis
busdam adnotacionibus regularum Hadriani. Ita q̄ sit conclusio, q̄ ad effectum fictionis
regulari, ut fingatur uacatio per obitum, requirebant etiam illa tria copulatiue, q̄ non fue
rit facta publicatio, nec petita possessio, & q̄ resignans moriarit infra sex menses in pos
sessione, sed non sufficiebat ad impediendum predictam fictionem alterum ipsum formu
dere, ut est in modernis, & antiquis regulis, quia non sola publicatio impedibat in regula
Hadriani, nisi etiam concurreret peritio possessionis, & in hoc fuit immutata, ista regula,
fuit etiam immutata circa cursum sex mensum, ut patet in ea.

Quæstio Decimasexta.

DE CIMO SEXTO Quero, † quid si resignatarius, qui non publicauit, & per
consequens perdidit ius vigore resignationis, uellit capere beneficium resignationum p
istam fictam vacationem obitus inducat per istam regulam per clausulas generales, vis
delicer, uel alias quois modo vacer &c. solitas apponi in supplicationibus, an possit, an ue
ro sicut annullatur resignatio, ita & qualibet vacatio ex ea resultans?
C SOLVTIO. Glosator in regula de infit. refig. videtur mouere hanc, q. licet in uolu
te refoluerat, & ibi ego late eam. q. xxxiii. examinaui, & latius in regula de verissimili notitia
obitus

REG. DE PVBLICAN. RESIGNA.

CCXLIX

obitus, quæstionē tertia, & ideo hic minus erit dicendum. Concludo igitur, q̄ resigna
tarius uigore dictæ clausula beneficium per uacationem obitus post datam resignatio
nis contingentem capere non potest. † Quod ita probatur, quia illa clausula quois
modo, secundum communtes conclusiones, & stylum curiæ, capit tantum vacationem
tempore data prouisionis contingentem, & sic beneficium, quod iam vacat de præsen
ti, non autem eam vacationem capit, que extrinsecus, & in futurum contingere potest,
quod ex eo suadet, q̄ clausula quois modo, non extendit se ad uacationē alterius psona,
q̄ expresse, ut tenet omnes in cap. susceptum, de rescrip. lib. vi. & norat Rota in decisio
ccclxxxiii. incip. no. q̄ clausula &c. & deci. dcliii. in antiquis. & deci. xxviii. in no. Ergo
eadē ratione, neq̄ capiat alio tempore uacationem contingentē, † quia ualeat argumentū de
psona ad tēpus, & econtra. l. qui plures, in prin. ff. de uulg. & pu. l. videamus. q. penul. ff. de
in lit. iu. & ita retulit mihi Gaspar de Hiezio procurator antiquis tpe suo iudicatum fuis
se, ut ipse adnotauerat, de quo tamen aliquid dicam infra. q. xviii. **L**imitant tamen ista, nisi
in prouisione verba designantia futurum apponantur aliam personam, uel futurum tēpus
comprehendantia, quia tali casu prouisio capiet illam vacationem. Ita tener decisio. dcliii.
incip. si papa. in antiquis. quæ ita debet intelligi. **S**ecundo limitatur dicta cōclusio, nisi in
gratia si neutri illa clausula quois modo, apponatur, quia tunc referunt etiam ad uacationē
posteriorē, ut alias teruit Rota, & adnotauit D. Berengarius Saganta antiquus, & procura
tor practicus. Ratio est, † quia gratia si neutri, ex sui natura respicit futura, & tunc perficit,
ut patet ex eius uerbis, videlicet, si per euenti litis confitetur neutri litigantium &c. & sic in
ea non attenditur tempus data, prout in aliis, sed tempus quo beneficium conferri potest,
& no. Gemi. in consilio septuagēsimono. quod qualiter procedat dictum est in regula
de annali.

Quæstio Decimaseptima.

DE CIMO SEPTIMO Quero, † an ante publicationem dicatur resignatio
nario, uel iusque sit, q̄ si in ista tempus ad publicandum fieret alteri prouisio cum clausula
nisi sit alteri ius quatinus, & postea non publicaret, diceretur gratia, sive prouisio nulla?
C SOLVTIO. Quæstio ista est difficultas, & propter varia motiu hincinde virgin
tia videtur quasi brocardica, & ideo requireret longam librorum revolutionem. Tamen,
quia in iudicando non requiriunt longi verborum apparatu, sed effectum, & medulam
veritatis, & milii etiam a negotiis publicis, & necessariis meis actionibus, adeo breve tem
pus supereft, q̄ etiam ista præstare non possem, præfringam igitur succinē, & in summa
omnia, quæ super ista, q. dici poterunt, concludendo breuiter eius decisionem. Pro parte
igitur affirmativa, uidelicet, q̄ prouisio facta infra tempus publicationis publicatione non
facta valeat, facit primo, quia ius, quod est in pendentī quale videatur esse illud, quod re
signario compert pendente tempore ad publicandum non impedit prouisio medio
tempore alteri factam, ut tradit notabiliter Roma. in consil. ccvi. per tex. in. c. si pro te. de
rescrip. lib. vi. & in cle. i. de concess. præben. lib. vi. faciuntea, quæ scribit Soci. in consil.
xli. in. ii. colum. vers. secundo. & in. iii. colum. vers. iii. etiam. & consil. cxvii. per totum in
iii. volu. **S**ecundo pro ista opi. facit, quia videmus, q̄ habens gratiam ad primum bene
ficium vacaturum datis executoribus clausula si idoneus repertus fuerit, non potest co
queri, si ordinarius etiam post factam ei per executores inhibitionem ne alteri cōferat, anq̄
executor cognoscat, uel cognitionem perficiat de habilitatibus prouisi conferat. Titio, non
obstan. dicta gratia, collatio valet, & tener, licet effectum non fortioratur, nisi ex post.
ita late concludit per plura iura Oldra. in consil. clxvii. incip. thema tale est &c. Ad idem
pro ista opi. facit, quod tradunt Saly. Roma. & Alex. in. l. fi. per illum tex. C. qui admitt
vbi quærunt, quid si plures diuersis temporibus impetraverunt canonictatum vacaturum
in certa ecclesia, quem infra mensem duxerint acceptandum. Deinde secundus impetrans
acceptauerit infra tempus datum primo, & sic nimis præproper, & festinanter concludit
predicti docto. q̄ atteta veritate si primus exclusus fuit, vel tempore, vel repudiatione, aut ali
ter, quod valet acceptatio, & licet nimium festinanter, & tempore incongruo. Et hoc
dictum approbat, & sequitur Ias. in consil. ciiii. incip. circa quatuor. col. penu. lib. primo.
sic in proposito nostro est dicendum, q̄ collatio facta alteri infra tempus datum ad publi

TT iii

candum publicatione non facta valeat, pro qua opere faciunt ea, quae in notabili casu adducuntur. Angelus in consil. xxxvi. incipit pro decisione quae citorum. col. penult. vbi probat, et quod per de cumentum additlonis tempore tempus ad insinuandum non currit, quia donec subest potestas actum faciendi, non potest dici, quod actus intermedium sit nullus, nisi subsequatur implementum facti, ut ibi per eum. Et pro ista parte faciunt ea, quae scribit Pet. de anchora, in cōsilio clviii. incipit ex narratis, in penult. & f. col. vbi queritur, et nūquid imperatio facta infra tempus quo quis declaratur excommunicatus, nisi satisficerit valeat, & concludit, quod sic, per plura iura, quae ibi allegantur. Ad idem facit, et quia illud ius resignatarii autem publicationem dicitur pendens, ut dicit expresse Paulinus excellens practicus, & quondam auditor Rotae apprime eruditus in tract. de off. & potestate capituli, in secundo præludio, versi. nono, & senit Oldra, in consil. cclxxxv. in penult. col. sed ea, quae sunt, & conceduntur pendente iure resolutibili, ualent, & tenent, ut per plura exempla probat Decius in consil. ccxlvii. in causa &c. col. penult. & ante ipsum in notabili casu prolixi. Geminus, in consil. lxxix, in secundo dubio, sic eodem modo in casu nostro dicendum uidetur, quod prouisio pendente tempore publicandum valeat. Quibus accedunt ea, quae congruit Socini, in consil. xli. in prima columna lib. iii. Et quae Alex. consil. xxv. in. ii. col. ver. Præterea posito etiam &c. lib. iii. cum multis aliis, quae breuitatis causa omittuntur. Non obstat, quod clausula positiva in prouisione dummodo non sit alterius ius quam sicutum, quia responderet Roma, in d. consil. quod intelligitur de iure perpetuo duraturo, non autem de pendentibus, ut ibi per eum, qui ad hoc allegat plura iura, quae per te videas, & alter responderet Soci. in d. consil. xli. lib. iii. col. fin. ut ibi per eum, & dixi in regula de non tollendo iure quæsito. q. iii.

¶ Quibus non obstante, contraria opere est uerior, & iustior, quam Rotam in pluribus, & diuersis causis approbassemus, cuius decisio, ac principali motiuo siue ratione fundatur: Nam clarum est, quod ius in te plenum, & si possit resoluiri, non tamen est alterius conferibile ante resolutionem, ut est tex. in. c. commissa, in princip. de electio, lib. vi. & in. c. si tibi absenti. de præben. eo. lib. cum infinitis motiuis, & concor. quae satis curiosè pro ista parte cumulat Egid. deci. decii. in parte negativa dubii ibidem propostis, & disputatis per cum. Accedunt ad hoc dicta per Alexan. in. l. si deceperit. ccl. f. ff. qui sa. cog. Et ita per istam rationem, alia plura motiua istam opere, tenuit Rota in una Palentina beneficium coram Do. Paulo Capifucco de anno M. D. xix, vt late refert D. Guliel. in tit. de regulis. decif. xxiiii. Et idem in alio casu Rota tenuit in una Pacen. parochiali. de Bodoual. de anno M. D. xx. coram eodem D. Paulo, ut refert idem D. Guliel. in tit. de concess. præben. decif. v. per rationes, & argumenta de quibus ibi per eum. Ad quae accedunt, quae dicunt Domini in decis. dcccxxxiii. in antiquis, & Bisignetus eo. tit. in decia. xxiiii. vbi uolunt, et prouisio nemini ordinarii infra mensem ad acceptandum concessum expectantibus factam non ualere, etiam illis postea non acceptantibus. Et idem per illas decisiones, & dicta Fely. in. d. c. cuna ex officiis. in prouisione legati tenuit Rota tempore meo, & de tempore suo iudicasse Rotam refert D. Pet. And. Gammarus in tract. legati lib. iii. q. iii. Et hodie. xix. Decēbris M. D. xxxix. idem in simili casu conclusit Rota in una Vicentina archipresbyteratus coram D. Jo. Paulo, quae voluit, quod collatio papæ facta infra sex menses devolutionis ad superiorem per negligēti patronorum non præsentati sit nulla, etiam si Cardinalis, ad quem fuerat devoluta infra sex menses collatio non confereret, & hoc per rationes superiorius allegatas. Non obstante, deci. xxi. de concess. præben. cccxxii. & ccccl. in antiquis. & tradita per Soci. consil. cclx. Non obstante, quae in contrarium adducta fuerunt, quia ad illa responderi potest ex his, quae late prefati docto. scribunt. Præsertim Soci. in d. consil. cxvii. & D. Guliel. in d. de cōsilio, quae breuitatis causa non refero, cum ibi videri possunt.

¶ Quæstio Decima octaua.

DE C I M O O C T A V O. Quæro, et quid si factæ sint due resignationes eidem, & prima annullatur ex defectu publicationis, an possit adiuvari ex secunda, quæ publicauit? **I**S L V T I O. Ioan. Franciscus Paulinus quondam auditor Rotæ practicus, & doctrinæ singularis in tract. de potestate ca. sede vaca. in secundo præludio, versi. duodecimo, inuenire viderunt, quod non, ex eo, quia ius per non publicationem ipso iure vacat, ergo reuinisce se non potest, quia semel extinctum non reuiniscit. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. tradit. Soci.

Soci. in consil. cclx. col. iiii. lib. ii. Est bene verum, quod idem in versi. nono per lapsum &c. dicit, quod licet non faciens diligentias requisitas a regula cadat a iure, illud tamen ius est pendens. Et secundum hoc ego putare, quod secunda resignatione caperet illud, salte per clausulas generales, nisi tam prius papa prouidisset alteri, quia tali casu non esset locus, nec prima, nec secunda de resignatione, non prima propter non obseruatam regulam, non secunda, et quia ius semel renunciatum non potest iterum cedi, quia per primam resignationem validam abdicationem renuntiatum & possessio naturalis, & ciuilis a resignante, ut in deci. prima. de re. permuta. in no. & no. Inno. in ca. super hoc de renun. & est notissimum. Itaque nihil manet apud ipsum resignationem, qui nihil igitur habet, nihil dare potest. c. & autem. de iu. pat. &c. l. si uniuersitate, quem text. Bart. verbis vulgaribus sumat, C. de legat. si nihil dat secunda resignatione nihil est momentum.

CEt ex prædictis decidi potest illa, quae quam Ioan. Aloisius Tuscanus doctor Mediolanensis, & quondam auctoratus primarius, & auditor camerae refert accidisse tempore Sixti in Rotam in eius consil. incipit ad primum, &c. positum in primo uolu. consil. suorum, uidelicet, an beneficium primo acceptatum per procuratorem suum, cuius acceptatio fuit nulla propter non publicationem factam secundum formam regulæ possit illud secundo loco accessum. Et tunc fuit interloquendo dictum, quod sic, ex eo, et quia multiplicatio titulorum non est prohibita, ut no. docto. in. c. post electionem, de concess. præben. cum concor. ut per Fe liy. in. c. in nostra. ver. titulus. de rescrip. facit l. iii. §. ex pluribus. ff. de acqui. poss. & in regula nullus. de re. iur. lib. vi. & in. l. quotiens. §. i. ff. eo. & not. per glo. iniunctos in. c. cum persona. de privileg. lib. vi. sic uidemus, quod conceditur excommunicationi multiplicatio. cap. ita quorundam. de iudicis. cum concor. ut ibi in glo. sic etiam interposita appellatio ne potest iterum, atque iterum appellari, ut in cle. si ante. de do. & conu. Et Nec reperiatur prohibitum, quod quis plures idem beneficium acceptare possit, pro conferringando iure suo, ut trudit Cald. in consil. vii. titulo de electio. Non obstat si dicatur, quod ex quo per primam ius quae sicutum est, iux. c. fi. de concess. præben. lib. vi. secunda acceptatio nihil potest operari, & crit frustratoria, iuxta ea, quae arguendo dicit Rota deci. dcccvi. in antiquis incipient. Dominus papa. in prima colum. quia respondet, quod licet secunda acceptatio operari non possit quoad concussum, videlicet, prima acceptatione existente valida, quia, quod debet ex prima, verum est ex secunda non deberi, iuxta. d. §. ex pluribus. & cle. i. §. si que not. de primitu. leg. Tamen non daro concursu secunda acceptatio potest operari effectum suum summota prima acceptatione per regulam de non publicandis acceptationibus, huic regulæ simile. Et ideo illa remanet secunda, & operatur effectu suu, ut not. in cle. i. de censi. & in. §. affinitatis. i. inst. de nup. sic videmus, quod secunda excommunicatio quadiu concurrit cum prima non operatur effectu suu, tamen si prima submoueretur, tunc secunda operatur. iii. q. iii. Engeltrudam cum concor. vt patet etiam in exemplo positio per Ioan. Andri. in. c. cum in cunctis. ad fi. de electio. & in cle. fi. de magist. De ligato una fortis cathena. Nam in cunctis alterius cathena nihil operatur, donec illa remanet, tamen ea submota, tunc secunda cathena operatur, sic etiam coocurrente lumine lucernæ cum lumine solis, lucerna nihil operatur. c. si omnia. vi. q. i. tamen, remoto sole, lucerna tunc operatur, quae exempla posita per Ioan. And. locis superiorius allegatis, reauisunit prædicta decisio Rota fere in simili casu. Ita igitur in proposito nostro est dicendum: Nam ex quo prima acceptatio est sublata per exceptionem regulæ, remanet secunda, iuxta prædictas rationes. ¶ Nec obstat, quod per primam beneficium est effectum plenum, & consequenter secunda acceptatio non ualeat, iuxta nota, in cle. i. de concess. præben. & sic reuulardi non possit per extinctionem primæ, per e. non firmatur, de re. iur. lib. vi. & c. si eo tempore. de rescrip. eo. lib. cum uulga. quia responderetur, quod ius non erat plenum, sed erat imperfectum, & stabat in pendente usq; ad tempus publicationis facienda, iuxta formam regulæ, quo clapsu, si non est facta publicatione illud ius annihilatur, & ideo tale beneficium dici non potest plenum, quia si plenum esset, diligentis regulæ non indigeret, quia plenitudo additionem non admittit, vt dicit text. in. d. c. si oia. Remanit igitur adhuc vacans, & ideo iterato acceptari potuit. c. cum nostris. de concess. præben. ¶ Nec etiam obstat, quod non reprobata prima acceptatio, secunda non debuit fieri. iuxta. c. post electionem, de concess. præben. quia illud procedit vbi secunda prouisio suis facta est alteri, q. illi cui fuit facta prima, ut patet in. d. tex. ibi. Archidiaconatus non vacans, non potest, nec debuit in alium transcribi &c. sic & in. c. inter dilectos. de excess. præcla. & in

c. licet episcopus de præben. li. vi. sed in casu nostro utraq; acceptatio referatur ad eundem, agitur &c. Nec obstat, c. si tibi absenti. de præben. in. vi. quia licet ius illud non esset perfectum, tamen agebatur de collatione alteri facienda, non autem eidem, ut ibi patet. Et probatur hec solutio in. c. vt quis duas de electio. lib. vi. vbi electio per quam ius imperf. sum quæritur multiplicari potest in eundem, & in electione electi erit, quæ vti velit, ut ibi patet.

Et Nec obstat si tunc replicetur, ergo cum prima fuerit vsus non audiatur ad secundam, per illum tex. quia respondetur, qd ille text. non procedit qm sumus in titulo acquisito, vt ibi not. per docto. & plene per Calde. & Domi. in consilio octauo titulo de electione per plutes bonas, & notabiles rationes ibi per eos positas, quas breuitatis causa non refero. Neq; potest etiam diei, qd inducat prima acceptatio gratia consumptionem, quia requiretur ad hunc finem, qd fortia fuisse effectum. c. si clericus de præben. lib. vi. c. ad audienciam, el secundo de rescrip. alias autem si aliquo casu inutilida existit, potest fieri secundo loco actus per quem acceptatio inducatur, ut colligitur ex deci. in nouis. ccccxxxi. incip. si impetrans. in secundo dubio, & seq. & allega. Lapi. xcvi.

Tamen licet praedicta sint multum colorata, & mihi applaudeat, Nihilominus quoad effectum istius regulæ contrarium tenuit Rota, hac ratione, quia tempora ad publicandum hic designata currunt a tempore primæ prouisionis non secundæ, & ideo si prima ex decreto publicationis annullatur, secunda resignatio non sustinebitur, ita in simili conclusit Rota super regula de publicandis acceptationibus, ut late refert D. Guliel. in decif. ix. titulo de concess. præben. per alias rationes de quibus ibi per eum, ex quibus facile conflari potest responsio ad argum. superioris facta, an uero beneficium resignatum possit deinde capi per clausulas generales positas in supplicatione resignationis: dixi superioris. q. xvi.

Quæstio Decimanona.

DECIMONO NO Quero, t ex eo, quia hic dicitur, qd si renunciatur moriatur in possessione non facta publicatione, qd beneficium non per resignationem, sed per obitum censeatur vacare. Quid si renunciatur moriatur ciuiliter, & non naturaliter, nūquid sit locus regulæ?

COSOLVATIO. Dicendum est, qd non, quia uerba simpliciter prolatæ, naturaliter, non autem ciuiliter capi debent. l. s. C. de his, qui veni. æta. impre. l. qui habet. ff. de tutel. & sic expressio mortis in ista regula intelligetur de naturali, non autem ciuili, præsertim, quia regula ista est odioſa, & contra ius commune. Et ita fuit in rota iudicatum pro Reuerendissimo Cardinali Sanctæ Crucis, vt adnotavit Melchior de Baldassini sui temporis aductoratus insignis dicens se in una Valentia, corā D. Simonetta obtinuisse, de quibus meminit etiam Iacobus de nigris doctor curiosus in. quadam sua apostilla ad istam regulam. De quo tamen dixi. s. in regula de imperrantibus beneficiis per obitum fami. card. q. v. & c. vii.

Quæstio Vigesima.

VIGESIMO Quero, t an regula ista procedat in resignatione iuris?

COSOLVATIO. Istam quæstionem examinavi superioris in regula de infir. refig. q. xviii. vbi proprie cadit, & ideo hic pauca dicam, non solum ea ratione, quia ibi hoc diuinum plenius discutitur, sed quia in casu istius regulæ hæc dubitatione uidetur impertinens, ex eo, quia in resignatione iuris ratio istius regulæ cessat, que loquitur de beneficio possesso per resignantem, in cuius publicatione regula tria copulativa requirit, quæ in resignatione iuris nullo pacto verificari possunt.

Sed istis obstat videtur, quod scribit And. Sicut. in cōsil. li. in. xvi. &. xvii. col. lib. i. vbi cōcludit, qd sicut in donatione reali excedet, summā. s o o. duc. requiritur insinuatio, quæ se habet ad instar publicationis, ita quoq; in donatione iuris quæstati insinuatio requiritur, vt late ibi per eum. Ad idem facit, quia uidemus dispositionem ele. fi. de procur. quæ loquitur in morte naturali procedere in morte ciuili, videlicet, in resignatione, vt tener Rota in decisi. ccclxxvii. in no. sequitur Ludori. Roma. in consi. ccclxviii. incip. presens est quæstio. Et tamen talis resignatio procedit non solum quando fuit facta de beneficio, sed etiam si de iure quæsto tantum facta fuerit. Vt cōclusit Rota in una Oxomeñ. Archidiaconatus corā me. die. xiii. Decēbris M.D. xxvii. pro Roderico Lopez, contra Alphonsum Henriques. Ita uiteleur hic dicendum, qd dispositio istius regulæ, quæ de renunciatione beneficij loquitur, procedit in resignatione iuris. Sed tenendo opinionem, quam dixi, ad praedicta patet solutio, quia in donatione iuris quæstui, de qua Andr. sicut. loquitur, militat eadē ratio, quæ in donatione

in donatione reali, propter fraudem creditorū. Nam ita prædicatur creditores per clandestinas donationes iurium, seu actionum sicut per donationes rerum, t quia qui actionē habet, vtrq; rem habere videatur, vt dicit tex. in. l. qui actionē ff. de reg. iur. quæ omnia cessant in casu nostro, & ideo nō requiritur publicatio. Et eodem modo respondetur ad decisionē factam circa. d. clemen. fi. qd idem effectus resultat ibi per renunciationem iuris sicut per resignationem beneficij; Nam sicut per resignationem beneficij censemur reuocatus procurator etiam, quoad incepta, ita & per resignationem iuris, quia militat eadē ratio, quæ omnia in casu nostro cessant, proper rationes assignatas superius in. iii. q.

Quæstio Vigesima prima.

VIGESIMO PRIMO Quero, t quare ad publicandum resignationem in curia datur maius tempus, vide icet, sex menses, & extra curiam datur mensis?

COSOLVATIO. Aliquis forte diceret arbitriuum esse, prout dicitur in glo. in uersi. Ratius. in. l. i. ff. de postul. sed uerum non est, quia sex menses in resignationibus factis in curia dantur, ad effectum, vt resignatarius competentem terminum habeat eundi ad locum beneficij, vbi publicatio fieri debet, forte enim beneficium est in Anglia, vel Alemania, vel in aliis locis multū ab Urbe distantibus, quæ ratio non militat, quando resignatio fit in partibus, & sic extra curiam, quia ex quo debet fieri in loco minus tempus requiriatur, & ideo unus mensis assignatur. Et sic cu laude Dei fit expedita ista regula de publicandis, circa quā longe plura excogitare poterit curiosus, quæ milii iam yehemeter occupato nō occurunt. Nam hic trahi posset tota materia regula de publicandis acceptationibus in gratiis expectatiis, quæ contumile, & quodammodo affinē materiam continet. Sed quia super illa regula plures decisiones scripsit D. Guliel. ac etiā, quia propter nouas prouisiones, quæ quotidie ab acceptantibus faciliter procurantur, proper quas tollitur diligentia publicandi, & per cōfessiones prouisio istius regulæ, ideo super ea nihil dicā, preferint, quia illa regula non ponitur inter iudiciales. Non tamē omittam pro cōplemento istius regulæ, ac etiā ne illa, quæ sunt nota digna, penitus ignorant, qd circa illam de publicandis acceptationibus tēporibus Domini Iacobi Simonetta in Rota unū notabile dubium decifum fuit, de quo D. Guliel. nō facit mentionē. Sed ipse idē Jacobus de illo neminit in tract. suo reservationis. fol. lxxii. Dubium igitur fuit, t nunquid illi regulæ de publicandis acceptationibus, quæ expresse de expectatiis loquitur, subiiciantur reservationes, quæ habet beneficium acceptādi. Plura hincide disputationis gratia dicebantur, tandem Rota in istam sententiā inclinavit, qd sic, ex eo, quia tales reservationes possunt expectatiis pinguiores. Et quia ratio publicationis ne expectatiis acceptans si non publicet, plura beneficia inuolunt, militat in tali reservatione. Ita conculserunt Domini, vt latius ibi per eum. Et per ista etiā tempore meo, fuit in Rota conclusum, in una Hispaleñ. canonicatus, & præben. corā Do. Paulo Capistruccio, die. xxv. Octobris M.D. xxix. Quod quædam gratia per Leonem. X. concessa, cuidam Petro Xuarez ad canonicatū, & præbē. & ad quæcumq; beneficia etiam referuata, etiā seruatoria, & cu clausula suspensa omnī graciā expectatiū, & clausula anteferraria, &c. dicerent expectatiū pinguis, licet in ea dareur p̄testas acceptādi beneficia seruatoria, & referuata, & clausula suspensa aliarū expectatiū, quæ non solent secundum regulas concedi expectantiis, vt patet in regulis expectatiuarum Leonis, Clementis, & Pauli. Verum, quia in dicta gratia dabatur facultas acceptandi, item creatio in canoniciū, & clausula anteferri, quæ sunt peculiaria expectantium, fuit conclusum dictam gratiam esse expectatiū pinguiem, & illam subiici regulis de expectatiis loquētibus, quod est norandum ad regulā prælationū, & alias regulas de expectatiis loquētibus. Postremo qd īportet illa verba in regula ista posita, v3, & inde sequuta quæcūq; & c. dixi in reg. de anna. q. lxxviii. Iuxta fidicta posset hic ēt dubitari de una, q. quæ ponēda erat. s. q. ix. sup quā aī cōsuluit Icoach. de Narnia in cā Coloni. prēb. S. Seuerini, uidelicer, nūquid publicatio facta in domo, sue loco capitulari, qd est infra ambitu eccl̄ia, ualeret; & cōsuluit, qd sic, qd licet regula regrat locum bñficii, illud fit ad effectū, ut magis inotescat, & in tali publicatiō finis seruat illo modo, qd illud, qd fit infra ambitu, dī in loco fieri. c. de fabrica. de consec. dist. i. l. ii. de uer. sig. & c. si ciuitas. de sen. excō. lib. vi. cā uulg. & qd uidemus, qd aliquā publicatio tollerat si facta fuerit corā honestis p̄sonis, & testibus. gl. in uerbo bñficii. in clc. cām. de tēc, sicut uidemus in appellatione fieri, ut dicit gl. in. l. cā quidam. ff. de appellatio, tanto fortius in casu nostro quando fit coram canoniciis in loco capitulari.

COMEN. R.P.D. LUDOVICI GOMES.
REGULA QVOD COMMISSIONI POST
Conclusionem non stetur, nisi derogetur conclusioni:

STEM Statuit, & ordinauit, q̄ in commissionibus, seu mā
datis etiam consistorialibus, per eum, seu de eius mandato,
uel authoritate, in causis, in quibus conclusum existat, in po
sterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmo
di implicite, vel explicite mentio facta fuerit, nihil censeatur esse con
cessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi, cōclusioni de
rogetur expresse.

ST A Regula, t̄quæ de conclusione loquitur, finem, & conclusionem appo
nit regulis iudicialibus, & praesenti tractatur: Nam ista regula, etiā ultima est
iudicialium, vt hic etiam Glebor adhuc, & ita in libro regularum Rotæ
ultima ponitur. Circa quam nihil omnino, nisi remissive scribam, ex eo, quia
hodie propter facilem conclusionis derogationem, quæ per processum ad
ulteriora, & repositionem Dñorum Auditorum sit, parvū practicatur, & ob eā forte causam
de ea D. Gul. Cassiodorus nihil in decisionibus suis scriptis, quamvis per. xii. annos omnia,
quæ in Rota gesta fuere, circa regulas obseruauerit. Et ego per. xi. annos, quibus in Rota
versor, nunquam vidi de ea excipi, propriea vanum crit tempora, quæ mihi non sunt,
reliqua in regulis consumere. Quamobrem circa istam regulam remissive videnda sunt,
quæ dicit Fely. in. c. nonnulli. in. xi. colum. versicu. tercia declaratio. & in capitū. super liter
ris. in. ix. colum. versic. amplia adhuc. & in col. xi. vers. & ad sextam regulam. &c. de rescri
quiibus locis de regula ista mentionem facit. Et ante ipsum latius regulā istam discutit Ro.
in consil. clxxvi. incip. iste sunt. colū. vlti. vbi plenissime loquitur, & plures alii, qui breui
tatis causa omittuntur. Et ideo ista sufficient pro complemento præsentis tractatus. Erdum
cepus dabitur, forte secundam partem regularum, quæ in literis expedientis versatur, quæ
alium iustum Tonus requirere videtur, aggrediar, quæ quidem regula ideo non dantur,
quia in iudiciis non producuntur, & ob eam causam extrajudiciales appellantur.

¶ Explicitur Commentaria R.P.D. Ludovisci Gomes, Episcopi Sarneñ. Sacri
Palatii Apostolici Auditoris, vtriusque Signaturæ Referendarii, ac Sa
cræ Penitentiaræ Apostolice Regentis, super Regulas Cancellar
iae Apostolicæ iudiciales, quæ in Libro Rotæ inscripte sunt.
Impressa impensis Domini Michaelis Tramezini Mer
catoris, & Venetiarum Ciuis. Cum Priuilegio
Summi Pontificis, Cæsareæ Majestatis,
Christianissimæ Francorum Re
gis, & Venerorum Senatus.
Anno a Virginis partu
M. D. X. L. Mens
se Aprili.

